

MARMORA DANICA SELECTIORA, SIVE...

Erich Pontoppidan







MARMORA DANICA

selectiora

sive

INSCRIPTIONUM,

Qvotqvot fatorum injuriis per

DANIAM

supersunt,

vel ÆVO, vel ELEGANTIA, vel REI MOMENTO

præ reliqvis excellentium

FASCICULUS,

In duos Tomos distinctus, qvorum prior ea qvæ in Insulis Danicis, posterior qvæ in Cimbrica Chersoneso obvia sunt, complectitur, accedente ad calcem tomi posterioris, rerum personarumq; indice locupletissimo.

colligente & adornante

ERICO PONTOPPIDANO

Aarhusio-Cimbro.

TOMUS I.



Mors etiam saxis marmoribusq; venit.

HAFNIÆ, MDCCXXXIX. E Typographéo S. R. M. privil.

Imprimantur
L. HOLBERG.



AUGUSTISSIMO MONARCHÆ

CHRISTIANO SEXTO

DANIÆ, NORVEGIÆ, WANDALORUM, GOTHORUMQ; REGI, DUCI SLESVICI, HOLSATIÆ, STORMARIÆ & DITHMARSIÆ, COMITI IN OLDENBURG & DELMENHORST.

Pio, Sapienti, Magnanimo, Felici

PATRIÆ PATRI,

Veritatis Vindici,

Pietatis Exemplo,

Sacra ſint hæc Virtutis Danicæ

MONUMENTA & INCITAMENTA.

AUGUSTISSIME REX,

Domine longè Clementiſſime!

Marmora ſunt, nec dura tamen, qvæ porrigo ſupplex;
Ex charta donum eſt, qvo marmore digna perennant
Regia Magnanimûm, qveîs ortum ducis, Avorum
Geſta. Refert laudanda virûm permulta aliorum,
Qvæ reticere nefas, qvorum permittere cladem
Indignum eſt ævo, qvod TE, REX Optime, clarum,
Clara fovet, pia cuncta colit, propulſat iniqva.
Æternæ inſculptum cedro manet usqve, qvod Ipſe
TU geris. Id ſatagent ſeri celebrare nepotes.
Parce igitur noſtris, atq; annue fronte ſerena!
Jam TUA ſunt, qvia Danica ſunt, TIBI cuncta feruntur.
Det Deus, ut POPULO vivas & RELLIGIONI
Salvus Neſtoreos annos, ſeptemq; Trionum
Spes erit una Domus TUA, donec corruit orbis!

Sacræ Regiæ Tuæ Majeſtatis

ſervus & ſubditus
omni veræ fidelitatis vinculo
obſtrictiſſimus
ERICUS PONTOPPIDANUS.

Lectori candido Salutem.

Pauca ſunt, qvæ præfari cupio, dicturus, qva potiſſimum ratione adductus ſim ad colligendum edendumq; INSCRIPTIONES haſce paſſim per Daniam reperiundas. En rem! Indaganti mihi & ſollicitiùs diſqvirenti omnia in univerſum ea, qvæ, aliqva ex parte, vetuſtatem Eccleſiæ Danicæ redolere, meoq; inſtituto arridere videbantur, inciderunt in manum, præter ſpem cumulatiùs, Epitaphia & Inſcriptiones variæ, ex ſacris aliisq; ædibus publicis undiqvaq; congeſtæ.

Ex hiſce, ſicut ex reliqvis, qvibus me circumfuſum vidi, monumentis, ea tantummodo ſelegi, & ad uſum meum retuli, qvæ Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lucem aliqvam fœnerari poſſent, de reliqvis parùm ſollicitus. Creſcente interea utilium delectu, ſuccrevit ſimul eorum cumulus, qvæ nullius mihi uſus futura auſpicabar. Non eqvidem neſciebam deliteſcere in iſto cumulo multa longè rariora, qvàm qvæ oblivioni tradere fas eſſet, utpote qvæ aliis hiſtoriæ patriæ partibus illuſtrandis, haud parum profutura deprehendebam. Verum tamen editionem eorum procurare à me longiſſimè aberat, donec adauctus indies numerus, tam mihi, qvàm amicis & rerum patriarum gnaris cupidisq; ingeniis id conſilii ſenſim ſuppeditavit. Suppeditato pondus addidit amor Patriæ, addidit grata majorum memoria, addidit virtutis ſtimulus, lectione Epitaphiorum non rarò excitatus, addidit animi voluptas ex iſtis rebus mihimet percepta aliisq; percipienda, immo addidit præprimis egregius uſus & in locupletandam poſteris Patriæ hiſtoriam, in ſpecie biographicam, redundatura adminicula neutiqvam ſpernenda. Juvat hic adducere verba Cl. Joh. Molleri Flensb. in præf. Iſagoges ad Hiſt. Cherſon. Cimbricæ: *Monaſteriorum receſſus invadite, Principum & Civitatum Archiva ac Bibliothecas excutite, MSta, ſi qva cum ſitu ac blattis etiamnum luctantur, Vetuſtiora è latebris ſuis protrahite, Lapides Majorum Epitaphios, & ipſa ſepulchra perveſtigate, nullum deniq; Monumenti genus intactum relinqvite, cujus ope pleniorem, qvam accepiſtis, Hiſtoriæ Patriæ Notitiam Poſteris qveatis transmittere.*

Triſtia inſuper fata reſpexi, qvibus heu! nimiùm qvantum! obnoxias cernimus ædes publicas æqve ac privatas; diris iisdemq; repetitis, noſtro præſertim ævo, incendiis vaſtata novimus templa Daniæ qvamplurima. Interiiſſe ſimul & ruinis ruderibusq; immixtas eſſe res memoriâ digniſſimas, qvis unqvam diffitebitur?

En! aliud malum, ipſis voracibus flammis parum clementius, & Hiſtoriæ noſtræ inſidias qvotidie ſtruens: Inſculpta ſepulchralibus ſaxis nomina, reliqvaq; perſonæ, temporis geſtarumve rerum documenta, auſu plus qvàm temerario ſæpius edolantur delenturq;, eum duntaxat in finem, ut raſa tabula novellis inſcribendis idoneum præ-

beat locum. Id juris, vel, ſi mavis, injuſtitiæ, ſibi licitum credit qvisqvis in ædibus ſacris, ſepulchra annoſitate labentia coëmit & ſua facit, ſive fuerint eadem dubiæ poſſeſſionis, ſive intercurrentium annorum longiore periodo, novo qvaſi jure cenſeantur ædis iſtius emolumentis eſſe vindicanda. Id qvod JCtis noſtris dijudicandum relinqvo. Venduntur itaq; cum patellis opercula, cum ſepulchris lapides ſepulchrales. Venditi autem, emptori de veſtigiis veterum, ut ut piis, fortibus, glorioſis, vel alio reſpectu æternitatem promerentibus, parum ſollicito id debent, ut inſignibus, ſimulacris &, qvod omnium maximè dolendum, ut Inſcriptionibus non rarò marmore dignis, ferri vel potius inhumanorum hominum duritie, id ſceleris peragente, exuantur. Vidi ego & partim ipſe depinxi, partim per amicos, qvantum fieri potuit, accuratè depingi curavi ſaxa iſtiusmodi, plurium ſeculorum venerandos teſtes, numero non pauca, qvæ qvotidie calcantium pedibus diu multumqve contrita, literaturæ iſtius pervetuſtæ, ſed penè fugientis, & edacis, qvod ajunt, temporis dentibus vix elapſæ, parum qvidem reſidui ſervant. Servato tamen tantillo, antiqvitatibus noſtris, ſacris æqve ac profanis, fax præfertur, juſtis æſtimatoribus gratiſſima. O! ſi id generis plura fatorum, id eſt, magna ex parte leviorum hominum injuriis ſupereſſent. Teſtes hujus rei adduco literas literatiſſimi Domini Reinbothii nuper ad me datas, de ſaxis ſepulchralibus Ædis Petrinæ Schleswicenſis; Von denen hier vor zeiten beſtätigten Papiſtiſchen Biſchöffen, Capitels-Herren und andern Geiſtlichen, findet man kaum einmal die Spuren mehr, allermaaſſen, wie nach der Reformation die Evangeliſchen ihre Begräbniſſe in der Kirchen theuer erkauffet, ſie die auff den Begriff des Raums befindliche Leichen-ſteine faſt alle wegräumen, ja aus der Kirchen bringen, und zu Treppen oder andern nutzbaren Gebrauch verwenden laſſen, ſo daß derſelben wenig, und faſt keine mehr übrig angetroffen werden. Sed majus & prorſus mirandum habemus audaciæ humanæ teſtimonium, in violato Regis Christophori I., intra muros cathedralis Ripenſis tumulati, ſepulchro, de qvo Illuſtriſſimum Hvitfeldium audiamus Tom. I. pag. 257. Paa hans Graff udi lang Tid laa en Marmor-Steen, noget heyre ofver Jorden, end de andre Graff-Stene, ſom af Ild vaar forſlit og opædt, ſaa at mand ikke kunde læſe Ofverſkrifften: men hvad gior ikke den umættelig Gierrighed, ſom er en Rod til alt Ont, hos dennem ſom med Flid burde at ſee til, at berømte Kongers oc Førſters Monumenter oc Grafve kunde ved mact holdis oc bevaris, Tid effter Tid: ſamme Steen bleff for nogen Tid borttagen, til nogle Folkes egen Nytte. Non pauca Regum noſtrorum monumenta prorſus deſiderantur, usq; adeo ut de loco, ubi conditi fuerint, ſubdubitare liceat, ut de Epiſcopis aliisqve Illuſtribus perſonis nunc nihil dicam.

His itaq; rationibus adductus, ſtatui ab interitu vindicare, qvæ ad manum erant, monumenta per Daniam diſperſa, nec omnia tamen (qvis enim iſti labori ſufficeret, & qvis inde ſperandus eſſet fructus?) ſed ea tantum, qvæ aliqvo reſpectu ſupra ſortem vulgarem eminere, meo qvidem judicio, videbantur.

Sunt, fateor, ea metallis marmoribusq; non rarò inſculpta, qvibus ego bonam chartam denegare conſultius duxi. Qvicqvid autem vel

canati

canam vetustatem, vel *suspicienda Heroum gesta*, vel *rara in Ecclesiam Patriamve merita*, vel *sapientiæ & probitatis indolem*, vel *dictionis deniq; elegantiam* præ reliqvis sapere putavi, id omne fatorum injuriis subtrahere & ad seros nepotes transmittere, operæ piæ pretium existimavi, & existimabunt mecum, si non omnes, certè qvamplurimi.

Restat, ut de eandem ante me viam ingressis, nonnihil adjiciam. Monumentorum Danicorum, puta Runico charactere expressorum, Libros sex, Anno M.DC.XLIII. è spissis tenebris erutos luci publicæ exposuit OLAUS WORMIUS, Medicus & Antiqvarius per orbem famigeratissimus. Post hunc Homerum Iliada scribere non constitui. Adjeci tamen Collectioni Wormianæ monumenta Runica qvatuor, vel qvinqve, Wormio non visa, sed ex latente in instructissima Bibliotheca FOSSIANA (cui multum me debere gratus profiteor) MSto JOHANNIS MEJERI, qvo vel emendatur, vel locupletatur opus Wormianum, protracta suisq; locis inserta. (α)

ISNCRIPTIONES SIALANDICAS collegit LAURENTIUS ASSERVUS, Hafn. anno 1621 forma, qvam vocant, duodecima impressas. Iste libellus, ut ut tenuissimus, præ multis tamen ad historiam nostram spectantibus rarus habetur, non qvòd rara contineat multa, sed qvòd raro, immo rarissimè occurrat.

INSCRIPTIONES in specie HAFNIENSES publici juris fecit Clar. PETR. JOH. RESENIUS Ao. 1668. Hafn. impressas. Mirandum sanè Virum industriosissimum deq; Paria multis nominibus præclarè meritum, in compilandis hisce inscriptionibus nullum prorsus servasse discrimen, sed indigna dignissimis miscendo, qvantitatis potius qvàm qvalitatis rationem habuisse, id qvod seqventibus ad calcem Præfat. ipse concedere videtur. *Illud ultro profitemur, leves qvasdam, aut tenues Inscriptiones & Epitaphia intercurrere, ut avena aut lolium in meliore fruge. Cæterum facilis est emendatio. Non lege, sed elige. Nos delectant qvoq; ob levem utilitatem ea, qvæ non penitus probamus.* Ita Resenius.

Hæc ego vestigia premere nolens delectum dabo, nec ea, qvantumvis lectu dignissima, qvæ habet Auctor laudatus, recoqvere cum meo convenit instituto. Ubi autem desiit Resenius, videlicet ad annum 1668, inde mihi inchoandum. (β) urnasq; Illustrium, Hafniæ post id tempus conditorum Virorum, lustrandas esse arbitror, præsertim cum funestum, qvod Anno 1728 Metropolin Danicam ad dimidiam partem, si non amplius, destruxit incendium, non cadavera tantùm bonorum Virorum præmatura analysi in pulverem redegerit, sed & dica-

)o(

(α) P.S. *Accessere his plura, ex MSS.* Helverskoviano, *qvod benignè nobiscum communicavit Nobiliss. Dom.* GRAAHE *S. R. M. à Secretis, deprompta, qvibus enucleandis & ad usum aliqvem accommodandis, ego qvidem imparem me agnosco, utpote qvi literaturæ Runicæ tantùm non prorsus sum expers. Operam verò hisce alisq; vetustis fragmentis solerter impendit egregii ingenii raræq; eruditionis Juvenis* CHRISTIANUS FRIDERICUS WADSKIÆR, *antiqvitatum nostrarum cultor scientissimus, mihi in cribrandis defæcandisq; centenorum MStorum Codicum cimeliis utilissimus.*

(β) P. S. *Mutato postea consilio, præstantiora qvorundam Heroum monumenta ex collectione Reseniana attuli, ne qvid ejusmodi scitu dignum heic frustra qværitur.*

dicata eorundem nominibus marmora confregerit & solo æqvaverit. Deficientibus itaqve saxis, lætemur perennantibus chartis, bonam partem, GRAMMIANIS commissa fuisse Hafniensia ista, qvæ, ne facta etiam MSSti istius jacturâ, prorsus memoriâ hominum excidant, hic exhibentur.

INSCRIPTIONES RIPENSES cum præmissa brevi Urbis Descriptione Ao. 1702 edi curavit Senex Venerabilis & multifaria eruditione conspicuus PETRUS TERPAGER S. S. Th. Doct., qvi sicut Resenium sibi proposuerat imitandum, ita more Reseniano per singula transiens, nihil, ne levissimum qvidem, intactum relinqvit, id qvod palato plurimorum Lectorum minus arridere confidimus.


Cæterum in Sylva Chronolog. Circuli Balthici, NIC. HELVADERI, in Cista Medica TH. BARTHOLINI, in Acad. Hafn. ERASMI VINDINGII, in BIBLIOTHECA DANICA ANONYMORUM de historia patriæ præclarè merentium, datur invenire nonnulla, qvæ rarioribus Daniæ Inscriptionibus accenseri debent, sed pauca admodum sunt, immo paucissima respectu eorum, qvæ impressa nondum leguntur. Notas & animadversiones, nulla id efflagitante necessitate, passim substernere, non supervacaneum modò, sed & absonum, immo insipidum credidi. Substravi tamen nonnullas, ubi operæ pretium existimavi, & ubi scitu dignum aliqvid ad manum habui, qvod ut æqvi boniq; consulat Lector D. O. M. commendatus, obnixè rogo.

Scribebam Hafn.
Idibus Novembr. 1738.

E. P.



Mar-



Marmor: Dan: Lib: I.
continens Inscript: Sialandicas.

Roëskildiæ
In Æde Divi Lucii Cathedrali
Monumenta Regia.
In Choro.
HARALDUS
Rex Daniæ, Angliæ & Norvegiæ,
Primus Fundator Hujus Ecclesiæ.



Tergeminus fuit HARALDUS, dum sceptriger omni
Temporis excursu pace beatus erat.
Cæsaris innumerum donec furit agmen, & inde
Climata Jutonica dilaniata jacent.
Consilium nimium felix! Rex gurgite sacro
Mersus init Superis fœdus, & arma tacent.
Funditus hasce Jovi summo tunc condidit ædes,
Qvosq; per id memores duxerit esse sui.
SVENO etiam abluitur præter placitum sua proles,
Præcipiti rabie qvi strepit armipotens.
Imperii siqvidem generosi fata parentis
Cæca libido parat, spicula missa necant.
Post natale Dei, dum scripsimus octuaginta
Nongentos, meruit scandere celsa poli.

Obiit anno 980.

NOTA. Haraldum hunc Cærulidentem, utpote Sven-Othonis filii Apostatæ culpa interemptum, martyrii gloria condecoratum vult Helmoldus in Chron. Slavor. Lib. I. c. 15. *Haraldus*, inqvit, *in Christi confessione migravit, adscribendus non solum inter Deo dignos Reges, sed etiam inter gloriosos martyres.* Idem asserit Adamus Bremensis Hist. Eccles. Lib. II. c. 70. adjecta miraculorum ad sepulchrum hoc Roëschildense factorum mentione. Sic enim Adamus: *At ille Haroldus, qvi populo Danorum Christianitatem primus indixit, qvi totum septentrionem Ecclesiis & prædicatoribus replevit; ille,*

inqvam, innocens vulneratus, & pro Christo à regno expulsus, martyrii gloria, ut speramus, non carebit. Regnavit autem annos L. obitus ejus in festivitate omnium Sanctorum contigit. Memoria ejus apud nos & uxoris ejus Gunild perpetua manebit. Hæc in diebus Adaldagi Pontificis facta comperimus, cum tamen non omnes ejus virtutes explorare potuimus. Sunt autem qvi affirmant, per eum gratias sanitatum factas, & tunc cum adhuc viveret, & post mortem ad sepulchrum ejus, videlicet cæcos freqventer illuminatos fuisse, aliasq; multas contigisse virtutes. Certissimum verò est, cum tam nostro populo, qvàm Transalbianis, & Fresonum genti leges & jura constituisse, qvæ adhuc pro tanti autoritate viri servare contendunt.

SVENO MAGNUS
Rex Daniæ, Angliæ & Norvagiæ.

Regum SVENO decus, magno qvo Dania Rege
Floruit, & sceptris imperiosa fuit.
Non virtute minor SVENO, qvam nomine MAGNUS,
Nam dici poterit MAGNUS utroq; modo.
Hunc soror illustris Regis præclara CANUTI
ESTRIDIS genuit prole beata parens.
Anglos Marte premens, Norvegica regna subegit,
Fit tria sceptra tenens unica Dana manus.
Res miranda nimis, qvem non tria regna valebant
Imperio capere, jam petra parva capit.
Sed qvia stare diu neqvit heu! terrena potestas,
Terrarum Reges qværite regna Dei.

Obiit anno 1074.

De magni hujus SVENONIS rara pro ævi istius ratione literarum, præsertim Historicarum, cultura, ut & propagandæ per Septentrionem Doctrinæ Christianæ studio, coætaneum ipsiq; Regi qvodammodo familiarem audiamus Adam. Bremens. Hist. Eccles. Lib. IV. cap. XVI. *Illo tempore clarissimus inter barbaros fuit* Svein *Rex Danorum: qvi Reges Nordmannorum* Olaph & Magnum *constrinxit magna virtute. Inter* Svein & Bastardum *perpetua contentio de Anglia fuit, licet noster Pontifex muneribus* Wilelmi *persvasus, inter Reges pacem formare voluerit, Christianitas autem ab illo* Svein *Rege in exteras nationes longe lateq; diffusa est. Et cum multis polleret virtutibus, sola ægrotavit luxuria. Novissimis Archiepiscopi temporibus, cum ego Bremam veni, audita ejusdem Regis sapientia, ad eum venire disposui, à qvo etiam clementissimè susceptus, ut omnes, magnam hujus libelli materiam ex ejus ore collegi. Erat enim scientia literarum eruditus, & liberalissimus in extraneos, & ipse prædicatores suos Clericos in omnem Svediam direxit, & Nordmanniam, atq; in Insulas, qvæ sunt in illis partibus. Cujus veraci & dulcissima narratione didici, suo tempore multos ex barbaris nationibus ad Christianam fidem conversos, aliqvos etiam tam in Svedia, qvam in Norvegia martyrio coronatos.*

Ad Effigiem
Reginæ MARGARETHÆ *aliàs* ESTRITH *dictæ leguntur seqventia:*

In

In piam MARGARETAM Daniæ Principem Glyconium & Asclepiadeum:

ESTRIDEM placidam potens
Ingo Rex generat Sveticus: hanc dedit
Et Dano comitem tori,
Gottenses Scanicis addidit urbibus,
Divorum decorat lares,
Qvibus tam vario munere profuit,
Pallas & chlamydes enim
Perbellas teneris texuit artubus,
Egit namq; dies pios,
Faustos, post cineres perpetuum valet.

NOTA. Probè hic cavendum, ne confundatur Margareta hæc Estrides Svenonis Estrithii nurus, cum matre ejus, unde cognomen traxit, Saxoni simpliciter Estritha, Claudio autem Lyscandro itidem Margaretha Estrith dicta, qvæ integro seculo distant. Illa Canuti Magni Soror Ulphoni Sprakelæg nupta, postqvam eam repudiaverat Ricardus Dux Normanniæ. Hæc Ingonis Sveciæ Regis Filia, primò Magno Barfod Norvegiæ Regi circa annum 1100 (ut tradit Snorro Sturlæus in Chron. Norv. pag. 397) deinde Nicolao Svenonis Estrithii filio Daniæ Regi elocata, observante B. Andrea Bussæo Consule olim Helsingorano in MSS. autographo: *Margareta hæcce*, inqvit, *Ingonis IV. (ut vulgo computant) Sveciæ Regis filia fuit, alias Estrith vel Astrides dicta, quæ primum Magno Barfood, Regi Norvegiæ, qvocum Patri bellum ob limitum controversiam fuerat, pacis conciliandæ causa nuptui collocata est: unde Fridkulla* ɔ: *pacis uxor dicta est. Deinde, extincto Magno, improlis ad secundas nuptias Nicolai Daniæ Regis transivit.* Ita Bussæus. Cum verò hæc posterior Historicis nostris Saxoni, Sturlæo, Hvitfeldio & Claudio Lyscandro simpliciter audiat Margaretha, nusqvam verò Estrith, probabile est Lagonem Urne Episcopum Roschildensem, vel qvisqvis alius Epitaphii hujus, ut videtur, recentioris conditor fuerit, ὁμωνυμίᾳ fuisse seductum, cum Estritha Svenonis Estrithii mater teste Lyscandro simul dicta fuerit Margareta. Bussæus verò, cui etiam Estrith salutatur, Epitaphium fortè secutus fuerit, nisi nomen illud Estrithæ, tacentibus nostris, ex Svecanis hauserit Scriptoribus. Ad Verba illa Epitaphii *Divorum decorat Lares* &c. monendum Margaretam nostram ob insignem pietatem & in clerum liberalitatem à Wastovio *in Vite Aqvilonia* inter Sanctos relatum iri: *Cultus* enim *Divini* (verba sunt Saxonis) *fuit studiosissima & in Ecclesiis dotandis ornandisq; liberalissima, Divinarum ædium opes non solum latifundiis auxit, sed & totis viribus ad augendum earum splendorem incubuit, sacerdotalisq; cultus inopiam, exqvisito ornamentorum genere locupletavit* &c.

Epitaphium

SEMIRAMIDIS ARCTOÆ MARGARETHÆ *Valdemari IIIti Filiæ, ex Reginis nostris hujus nominis Tertiæ, cujus auspiciis celebris illa trium Borealium Regnorum* UNIO CALMARIANA *facta est Anno Dni. 1397. ipso Beatæ Margarethæ Virginis die.*

Anno Domini MCDXII. in die Simonis & Judæ Apost. obiit Illustrissima Domina,

D. MARGARETHA

qvondam Daniæ, Sveciæ, Norvegiæ Regnorum Regina, & anno seqventi IV Nonas Julii hic sepulta. Qvam qvia tota posteritas dignè, ut meruit, simul honorare neqveat, hoc opus in ejus memoriam magnifici Principis Erici Regis moderni sumptibus est constructum. Anno Domini MCDXXIII.

In Sacello trium Regum à CHRISTIANO I., *qvi ibidem, sed sine Epitaphio, conditus dicitur, exstructo.*

Anno Domini MDLIX. die 1. Januar. in Arce Coldingensi obiit Illustrissimus Princeps & Dominus

CHRISTIANUS TERTIUS

Danorum Norvagicorum Vandalorum Gothorum Rex, & hic sepelitur MDLIX. Ætat. LV. Imperii XXIV.

Neq; dubitandum (verba sunt Illustriss. Jo. Grammii in præfixa Annalibus Nic. Cragii Introductione vasta & verè erudita) *qvin ex ipsius Regum modestissimi mandato factum sit, qvòd sepulchri ejus monumentum nulla, ut fieri solet, elogiorum magnificentia aut titulorum amplitudine ornatum, his tantummodo verbis, qvibus nihil excogitari potuit simplicius, insigne fuerit.*

D. O. M.

Epitaphium.

FRIDERICI II.

Dan. Norv. Goth. Vandal. Regis,
Slesvici, Holsatiæ, Stormar. Ditmars. Ducis,
Oldenburg & Delmenhorst Comitis,
Cujus felice gubernatione floruit Daniæ authoritas
exteris suspicienda, suis chara.
Belli pacisq; vices expertus,
sensit nihil esse in rebus humanis firmum.
Pietatem vitæ ducem habuisse unicum,
etiam morituro, solatium fuit.
Nec decreta illius semel stabilita
ad censuram dubiæ aleæ passus est revocari,
qvamvis magnis authoribus.
Tranqvillitate sic undiq; regnis suis relicta,
explevit vitæ numeros sibi datos,
fideq; constanti intrepidus
animam Deo, à qvo acceperat,
commendavit.

Exu-

Exuvias paternis contiguas,
tanqvam virtutum & laudis Ejusdem æmulas,
in ſpem glorioſæ reſurrectionis
hoc monumento poni curavit

Chriſtianus IIII.

Dan. Norv. Goth. Vandal. Rex Patri B. M.
Vixit annos LIII. menſes IX.
Regnavit annis XXIX. menſ. III.
Obiit Anderſcovii Anno CIↃ.IↃ.LXXXVIII. IV. April.

In Capulo.

Mein Hoffnung zu GOtt allein. F. 2. R. D.
Apoc. XIV.

Hoc tumulo conditus eſt Sereniſſ. ac Potentiſſ. Princeps ac Dominus,

FRIDERICUS II.

Dan. Norveg. Vandal. Gothorumq; Rex, Dux Slesv. Holſat. Stormar. & Ditmarſ. Comes in Oldenburg & Delmenhorſt, qvi obiit Antvorſchovii IV April. Anno Domini CIↃ.IↃ.LXXXIIX. Cum ferè compleviſſet LIV. & regnaſſet annos XXIX. Cujus anima reqvieſcat in pace.

H. K. SOPHIA.

Joh. XI.

Magnus Hertzug zu Mechelburg.	Christianus der Erſte König zu Denmarch, Schweden und Norwegen, Hertzug zu Schleswig und Holſtein.
Sophia gebohren zu Stetin in Pomern.	Dorothea gebohren zu Brandenburg und König Christopher von Beyern gelaſſene Wittwe.
Joachim Margraff und Churfürſt zu Brandenburg.	Buslaw der Zehende, Hertzug zu Stetin in Pomern.
Elisabet gebohren Königinne zu Denmarch.	Anna gebohren aus Königlichen Stamme zu Pohlen.
Albrecht Hertzug zu Mechelburg, Hertzug Magnus ſein Sohn.	Friederich der Erſte König zu Denmarch und Norw: Hertzug zu Schleswig, Holſtein.
Anna gebohren Margraffinne zu Brandenb:	Sophia gebohren Hertzugin zu Stetin in Pomern, König Friederich ander Gemahl.
Uldrich Hertzug zu Mechelburg, Fürſt zu Wenden, Graff zu Schwerin, der Lande Roſtoch und Stargardt Herr, Hertzug Albrecht Sohn.	Elisabet gebohren aus Königliche Stamme zu Denmarch, Hertzugin zu Mechelburg, Fürſtin zu Wenden, der Lande Roſtoch und Stargardt Fraw. Hertzug Uldrichs erſte Gemahl.

Hierin lieget weilant die Durchleuchtigste, Grosmechtige Hochgebohrne Fürstin und Fraw

F. SOPHIA.

zu Denmarch, Norwegen, der Wenden und Gothen Königin gebohren zu Mechelburg, Hertzugin zu Schleswig, Holstein, Stormahrn und der Dithmerschen, Graffin zu Oldenburg und Delmenhorst, König Friederichs der andern zu Denmarch nachgelassene Widwe, weilant Hertzug Uldrich zu Mechelburg einge Tochter, so in dem HErrn sehlig entschlaffen d. 4. Oct. des Abends zwischen 5 und 6. Anno Domini 1631. Ihren Alters 74 Jahrs 31 Tage.

Trew ist Wildtpret, aber GOtt verlist die seinigen nicht.

Reverendissimus & Illustrissimus Princeps ac Dominus,

Dnus HULDERICUS

Hæres Norvegiæ, Administrator Episcopatus Sverinensis, Dux Slesvici, Holsatiæ, Stormariæ & Dithmarsiæ, Comes Oldenburgi & Delmenhorst: Regii Anglici ordinis, cui à periscelide nomen est, Eqves. Nascitur Coldingæ in Chersoneso Cimbrica ad diem xxx Decembr. Anno CIↃ. IↃ. LXXVIII. Denascitur magno suorum mœrore & subditorum planctu pridie Resurrectionis Dominicæ Anno CIↃ. IↃ. CXXIIII.

Hony soit qvi mal y pense.

Inscriptio aurata Sarcophagi, qvo conditur Divus Princeps JOANNES FRIDERICI IIdi filius, Moscoviæ Russorum 1602. die 28 Octobr. defunctus, & Slovodæ (vel Schlaboddæ) in æde Germanica ante Altare d. 24 Novemb. sepultus, jussu autem CHRISTIANI IV. ad Mausoleum Regium Roëschildense Anno 1642 translatus.

Illustrissimus Princeps ac Dominus,

Dominus JOANNES junior

è laudatissimo divorum Daniæ, Norvagiæ, Regum Stemmate genitus,

Friderici II. Filius,

Christ. III. nepos,

Friderici primi pronepos,

Christiani primi abnepos:

Heres Norvegiæ, Dux Slesvici, Holsatiæ, Stormariæ atqve Dithmarsiæ,

Comes in Oldenburg & Delmenhorst &c.

Hadersleviæ natus est die mensis Julii, Anno Christi 1583.

Qvi,

Qvi, cum amore orthodoxæ Religionis,
lingvarum addiſcendarum,
ſtudiorumqve continuandorum cauſa,
præcipuas Germaniæ & Galliæ partes perluſtrâſſet,
& multarum rerum uſum atqve experientiam
ſibi comparâſſet,
tandem ad Magnum Muſcoviæ Imperatorem,
annum cum attigiſſet viceſimum,
jure perqvam ſerio ſe contulit,
poſtqvam ob præclaras animi corporisq; dotes ab eodem
benignè amplexus,
nec non ſummo cum populi applauſu ſalvus & incolumis introductus erat.
Nihilominus
paulò poſt ardenti febri correptus
& eousqve redactus, donec
cum ingenti prædicti Imperatoris & ſubditorum, ſuorumqve luctu & planctu
media ferè ſeptima hora veſpertina die 28 Octobr.
Anno incarnati λόγȣ 1602.
Muſcoviæ placidè in Chriſto obdormivit,
& hac ſub urna ferali conditus eſt,
cui
& omnibus in Chriſtum credentibus
lætam reſurrectionem nos mœſti precamur.

In Sacello novo majore, olim Catharinæ Dott nuncupato.

Danmarkes, Norges, Wendes oc Gottes Konning,
CHRISTIAN den Fierde,
Hertug udi Slesvig, Holſten, Stormarn og Ditmerſchen, Greffve udi Oldenborg og Delmenhorſt. Fod paa Frederichsborg Slot den 12 Aprilis Anno 1577. Hyldet udi Danmark Anno 1584, udi Norge 1591. Cronet i Kiobenhavn Anno 1596. der oc dode den 25 Febr. Anno 1648. Og er her efter neſten 52 Aars* Mode og Regiering til en ærefuld Opſtandelſe henlagt udi Hvile. 1 Cor. II. 2. Joh. V. 28.

* Calculus iſte annos minorennitatis excludens, imperio magni CHRISTIANI nonnihil detrahit. Mortuo enim 1588. Parenti FR:D. II. Rex jam electus ſuccedens & ad ann. 1648 vitam perducens ſexaginta annos rerum ſumma potitus dici debet, univerſos ſui ſimiles (ſi Octav. Aug. Cæſ. R. & Ludov. M. Gall. Reg. exceperis) imperii diuturnitate vincens.

FRIDERICUS

Dux Slesvici, Holſatiæ, Sereniſſimi ac Potentiſſimi Regis Dan. Norveg. &c. Chriſtiani Qvarti ac Illuſtriſſimæ Reginæ Annæ Catharinæ, ex familia Marchionum Brandenburgicorum oriundæ, Filius. Natus Fridericiburgi XV Auguſt. hora noctis circiter XI, ac ſtatim poſt Baptismi ſuſceptionem deceſſit, Anno MDXCIX.

Illuſtriſſima

SOPHIA

Slesvici, Holſatiæ Princeps, Chriſtiani Qvarti Regis Dan. Filia hoc tumulo conditur. Mortua Hafniæ 7 Septembr. Anno CIƆ.IƆCV. ætatis menſe IX.

Hic exſpectat reſurrectionem Reverendiſſimus
& Illuſtriſſimus Princeps

ULDARICUS

Hæres Norvegiæ,
Adminiſtrator Epiſcopatus Sverinenſis,
Dux Holſatiæ, Slesvici, Stormariæ & Dithmarſiæ,
Comes in Oldenburg & Delmenhorſt,
qvi
natus IV Nonas Februarii Anno CIƆ.IƆCXI
ſtatim perfecti ævi exemplum repræſentans,
Patriæ votis nil deeſſe paſſus eſt.
Nunqvam Puer,
nunqvam Adoleſcens,
ſemper Vir fuit,
adeo feliciter ætatem ante annos prævenit,
cæteras virtutes publica fama loqvitur.
Poſt obitas celebriores Europæ plagas,
Belgium, Angliam, Gallias,
dum Germanica bella luſtrat,
in ipſo flore vernantis ævi,
ex inſidiis
improviſa fraude cæſum
XI Auguſt. Anni CIƆ.IƆCXXXIII.
mors extra Patriam in veram patriam reduxit,
ubi nunc liber & invictus
inter vindicatos cœlites triumphat.
Anno poſt ſalutis initium CIƆ.IƆC.XXXIV.

NB. Extingvitur in Sileſia, dum ab exercitu Picolomii revertitur.

Apoc.

Apoc. II. Esa. LIII. Joh. III.

Her hviler i GUd

Hertug CHRISTIAN den V.

Danmarkes, Norges, Wendes og Gottes Printz, Hertug til Slesvig og Holsten. Bleff fød i Kiøbenhafn Anno 1603 den 10 Aprilis. Udvalt Anno 1608. Bleff hyldet udi begge Kongeriger Anno 1610. Holdt Bilager med Fru Magdalena Sibylla, født af den Churførstelige Saxiske Stamme Anno 1634 den 5 Oct. Døde til Chorbitz ved Dræsen Anno 1647 den 7 Junii imellem 10 og 11 om Natten, der hand hafde leffvet 44 Aar, 5 Uger, 3 Dage. Haffver tient GUd med Christelig Iffver, Sin Hr. Fader Kong Christian den Fierde altid æret med Sønlig Lydighed, Sin Gemahl elsket med hiertelig Troskab, Sine Tienere og undergiffne regieret med Førstelig Mildhed oc med andre Dyder, som hannem medfødt var hos høye og laffve inden oc uden Riget, Venskab, Kierlighed oc et udødeligt berømmeligt Naffn forhverffvet og med sig hid indført.

In Sacello Divæ Brigittæ sepulti sunt, quos CHRISTIANO IVto. *Conjux ad morganaticam Comitissa* Christina Munck *peperit, liberi cum sequentibus epicediis.*

1.

Hie ligt begraben der Hochwolgebohrne Herr

FRIDERICH CHRISTIAN

Graff zu Sleswig, Holstein, des Grosmechtigsten Königs Christiani IVti. zu Dänmarch und Norwegen etc. Sohn, welcher ist gebohren zu Friederichsburg den 26 April Anno 1625 und gestorben auf Dalum-Closter den 17 Julii 1627.

2.

Hie ligt begraben die Hochwolbohrne Fräwlein

MARIA CATHARINA

Gräffin zu Holstein, des Grosmechtigsten Königs Christ. 4ti zu Dänmarchen und Norwegen etc. Tochter. Sie ist gebohren auff dem Schloß zu Copenhagen den 29 Maji Anno 1628. auch ist gestorben daselbst den 1 Sept. in demselbigen Jahr.

3.

Hie ligt begraben die Hochwolgebohrne Fräwlein

ANNA CATHARINA

Gräffin zu Schleswig, Holstein, des Grosmechtigsten Königs Christiani 4ti. zu Dänmarch und Norwegen etc. Tochter. Sie ist gebohren auff dem Schloß zu Friedrichsburg den 10 August. 16.. auch ist daselbst gestorben den 20 August. 1633.

Hic jacet,
per qvem ſtetit Dania,
Sereniſſimus & Potentiſſimus Daniæ & Norvegiæ Rex
FRIDERICUS TERTIUS,
Qvi
tam privatis virtutibus clarus,
qvàm Imperatoriis,
in Palatio juſtus,
in Caſtris vigil,
in Tribunali propitius,
in Throno, Campo, Foro ubiq; Rex,
ubiq; Moderator omnium, ſed maximè Sui.
Annos Regimine, Menſes Beneficiis, dies Pietate diſtinxit.
Ob qvæ merita,
inprimis ob fractas bellorum procellas,
Regni jugulo minitantes,
communis Parentis
haud paulo pulchrius qvàm Regis
nomen meritus,
qvò nulli hactenus Principum Danorum ire datum,
hæreditariam primus accepit poteſtatem,
id eſt,
Cives omnes in Regno ſuos effecit liberos,
ſeqve & ſtirpem in perpetuum ſuam ſupra omnem extulit
mortalitatem.
Stat fama ſupra tanti Herois ruinas,
qvi
hærens cœlo
lucet terris,
& in animis hominum colitur,
poſtqvam in Auguſtali deſiit,
perpetua Gloria & orbi coæva,
ſi qvid cœlo creditur, ſi qva pietati duratio futura.
Natus eſt Anno 1609. d. 18 Martii,
denatus Anno 1670. d. 19 Februarii.

Æterno aſſerta ævo,
mortalia hic poſuit
Auguſtiſſima Daniæ, Norvegiæ, Vandalorum Gothorumq; Regina
SOPHIA AMALIA,
inclyta Principum Lunæburgenſium ſoboles,

Re-

Regum Daniæ ſanctiſſima & Mater & Conjux,
Principalium virtutum omnium,
qvas unqvam vidit ſublime hoc faſtigium,
æternaturum exemplar.
Qvæ per fœdus conjugale
Glorioſiſſimo Regi
FRIDERICO TERTIO
feliciter nexa,
feliciſſima fœcunditate
æternos Daniæ Imperatores,
potioribus Europæ partibus perpetuos dedit Rectores,
tandemq;
evocato ad Superos DIVO REGE,
deſolatæ viduitatis ſolitudinem
Regio prorſus animo & pari tulit conſtantia,
ac moderatione,
qva antea Auguſtiſſimi thori conſortium,
donec Arctoo hoc & univerſo terrarum orbe,
qvem fulgentiſſimis gloriæ radiis votis brevius illuſtraverat,
cum cœleſtibus illis & æternis glorioſe commutato,
novo jubare
Superos adiit
famæq; tacere neſciæ
Heroicarum virtutum, intaminatæ Religionis,
clementiæ plane Regiæ,
maſculi animi, aſpectus Majeſtatis pleniſſimi
& civium in ſe amoris tot illuſtria memoranda tradidit documenta,
qvot momenta habet beata illa,
qvâ Divarum facta Regina
nunc fruitur
fruetúrq;, perpetua æternitas.
Nata eſt ann. 1628 die XXIV Martii
Denata ann. 1685 die XX Februarii.

Sereniſſimi Potentiſſimiq; Principis ac Domini Dni. FRIDERICI III. Dan. Norveg. Vandal. Gothorumq; Regis, Ducis Slesvici, Holſat. Storm. & Dithmarſ. Comitis in Oldenburg & Delmenhorſt Filius ſecundogenitus, Illuſtriſſius & Celſiſſimus Princeps

FRIDERICUS

Hæres Norveg. Dux Slesvici, Holſat. Storm. & Dithmarſ. Comes in Oldenburg & Delmenhorſt. Naſcitur Hafniæ

die XI Junii Anno MDCLI. circa horam qvintam matutinam. Denaſcitur ibidem die XIV Martii Anno MDCLII. horam circiter qvintam pomeridianam.

Inclytæ Memoriæ Sacrum.
DOROTHEA JULIANA
Princeps Illuſtriſſima & Celſiſſima,
Auguſtiſſimi Daniæ, Norvegiæ, Vandalorum Gotthorumq; Regis
FRIDERICI TERTII Filia,
dum fatali morbillorum morbo conflictatur,
fatis naturæq; debitum ſolvit.
Ave Lector!
& mortalitatis legem tibi qvoq; ſcriptam in memoriam revoca.
Vixit menſes IV, dies XXX.
Deceſſit in pace Idibus Majis Hafniæ
Anno Chriſtiano MDCLVIII.

Memoriæ Perenni
CHRISTIANI QVINTI
verè Chriſtiani
Dan. Norv. Vand. Got. &c.
Monarchæ Auguſtiſſimi
nunc Divi,
Religionis orth. Statoris,
Patriæ Patris Deſideratiſſimi,
ut toga
ſic ſago O. M.
Pietatis & Juſtitiæ exercitio inclyti
meritisq; innumeris ultraq; ſeculi hujus captum poſitis
Cœlo ac ſolo
olim ac olim
immortalis
S. D. Q.

Hans Printzelige Høyhed
Printz CHRISTIAN WILHELM
blev fød den 21 Novemb. 1672, døde den 15 Januarii 1673.

Denne nu Salige Høybaarne Kongl. Princeſſe er fød paa det Kongl. Reſidence-Slot til Kiøbenhavn d. 9 Julii Ao. 1682
om

om Aftenen imellem 9 og 10 Slet. Hendes Hr. Fader er den Stormægtigste Konge og Herre Hr. Christian den Femte, Danmarkes, Norges, de Wenders og Gotthers Arve-Konning. Hendes Fru Moder er den Stormægtigste Høybaarne Dronning Charlotte Amalia, Danmarkes og Norges, de Wenders og Gotthers Regierende Arve-Dronning, fød Land-Grevinde til Hessen. Og er denne Sal. Høybaarne Kongl. Princesse i HErren hensovet, forend hun haver seet Verdens Lius, og lever hun hos GUd og hendes Frelsere Christum, hvor hun seer det Himmelske og u-forgiængelige Lius ævindelig.

Esa. 49. 1. HErren kaldede mig af Moders Liv, hand kom mit Navn ihu, da jeg endnu var i Moders Liv.

Her hviler den Durchleuchtigste Princesse
CHRISTIANA CHARLOTTA
Kongl. Arve-Princesse til Danmark og Norge, som blev fød paa det Kongl. Slot i Kiobenhavn den 11 Januarii 1679. og døde den 14 Aug. Anno 1689 om Morgenen Klokk. 3. Hendes Høyheds Alder er 10 Aar, 6 Maaneder, 3 Uger og 5 Dage. Faa ere hendes Dage, men den salige Evighed erstatter Dagenes Korthed.

Sap. 4. 14. Hendes Siæl behagede GUd, derfor ilede hand med hende fra dette onde Liv.

Sarcophagus B. Principis CAROLI, *Chr. Vti. Reg. Dan. Norveg. &c. Filii hancce continet Inscriptionem Danico & Latiali idiomate.*

Danic.

I dette Giemme, som man seer her, er nedlagt en ufatteerlig Skat, som ikke sees, hvorudi den allerhelligste GUd har haft sin Tempel og en dyrebar Siæl sin Boelig. Den i Livet Høystpriselige og nu i Døden Høystsalige Printz
CARLS
Arve-Printz til Dannemark og Norge, de Venders og Gothers etc. etc. døde Legeme, som bevares i vist Haab til en ærefuld Opstandelse. Dette store Liüs oprandt i Verden Anno 1680 den 26 Octobr. udgik igien for at skinne herlig i Himmelen Ao. 1729 den 8 Jul. Hand var en Ziir for sin Kongelige Stamme, en Støtte for GUds Kirke, en Fader for de Fattige, et stort Exempel for alle. Hand skinnede her i sand Troe og alle andre Dyder, hvilke vare vel kiendte paa Jorden, men meere i Himmelen, og paa den yderste Dag skal de ret herlig aabenbares.

Latin.

Cernis loculum, Lector, Depositum verò, qvod condit, pretiosissimum non cernis, sanctum Sanctissimi Numinis Templum, nobile nobilissimæ animæ habitaculum: Corpus qvippe in vivis Gloriosissimi, nunc autem in cœlis Beatissimi

Principis CAROLI

Daniæ, Norvegiæ, Vandalorum Gothorumq; Principis Hæredis &c. &c. in certam spem gloriosissimæ Resurrectionis servandum. Prodiit inter mortales Lux hæc illustrissima Anno MDCLXXX die XXVI Oct. Decessit verò, ut inter cœlites splendidissimè luceret, Anno MDCCXXIX die VIII Jul. Regiæ, ex qva ortum duxerat, stirpi erat ornamento, Ecclesiæ emolumento, egenis subsidio, omnibus exemplar pereximium. Radii hujus Lucis, fides scilicet infucata omnesq; aliæ, qvibus eluxit, virtutes, mundo qvidem, at non satis, innotuerunt, has verò summus ille Justissimus omnium rerum Arbiter novissimo die illustrissimè manifestabit.


Deficientibus adhuc Marmoribus, qvæ glor. memor. Regi Divo FRIDERICO IV. *destinata creduntur, liceat nobis pro tempore & in defectu dignioris epicedii seqventibus lineolis Tanti Principis memoriam commendare;*

Imperatoris esse,
Leges
Non dare tantum, sed & accipere,
Suo Exemplo commonstravit,
Qvi,
Post emensos Virtutis ac Gloriæ Gradus omnes,
Ad Nutum Numinis,
Heic Gressum stitit,
Et Terræ restituit,
Qvicqvid ex Terra habuit,
FRIDERICUS QVARTUS,
REX
DANIÆ, NORVEGIÆ, VANDALORUM, GOTHORUMQVE,
DUX
SCHLESVICI, HOLSATIÆ, STORMARIÆ ET DITHMARSIÆ,
COMES
IN OLDENBURG ET DELMENHORST,
Inter REGES Suæ STIRPIS
Ordine Decimus,

Glo-

Gloria Maximus,
Virtute nulli Secundus.
HOMO qvidem, a qvo nihil humani alienum,
Ideo corpore mortuus.
Aſt,
Homines inter, non Virtute minus, qvam Sorte excellens,
Ideoqve
Anima in Polo,
Fama in Solo
Vivit, & in Secula vivet.
Vis porro ſcire, qvis fuerit?
In Choro Pius,
In Foro Juſtus,
In Throno Propitius,
In Caſtris Strenuus,
In Curia indefeſſus,
Nusqvam non Rex,
Nusqvam non Diademate dignus.
Vis ſcire, qvid fecerit?
Qvot egit Luſtra,
Tot peregit illuſtria Facinora.
Qvot DEO dicavit Ædes, tot Pietatis,
Qvot ſancivit Leges, tot Juſtitiæ,
Qvot Hoſti extorſit Victorias, tot Fortitudinis
Exhibuit Documenta.
Vis ſcire, qvid paſſus ſit?
Utramqve Fortunam expertus
Utriusqve Victorem Se geſſit,
In adverſa Fortis, in Secunda Cautus.
Vidit Patriam,
Peſte afflictam,
Bello qvaſſatam,
Incendio vaſtatam,
Diluvio obrutam.
His omnibus ferendis impar fuiſſet,
Ni fuiſſet Illi
DOMINUS ADJUTOR.
Propterea
Par Ei ad Fortitudinem Religio fuit,
Nec Cœlo ſegnius, qvam Solo militavit.
Si qvid ædificandæ Eccleſiæ,
Si qvid ampliandæ Reipublicæ,

Si qvid custodiendis Moribus
Inservire visum fuit,
Id omne intentatum non prætermisit.
Eo, post DEUM, auspicante,
Personuit extremas Austri & Boreæ Plagas Prædicatio Evangelii.
Eo propugnante,
Restituti sunt ad Eidoram pristini Patriæ Limites.
Eo procurante,
Haud parum adaucta sunt Danorum commercia & opificia.
Eo foris protegente,
Intacta Hostibus mansit Dania.
Eo domi gubernante,
Nec Cathedram Hæresis,
Nec Curiam Discordia
infestavit.
In singulos Regni Ordines
Singularia contulit Beneficia;
Evexit Magnates,
Fovit Cleros,
Adauxit Cives,
Servitute liberavit Agricolas.
Hinc,
Qvot reliqvit Subditos, Tot Orphanos
Pium Patriæ Patrem
Lugentes, Plangentes, Plorantes,
Qvasqve vivens Nulli,
Has moriens Omni
Oculo Lacrymas excussit.



Monumenta Episcopalia.

In Choro.

Epitaphium WILHELMI olim Episcopi Roschild:

WILHELMUS olim Episcopus Roschildensis
Præstantibus Dei relucebat donis;
Pietate, Religione, percelebri vita
Et sancta & omni genere virtutum illustri,
Adeo ut in incerto erat, isne officio tali
Dignior erat, an illo officium. Tam spectatum
Episcopatus præstitit sui exemplum.
Hic fretus innocentia atq; item justo
Injusti homicidii dolore permotus,
Qvod à Rege factum erat, libidine magis qvam

Ratio-

Ratione, Regem ipſum qvamvis magnum & tali
Regno potentem comitatuq; ſtipatum
Magno, repulſum baculo prohibuit templo *
Rebusq; ſacris, donec pœnitens facti
In gratiam cum Eccleſia & Deo offenſo
Rediſſet. His factis tempore non ita multò
Poſt, mortui jam Regis huc deferebatur
Funus. Qvod ut reſcitum eſt appropinqvare
Urbi, duo ſepulchra confici juſſit,
Duobis etiam pheretris adornatis, ibat
WILHELMUS obviam. Poſtqvam ad funus ventum eſt,
Oratione facta, ut illi (qvem in terris
Deo Patri jam lucrifecerat ſanam
Per admonitionem) commori poſſet.
Mox membra collapſus, animam ſanctam cœlo
Reddidit, ac inde uterq; ſuo loculo impoſtus
Hanc ſacram ad ædem pariter (mirabile dictu)
Magno omnium ſtupore deportati ſunt.
WILHELMO honorificè ſepulto ac de more
Epiſcopalibus inſignibus una cum illo
Terra reconditis, novo Deus funus
Miraculo hominum memoriæ conſecravit.
Hæc ipſa namq; ut obruta tumulo terra
Ultro ſepulchrum reddidit. Translatum ergo
Huc funus eſt ac magna cum religione
Hoc in loco commendatum ſepulturæ.
Obiit autem Anno milleſimo ſeptuageſimo addito qvartò.

* *Reſpicitur his verbis ad hiſtoriam rariſſimis annumerandam, quæ apud Saxonem Libro XI. in Vita Svenon: Eſtritbii. Hvitfeld: Tom. I. p. 87. Pontan. Lib. V. p. 190. Crantz. Dan. Lib. IV. & J. L. Wolf Encom. Regni Dan. 446. legi poteſt, ſcilicet Ambroſii pium Zelum & magnanimitatem (Arrogantiam & faſtum clericalem alii dicere malunt) imitatus Wilhelmus, Regem Svenonem Eſtritbium, intimum aliàs amicum, ſed multorum Sangvine pollutum templumq; hoc Roſchildenſe ingredientem, ſacris donec reſipuiſſet, arcere ſuſtinuit, imponens Regio pectori Epiſcopalem baculum, quod argumentum alio loco D. V. fuſius tractaturi ſumus.*

Miraculis poſt mortem claruiſſe hunc Wilhelmum, *auctor eſt Alb. Crantzius Metrop. Lib. V. Cap. XVIII. Huc refer ſeqventia Saxonis Gram. Lib. XI. p. m. 215. "Qvamobrem diu poſtmodum intactus* Wilhelmi *tumulus manſit, donec" noſtris eum temporibus* Hermannus, *majoris ſacrarii præſes,* Arnfaſtusq; *ſcholæ" magiſterio functus, connivente* Iſaaco *ruralis ſacerdotii Præpoſito, parabilem magis" & inter cæteros cultiſſimum animadvertentes,* Aſcerianæ *ſepulturæ gratia ape-" riri juſſerunt. Porro foſſa ad ſolidum humo, incorruptam antiſtitis togam inter" adeſa ſolo oſſa reperiunt. Quibus ſublatis, tanta fragrantiæ vis ſine ullo auctore" ad circumſtantium nares veluti à beato qvodam ungventorum fonte manavit, ut" nemo cælo potitam ambigeret, cujus cineres tam mira terreſtrium odorum ſvavitas" perfudiſſet. Ipſas verò contrectantium manus tanta odoramenti pertinacia aſtrin-" xit, ut ipſum triduo balneis ac lavacris attentatum abolere neqviverint. Nec" tamen ſanctitatem cinerum, ut decuit, venerati, in extremam eos monumenti par-" tem applicandos curabant. Sed neq; præſumptioni impunitas abfuit. Siquidem" ſacrilegi conſilii auctores peſtiferum audaciæ ſuæ exitum experti ſunt, tantumq;" quisq; ſupplicii retulit, quantum violandi buſti ſententiæ impendit."*

In Sacello Divæ Brigittæ.

OLAUS

Episcopus Roschildensis primus Fundator hujus Capellæ obiit Anno Domini MCCCXX. VI Idus Martii.

Dormit JOHANNES ANDREÆ hoc marmore tectus,
Mens vigilat summo perfruiturq; bono.
Prudens consiliisq; bonus fuit, integer atqve
Candidus & veræ Relligionis amans.
MCDXXXI.

In Sacello S. Laurentii.

Hic jacet Reverendus Pater ac Dominus, Dnus

OLAUS MARTINI,

qvondam Episcop: Roschild: qvi obiit 8 Cal. Aug. in Anno Domini MCDLXXXV.

NICOLAUS SKAVE

Episcopus Roschild: obiit anno Domini MCDXCIII.

JOHANNES JACOBI Filius

Dei gratia qvondam Episcopus Roschildensis reversus ex studio bonarum literarum, qvod magna cum laude & multorum doctorum commendatione in Germania confecerat, primum ob morum probitatem & ingenii singularem eruditionem & facultatem, tum omnium rerum experientiam admirabilem assumtus est in Archigrammateum JOHANNIS REGIS DANIÆ &c. ejus nominis primi. Interea in Angliam & Scotiam missus Legatus, qva in legatione ita se gessit, ut jucundissima, gratissima & gloriosissima sit ejus nominis memoria & apud Anglos & Scotos, qvos ipsos etiam eodem tempore, cum inter se maximum bellum gessissent & starent jam utrinq; instructi exercitus infestis animis & signis, alter in alterius perniciem accincti, in concordiam dissidentes reconciliavit. Factum omnibus seculis memorandum. Tanti erat illius viri apud peregrinos etiam homines qvædam vocis & vultus augusta majestas & gravissimis in rebus nominis autoritas. Mox in Patriam regressus à Canonicis Roschildensibus Episcopus designatus est. Vir erat peradmodum prudens, facundus, comis, gravis, benignus, liberalis, adeo ut à sordidis hominibus & qvasi aridis pumicibus & inexplebilibus voraginibus prodigus notaretur. Erat vir constans, fortis & inqvietus, justus, clemens, pauperum amantissimus Patronus & Assy-

& Aſylum. Omnibus deniq; charus & aſpectu venerandus. Mortuus eſt in arce Hiortholm anno ætatis ſuæ plus minus ſexageſimo, Pontificatus verò ſui undecimo à Chriſto nato ſaluti noſtræ MDXIII feriis Paſchalibus, ſepultus hìc Roſchildiæ in æde B. Lucii. Eodem anno obiit Joachimus Jacobi ejusdem Epiſcopi Frater, ſub hoc etiam marmore ſepultus, cujus gener Joachimus Bech de Ferslow, hæc ut nota eſſent, hic ſculpta voluit.

Venerabilis Epiſcopi Roſchild: Dni.

LAGONIS URNE

Sepulchrum. Orate Deum pro eo. Obiit autem anno Domini MDXXIX die XX Aprilis. Miſerere mei Deus, qvoniam in te confidit anima mea! Deus propitius eſto mihi peccatori!

Hic ſepultus eſt Reverendus in Chriſto Princeps

ANDREAS BARBY

Reg. Majeſt. Conſiliarius, Electus Epiſcopus Lubecenſis & hujus & Viburgenſis Eccleſiæ Præpoſitus. Vixit annis LI. dies X. Obiit Hafniæ III Aug. MDLIX.

Epitaphium SAXONIS GRAMMATICI *Graviſſimi Danorum Hiſtoriographi, qvi obiit juxta calculum Scholiaſtis ſui Stephanii Ao. M.CC.IV., à Lagone Urne Epiſcopo Roſch:, ut putatur compoſitum aureisq; literis tabulæ ligneæ inſcriptum.*

Qvi vivens alios æternum vivere fecit,
SAXO GRAMMATICUS mortuus hic recubat.
Mortuus, extincto ſed tantum corpore, mente,
Qva valuit, magno vivit & ingenio.
Unde hanc, deſcripſit, Res Danica venit in oram,
Qvæ jacet Arctoo proxima penè polo.
Danorum Regum repetens ab origine ſtirpem,
Et qvæ qvisq; ſuo tempore fata tulit.
Qvi regni tractus terraqve; mariq; patentes,
Qvi populi mores vitaq; qvalis erat,
Tum, qvæ præſtabant Heroum in pectore vires,
Qvæq; Gigantææ corpora molis erant.
Qvàm ſanctis patriæ firmatæ legibus urbes,
Qvod ſtudium veræ Relligionis erat.
Hinc qvâ Danus erat virtute invictus & armis,
Qvi tenuit regnis regna ſubacta ſuis;
Non modo vicinis metuendus gentibus, ipſa
Hoc ne Roma qvidem libera ab hoſte fuit.
Nec tantum iſta ſtylo deduxit facta ſoluto,
Sed vario ornatum carmine pinxit opus.
Qvæ nunc perpetua premerentur nocte, niſi hujus
Conſpicua ingenii lumine facta forent.

Ergo locum hunc, qvi funus habet, venerare viator,
Eximium Patriæ nam Decus ille fuit.



Supra effigiem Deiparæ:

O qvam ſpecioſa es in deliciis tuis, Sancta Dei genitrix.

Anno Domini MCCXXXII regnante Rege WALDEMARO SECUNDO, præſidente Eccleſiæ Roſchildenſi Epiſcopo NICOLAO - - - pridie Nonas Julii bene confeſſus, & rebus ſuis bene diſpoſitis, obiit

WILHELMUS

civis Roſchildenſis, & humatus eſt in loco præſenti in Domino. Naſcendo morimur.

NB. *Epitaphium hocce pervetuſtum laminæ plumbeæ inciſum reperiebatur ad latus orientale anno 1567, cum Nobili & optimæ indolis puero* JACOBO FRIIS, *Henrici Friſii de Heſſelager filio, monumentum pararetur.*

Hic jacet

NICOLAUS PETRI

Sacerdos, qvi obiit anno Dni MCCCLXXX.

In Choro.

In honorem SStæ & individuæ Trinitatis ac Beati Lucii Papæ & Martyris, ſanctæ hujus Eccleſiæ Patroni de ordinatione pariter & expenſis Venerabilis in Chriſto Patris ac Domini, Domini Johannis Dei gratia Epiſcopi Roſchild: completus eſt Chorus iſte, anno ab incarnatione Domini, MCDXX Pontificatus ſui anno qvarto, ob remedium animarum Illuſtriſſimæ Reginæ MARGRETÆ, totius cleri fautricis hic ſepultæ, & Chariſſimi Patrui Domini Petri, Epiſcopi Prædeceſſoris ſui colendæ memoriæ. Hac qvippe Regina regnante, felix ubiq; regnorum incolis ſucceſſus erat. Valeat igitur & valeant, qvi nos valere velint.

Hic jacet Nobilis Vir

OLRICUS SANDBERG

qvi obiit anno Domini MCDXXIV. Orate.

Hic jacet

JOHANNES BRYNNIKINI

Cantor Roſchildenſis, qvi obiit anno Domini MCDXLI. feria qvarta infra octav. S. Martini.

Hic

Hic inter Canonicos locum inveniret Epitaphium M. JOHANN. ANDREÆ *Canon. Roſchild. Ao. MCDXXXI defuncti, qvod ſuperius per incogitantiam inter Monumenta Epiſcopalia irrepſit.*

Hic ſepultus eſt
Dominus NICOLAUS ANDREÆ
hujus Eccleſiæ qvondam Canonicus, qvi obiit anno Domini MCDXLIV. d. XXIV Novembr.

In Sacello CHRIST. IVti.
qvod olim dicebatur Sacell. Catharinæ Dott.

Anno Domini MCDLXX. 3 Nonas Novembris obiit
Domina CATHARINA NICOLAI DOTH
fundatrix hujus Capellæ, relicta Johannis Petri de Moldorp cum ſuis filiis & filiabus aliisq; - - - - cujus anima reqvieſcat in pace.

NB. *Fundatum a Catharina Dott Sacellum, tum collapſum, Ao. 1615. de novo impenſiſſime reædificavit gl. m.* Chriſt. IV. *vid. Jani Paludani Schediaſm. Hiſtor. 4tum de templo, qvod Roëskildiæ eſt, Sti Lucii. Havn. 1722. pag. 34. §. 6.*

Hic jacet
N. JOHANNIS
Cantor Roſchild: qvi obiit A. D. MCDLXXII.

JOHANNES *FYNDERUS
Canonic: Roſchild: obiit anno Domini MCDLXXIV. in die B. Matthiæ.

* *Alii legunt* SINDONIS.

Hic jacet
JOHANNES NICOLAI
qvondam Canonicus Roſchildenſis, qvi obiit Anno Dni. MCDLXXX.

Hic jacet
JOHANNES
qvondam perpet. Vicarius Roſch. Anno Dni. MCDLXXX.

OLAUS PETRI
Archidiaconus Roſchild: obiit MCDLXXXIII.

Hic jacet
Magiſter PETRUS JOHANNIS
Canonicus Roſchild: qvi obiit anno Dni. MCDLXXXVIII. Cujus anima reqvieſcat in pace.

Hic ſepultus eſt
Dominus PETRUS LAURENTII
dictus SAMPSINUS
hujus qvondam Eccleſiæ Vicarius, qvi obiit anno MDII.

Hic jacet
LIDENIS JOHANNIS
qvondam Canon: Roſchild: qvi obiit A. Dn. MD.IIII.

Anno Dni. MD decimo obiit
Dnus. NICOLAUS PETRI
Canonic: Roſchildenſis.

In Sacello S. Birgittæ
Nobilis Vir
Dominus PETRUS ANDREÆ
qvondam Canonicus Roſchild: hoc loco ſepultus eſt Anno MDXIII. Cujus anima reqvieſcat in pace.

Hic ſepultus eſt Venerabilis Vir
Dominus JOHANNES LAURENTII
dictus OLMARD
hujus Eccleſ: Archidiaconus, qvi obiit MDXIV.

Orate pro Deo devota Nobili muliere
Dna. CHRISTINA
relicta qvondam Dni. GEORGII URNE militis de Brolovia hic ſepulta, qvæ obiit anno MDXVIII.

Hic HENNINGI GRIIS, veteri qvi ſtemmate clarus,
Sed virtute fuit clarior, oſſa cubant,
Cujus ſedulitas, pietas & cura ſacello
Huic ſimul & templo cuprea tecta dedit.
Nam fuit illius poſſeſſor, tutor & hujus,
Rebus conſuluit ſic utriusq; bene.
Juſtus, munificus, conſtans, pius atq; benignus
Cum fama vixit conſenuitq; bona.
Qvæ cunctis præſtent opibus, monumenta reliqvit,
Nempe bonum nomen tempus in omne manens.

Eccleſ: Canonic: qvi obiit MDXXI. 3 Id. Dec.

Hic ſepultus eſt Venerabilis Vir
Dn. BOETIUS ANTHONII
qvondam Canonic: Roſchild: Eccleſ: qvi obiit feria qvinta poſt Exaltat: S. Crucis A. Dni. 152 tertio.

An-

Anno Dni. MDXXVII. obiit
Dn. OLAUS ANDREÆ
hujus Eccl. Canon. Patronus miſerorum præſentiſſimus, ſemper adimplens veri & amator.

Hic jacet
MAGNUS LAGONIS
miles cum ſuo fratre milite OLAO
Canonico Roſchild. Orate Deum pro eis.

Dominus LAURENTIUS OLMAND
Archidiaconus Roſchild. admodum probus, liberalis & apud omnes gratioſus mortem obiit Sabbatho Dom. Lætare MDXXX. hic ſepultus.

Anno Domini MDXXXI. obiit Venerabilis Vir
Dominus CUNIBERTUS JACOBI
Præpoſitus Roſchildenſis.

Mag. FRANCISCUS ANDREÆ
qvondam Canon. Roſchild. hic ſepult. A. Dn. MDXXXII. d. 30 Januar. ætat. 78.

Epitaphium
JOHANNIS ANDREÆ
Canonici Roſchildenſis MDXXXVIII.

Anima
Dni. JOHANNIS OLAI
Cantoris hujus Eccleſiæ, qvondam Canonici Roſchildenſ. hic ſepulti per miſericordiam Dei reqvieſcat in pace. Amen A. C. M.D.XL.

Erlig og Welbyrdig Mand
TORNE BISSERS
- - - - Fyen oc døde der Anno - - - - ſom hafde Claræ Kloſter udi Forlæning med hans Kiere Huſtru Erlig og Welbyrdig Fru BIRGITTE - - - - ſom døde her udi Claræ Chloſter 1541. Oc vaar hun Jens Ulfelds Daatter af Glimminge. GUD give Eder en ſalig Opſtandelſe.

Hic ſepultus eſt Venerabilis Vir
Dn. JACOBUS ANDREÆ
hujus Eccl. Canon. qvi ob. prid. D. Martini Epiſc. Ao. Dn. 1542.

Hæc petra me PETRUM locat hoc tumulo * TIDERICI,
Tolle Deus tetrum baratrum rogo ſic inimici!
M lege D ſimul XI qvater connumeratum,
Cum corpus ſit ſex vermibus eſca datum.
Canonic. Roſchild. & qvondam Otthonienſem Ao. MDXLIV.

* *Alii legunt* FRIDERICI.

Hic ſepultus eſt Nobilis Vir
ERICUS JUEL
Eccleſiæ Canonicus, qvi in proximo maris ſinu inauſpicata morte ſubito præoccupatus eſt d. III Maji MDXLVI.

Hic ſepultus eſt
Dominus JACOBUS *HEJA
hujus Eccleſiæ Cantor, qvi ſubitam & inauſpicatam mortem obiit anno MDL. ** IV Cal. Novembr.

* *Alii leg.* HEIRE. ** *al. 4 Sept.*

M. JOH. LAURENTII NESTVEDENSIS
hujus Eccl. olim Canon. hic ſepult. A. Dn. MDLVII. 4 April.

Hic ſepultus eſt Venerab. Vir
Dn. ALBERTUS LAURENTII
hujus Eccl. Canon. qvi obiit XXIII die Aug. Ao. Dni. MDLVII.

Hic ſepultus eſt Venerab. Vir
Dn. JOHANNES GEORGII
olim Canon. hujus Eccleſ. qvi obiit 1558. 4 Sept.

Hic placidè Dominus reqvieſcit morte JOHANNES,
Cui pater HENRICUS civis honeſtus erat,
Grammata Svenburgi didicit rudimentaq; prima,
Namq; ibi verſatus natus & ortus erat.
Hunc * AVO dilexit BILDORUM gloria vera
Inter præcipuos extuleratq; viros.
Vir fuit in lingvis prudens, moderatus, honeſtus;
Nec non ſinceræ relligionis amans.
Eſt illi appoſitus MATTHIAS nomine gnatus,
Filius hic dormit cum genitore ſuo.
Anno 1562 d. 9 Novembr. obiit in Duebrõer, fuit enim iſtius loci Oeconomus & hujus loci Canonicus.

* NB. *Avo Bilde ultimus Epiſcopor. Pontificior. Arhuſii.*

Epi-

Epitaphium Nobilissimæ, pientissimæ & castissimæ
KIRSTINÆ HVITFELD
obdormientis in Domino d. 24 Julii 1563. scriptum à Nicolao Hemmingio Th. D.

KIRSTINA antiqvo majorum stemmate clara
Ossa sua hic posuit mente superna petens,
Stemmate gaudebat paterno, insignia HVITFELD
Cui sunt victricis præmia digna manus.
Hoc decus amplificat permultum gloria matris,
Qvæ genus Heroum nobile TROLLE refert.
Est siqvidem multum claros habuisse parentes,
Ardua si virtus sit tibi juncta comes.
Fulget ut in auro pretiosior unio salvo,
Sic virtus claro pectore pulchra nitet.
Hoc reputans animo KIRSTINA pio, superare
Majores studio nititur usq; suos.
Hæc cum laude haurit fortes pietatis amœnas,
Imbibit & mores cum pietate probos.
Virginibus decus illa fuit pulcherrima virgo,
Magna puellarum gloria nobilium.
Nunqvam conspecta est qvenqvam contemnere, nunqvam
Præposuit se aliis, omnibus æqva fuit.
Hæc cum complerat annos ter qvinq; duosq;
Conjugii castum scandit honesta thorum.
Nupsit enim placido castissima Virgo LAGONI
BECHO, præclaro nobilitate Viro.
Dulce utriq; jugum, sed proh dolor! ipsa vetabat
Parca diuturnum scandere utrumq; thorum.
Nam nunc amissam viduus dolet ante maritus,
Sic durant mundi gaudia nulla diu.

Memoriæ Clarissimi Viri
SEVERINI OLAI
Canonici Roschildensis & Scholæ * Moderatoris Optimi, qvi XIX Aug. MDLXIV mortuus est, amici posuerunt.

* *Alii legunt: Mecœnatis. Item XVII. Aug. Ann. MDLIIII.*

Hic sepultus est Venerabilis Vir
Dominus ERASMUS JOHANNIS
qvondam Vicarius Roschild: qvi obiit XXVIII Martii anno MDLXIV.

Hic sepultus est Nobilis Vir
NICOLAUS FRIIS
hujus Ecclesiæ Cantor ipso die Epiphaniæ Domini Anno MDLXV.

Hic ſepultus eſt honeſtus & nobilis Vir
ANDREAS EVLMAN
natione Miſnenſis olim Scriba Regis Chriſt. Tert. & Canon. hujus Eccleſ: qvi obiit 30 Apr. 1565.

LAGO BROCHENHUSIUS
Archidiaconus uxorem reliqvit ANNAM STYGGE. Obiit 21 Febr. MDLXIX. *Aliud:*

Condit in hoc tumulo LAGO BROCHENHUSIUS oſſa,
Idem vir clarus, doctus itemq; pius.
Arch - - - hoc in templo factus egenos
Juvit & hanc ſummo fovit amore ſcholam.
A - - - - - - - - -
Mente petens caſtâ regna beata poli.
Obiit 21 Febr. MDLXIX. æt. 81.

Hic ſepultus eſt Venerab: Vir
MATTHIAS PETRI
Canon. Roſchild. & Preſes Cenobii Duebröer. MARGARETAM filiam ſuam ſepeliri fecit MD.LXIX.

Nobilis & doctus Vir
NICOLAUS ROSENGAARD
qvondam Canonicus Roſchildenſis hic ſepultus eſt, qvi obiit in prædio ſuo Toggeröd d. 2 April. MDLXX.

TETZO ROSENGAARD
Archidiaconus Roſchild. obiit MDLXXVI.
JOHANNES TETZONIS
Miles frater ejus LXXVI. Item hic jacet nobilis Vir
CHRISTOPHORUS ROSENGAARD
mortuus in prædio Hellerup d. 17 Maji MDXCIII.

Her ligger begraven Erlig og Velbyrdig Mand
JENS ROSENGAARD,
ſom døde her i Roeskilde Aar MDLXI den XI April: og boede paa Haggerup, med ſin kiære Huſtru
Fr. MARGRETE NIELS DAATTER
Hvis Siæle GUD have.

OALUS OTTONIUS
Haffnenſis & Roſchildenſis viginti qvatuor annis Ludimagiſter, hinc octodecim annis Cantor Roſchild: Obiit MDLXXV. ætat: LXXXI.

Ali-

Aliud:

Condit OLAUS in hoc OTHONIUS ossa sepulchro,
Mente Deo junctus cœlica regna colit,
Is pius inprimis fuit atq; benignus egenis,
Unde viri meruit nomen habere boni.
Amplius Haffnensis viginti qvatuor annis
Et Roschildensis Ludimagister erat.
Hic ter sex annos Cantoris munere functus
Huic templo præfuit - - - - -
Obiit 17 Octobr. MDLXXV. ætat. 81.
Viriliter age & confortetur cor tuum Psal. 24.

Hic jacet
EILARDUS JACOBI
Canonicus Roschildensis.

Pius & honestus Vir
D. MICHAEL ERASMUS
hujus Ecclesiæ Cathed. qvondam Vicarius & Pastor ruralis parochiæ Sengeløs hic sepultus est. Obiit MDLXXVII. æt. 39.

Anno Dni. 1577 die 21 Febr. pius & doctus Vir
Dn. JOHANNES ANDREÆ
Canonic. Eccl. Rosch. in vera invocatione Filii Dei ex hac ærumnosa vita in cœlest. patr. commigravit.

Hic sepultus est Vir pius, doctus & prudens
M. NICOLAUS N. COLDINGIUS
Regis Danorum Friderici Secundi fidelis Concionator, qvondam Canonicus Roschildensis, qvi obiit d. 25 Aug. MDLXXVIII. ætat. 53.

JACOBUS FOSSIUS
M. Desiderii Johannis Fossii filiolus, qvi 4 Sept. MDLXXVIII. obiit infans.

Hospes in hunc veni Mundum novus, ast ego mundum
Non reperi, hinc dixi: Tu modò Munde vale!
Nam redeo ad Christum, proprio qvi sangvine mundum
Me lavat & pueris gaudia munda parat.

Exuviæ pii, doctissimi & multarum rerum ac nationum experti Viri
D.D. MATTHIÆ PAULI Ripensis Cimbri
Med. Doct. Canonici qvondam Roschildens. & Oeconomi in Duebrödre piè in Domino obdormientis II Januar. MDLXXIX.

Fac domus ista Deus sit in hostes inclyta victrix,
Qvâ sacra vota canit tibi clerus honore perenni,
Livor, avarities, fugit hinc simulatio mentis,
Exulat invidia, concordia crescat amoris
Pax vigeat Christi, sit procul omne malum.
Summa Trinitas, unus Deus nos protegat MD.80.

Hoc tumulo conditus est eruditione, prudentia & rerum usu ornatissimus

JOHANNES LÆLIUS

Alexandri Lælii Consulis olim Helsingorensis & Telonarii Regii Magistri ibidem filius & Canonic. Roschild. qvi firmissima invocatione ab hac vita in veram patriam migravit Anno MDLXXXVII. Maji 31. Catharina Dunqvardi filia Optimo Marito mœstissima posuit.

Her ligger begraven Erlig og Welb: Mand

OTHO BROCHENHUUS

til Wolderslof udi Fyen, som døde udi Roschild den 1 Junii Aar 1594. samt hans kiære Hustrue Erlig oc Welbyrdig Frue

KAREN WENSTERMAND

som oc døde her sammesteds den 22 Octobr. Aar 1588. Gud gifve dem en glædelig Opstandelse.

Hoc tumulo exuvias condit NICOLAUS OLAI
HALVEGIUS, cœli gaudia mente capit.
Extulit hunc Halsnes, schola Roschildensis alumnum,
Fovit, & hinc studiis serviit ipse scholæ.
Hic docuit pueros Hypo-qvinq; Didascalus annos,
Pòst annos octo Ludimagister erat.
Hinc tribus in Duebrödre annis Provisor egentûm,
Qvos ibi munificus Rex FRIDERICUS alit.
Munere Canonici functus, pietatis alumnus
In Gnato posuit spemq; fidemq; Dei.
Obiit anno salutis MDXC. d. 28 Octobr.

ELIAS EISENBERG

FRIDERICI SECUNDI Dan. Norv. &c. Regis Potentiss: Secretarius multis arduis in aula laboribus, & difficillimis duabus ad Johannem Basilidem magnum Moschoviæ Ducem, compluribus ad alias gentes legationibus opt. fide ad Regis procerumq; arbitrium XXI annorum spacio Deo favente prosperè in inclyti hujus regni emolumentum perfunctus tandem ob morborum vim ingruentem clementer dimissus VII ann. hìc piè peractis, uxore & VI liberis relictis, san-

ſanctè exſpiravit. Anno Gra. CIↃ.IↃ.XC. prid. Kal. Maji Anno ætat. LVI.

Marito meritiſſimo THALA HOLSTENIA vidua mœſtiſſima F. F.

In lapide Sepulchrali:

ELIAS EISENBERG

Halæ Saxon: natus Frid: 2. Dan. & Norv. Regi Potentiſſ. à Secretis, Præpoſit. & Canon. Roſch.

NB. *Filium habuit homonymum Mag.* ELIAM EISENBERG *ex Prof. Phyſ. Hafn. Præpoſitum in Samo Danica, qvi obiit 1635. Vid. Epitaph. ejus in Reſenii Deſcr. Samſ. conſ. Er. Vinding. Acad. Hafn. p. 254. Nepotem verò, ni fallor, ejusdem nominis Mag.* ELIAM EISENB: *Paſt. Prim. Calund. & Præpoſ. Nomarch. Artzberred, qvi ob. 5 Aug. 1660. teſte lap. ſep. in Templ. Calund.*

Hic ſepultus eſt Reverendus, pius & doctus Vir

Mag. PETRUS JOHANNIS ASMINDERODENSIS

olim Ludimagiſter & Canon. Roſch. qvi obiit Ann. Chriſt. MDXCII. X Maji. Symb: Vincam mea fata precando.

Venerabilis & honeſtus Vir

JOHANNES LAURENTII SVINBURGENSIS

olim hujus Eccleſ. Canonic. hic ſepultus eſt anno Dni. MDLXXXXII. d. V. Dec.

Epitahpium Dn. Doct. NICOLAI HEMMINGII *Theologi Eximii.*

Doct. NICOLAI HEMMINGII

Canon: Roſchild: Cineres. Hic. Qvieſcunt,

Qvi primum felici & laborioſa opera in Academia Hafnienſi artium & lingvarum ſtudia multorum utilitate propagavit. Theologicæ Profeſſioni adhibitus eam lucem ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis, Methodi brevitate & claritate attulit, ut non ſolùm noſtris, ſed cunctis Europæ doctis admirationi fuerit. Fatalibus Theologorum controverſiis præter exſpectationem involutus, innocentem ſervavit Numinis benignitas. Ob diuturnos in ſchola labores, grato feliciq; ocio donatus, ſenex ſatur vitæ mortalium curas inanes contempſit, Deo Servatori ſpiritum firma fide commendans moritur ANNO MDC. die XXIII Maji. Vidua & hæredes bene merito poſuere.

NB. *Imago addita epitaphio docet, qvi tunc ſacra in ſcholis docentium & diſcentium fuerit habitus.*

In Collectaneis Beati Petri Septimii inter reliqvias Bibliothecæ Rostgardianæ asservatis aliud Hemmingii Epicedium habetur, diversum à priori, qvod habet Helvaderus in Sylv. Chron. Circ. Balth. Alterum horum Sarcophago fortè fuerit inscriptum.

D. I. O. M. S. G.

NICOLAUS HEMMINGIUS

Lalandus, Doctissimus Theologus meritò cognomine Phœnix, patriæq; sua ætate Oculus appellandus, qvòd Deus in eum animi rarissima dona contulerit. Is cum incomparabili ingenii subtilis acumine post artium & lingvarum industriam propagationem, Libros Propheticos & Apostolicos rara felicitate, eximia cum laude, in Reg. Acad. Hafn. explanando ac disputando illustraret, patrios non tantum Eruditos, imo cunctos Europæ Doctos in admirationem sui facile convertit. Cæterùm nec defuere Sycophantarum inqvietorum morsus obstrepentes, qvibus eum, tempestate infelici ista Theologicarum controversiarum ingruente, unicè oppressum iri contenderent. Verùm magni Numinis providentiâ factum fuisse fas est credere, ut inopinanti nihilq; hujusmodi merenti non duntaxat parceretur, sed etiam ob labores Ecclesiæ & Scholæ utilitate exantlatos ac devoratos, otio benigno, jucundo, opulento donaretur. Erat profectò admirabili facetiarum lepore ac sale mirè perurbanus tantaq; morum temperie, ut non eloqvio, non cultu, non ipso deniq; convictu fastum ullum ostenderet. Concessit Naturæ planè senex cœlo dignus, magnum sui desiderium literatæ posteritati relinqvens. Elatus est funere honorificentissimo, freqventissimo hominum omnis generis comitatu ad dulce suum cubile in augusta Basilica Roeskildensi Divo Lucio sacrata, in qva inclytos Reges, Generosos Episcopos, venerandos Patres tumulari mos. Dignum utiq; sacrosanctum hoc laudatissimum literarum decus non solùm honorato sepulchri Elogio, sed ut illud etiam propter eruditissima ingenii monumenta, immortaliq; hominum memoria dignissima, æternis omnino laudibus grata posteritas coronet atq; perornet. Moritur 1600. d. 23 Maji.

NB. *Erasmus Vinding: in Acad: Hafn: pagg. 78.* Decumbens postremò Sacrosancta Domini cœna confirmatus Evangelii lectionibus se oblectavit & Psalmum CIII. in astantium præsentia morti proximus tanto fervore verborum propemodum exposuit, ut Spiritus Sancti tantam vim, tantum vigorem, tantam efficaciam in tam exsangvi & propemodum demortuo corpusculo omnes summè fuerint admirati.

Spe-

Spera in Domino & fac bonitatem.

Her er begraven Hæderlig og Gudfrygtig og Salige Qvinde

Maren Mats Sørensens Daatter

fød i Lands-Crone, som var NICOLAI HEMMINGII Doctoris Theologiæ Frue, og hensov hun udi HErren her i Roskilde den 7 Septembr. Anno Dni. 1588. ætat. 70.

Hendes Riim

Hvo GUd frygter, er riig og viis,
I Dødsens Krig hand fanger Priis.

NB. *Dubitari posset, an genuina sit lectio* & Frue, *cum sub id ævi titulum illum vix aliis qvàm Heroinis nobilibus datum crediderim. Fortè ex posteriore parte vocis* Hustrue, *Syllabâ prima obliteratâ, novitium istud* Frue *incaute effectum.*

Erlig og Gudfrygtig Qvinde

Sl. Birgitte Laurits Daatter

Barnfød i Fyen, levede med sin kiære Hosbonde Hæderlig og Høylærde Mand Doct. NIELS HEMMINGSEN 18 Aar, og sad efter hans Død i sit Enke-Sæde 6 Aar, levede siden med Hæderlig og Høylærde Mand Sl. Mag. CHRISTEN GULDAGER 17 Aar, hensov i HErren den 25 Martii, og hviler her imellum forbemeldte hendes Sl. Mænd.

NB. Hic habemus posteriores duas Hemmingii uxores, qvæ infelicitatem primi Conjugii prosperitate pensarunt. Erasmus Vindingius in Acad. Hafn. pagg. 78. *In vita conjugali dum vixit* (Hemmingius) *plurimas expertus est calamitates & difficultates domesticas. Primam enim conjugem, facto divortio, repudiavit: cum altera diu beneq; vixit. Tertiam XX propemodum annos sedulam vitæ sociam reliqvit superstitem: qvam Divina gratia in conjugio tranqvillo dilexit ac coluit, qvippe qvæ seni marito verè scipio & fulcrum fuit. Filium habuit* Johannem *ad Professoriam dignitatem provectum, sed dehonestamentum Patris & Patriæ* &c. Gnatum hunc tanto Parente indignum ex primo conjugio suscepisse videtur, utpote ann. 1550. natum, qvi ex impudico matris ingenio dissolutos traxerit mores. De illo porro Vindingius pagg. 128.

Ann. 1570 die 12 Apr. ætat. 20. jam Magister Artium admissus est ad publicam Professionem Terentianam. Inde Professor Græcæ lingvæ fuit ann. 1573. Sed cum & Patri & Academiæ dedecori esset, successorem accepit ann. 1575. M. Jacob. Matth. Arh. Vixit postea diu & post obitum Patris in egestate, sublevatus interdum ex Academiæ fisco. Adeoq; hic valet adagium: Herοum filii noxæ. Ex infausto isto Hemmingii Conjugio ac Divortio occasionem forte cepit scribendi libelli de Conjugio, Repudio & Divortio Lipsf. 1581.

Mag. Ivarius Bartholinus ex Professore Pædagogo Hafn: Pastor in Insula Mona-Stegensis & tandem, postqvam ob exclusum à Baptismo Exorcismum Soræ diu in custodia latitâsset, Præses Cœnobiorum Sorani ac Ringstadiensis factus, cujus succinctam infra daturi sumus historiam, in Responsione ad invectivas, ut vocat, Hemmingii literas (qvem offenderat provocando ad libellum ejus, qvi Pastor inscribitur, tan-

qvam opinioni ſuæ de Exorciſmo rejiciendo patrocinantem (longè acerbiſſima Soræ die 9 Aprilis 1568. data MSS. culpam adulterii à prima Hemmingii uxore commiſſi in ipſum conjicit Hemmingium, qvem illam decenter minus tractâſſe ſecutæq; impudicitiæ occaſionem præbuiſſe arguit.

Quæ quæſo, inqvit, *conſcientia tibi fuit, cum priorem vitæ tuæ legitimam conſortem toties, ut conſtans de te fama eſt* - - - - - -

(Multa hic in Hemmingium durius dicta tanqvam ab exacerbato prorſus homine profecta, ſolisq; mendacibus utplurimum vulgi ſuſurris ſparſæq; fortè ab inimicis & æmulis, ipſâve repudiatâ famæ, (modò iſtiusmodi unqvam revera laboraverit infamiâ) nec ullo certiori documento innixa, proferre nobis religio fuit, ne exiſtimationi celebratiſſimi Theologi, cujus Scripta Divini Spiritus afflatum redolere judicat Melchior Adamus in Vitis Theol: Exteror: pagg. 191., dubia temerè inuratur nota.) *Interdum etiam cogeres in oſcula congerronum tuorum & tandem adeo à te & conjugali amore abalienares, ut in adulterium inciderit? nihilnè illa tibi, nihil tuæ domui, rediens ex complexu nobilium ſplendoris affricuit?*

Alteram verò Hemmingii Conjugem laudat: *Fateor*, inqvit, *me humaniter abs te & Optima fœmina Conjuge tua eſſe habitum* &c.

Qvi fuit illuſtris virtutis amore, STIGOTUS
Nomine PORS, moriens hac reqvieſcit humo.
Sic horrenda ſuo mors omnia conterit ictu,
Deſtruit & toto qvicqvid in orbe viget.
Omne qvod in toto ſemel extitit orbe creatum
Mors abolet, ſalvat gratia ſola Dei.
Non tamen eſt homini mors hæc metuenda fideli,
Præbet enim vitæ proſperioris iter.

Qvi obiit ætatis ſuæ LIX.

Ut ſtirpe ſic virtute nobiliſſimum par conjugum Viator heic qvieſcere ſcias, horum beatis ergo manibus precare perpes aurei veris decus. Anno 1603.

NICOLAUS HENRICUS

Helſingorenſis ex antiqva & libera Danorum gente natus. Juvenis Germaniam & Italiam adiit, unde reverſus FRIDERICO SECUNDO Danorum &c. Regi à Secretis erat. Et poſtea in patria urbe vectigalium Præfectus conſtitutus: Ob fidem & induſtriam in officio præſtitam hujus Eccleſiæ Canonicus factus: vitam in honeſto conjugio cum lectiſſima femina Margareta Schwendia annis 20 transactam piè & placide finivit ætatis ſuæ anno 50 Chriſti 1603. Decembr. die 10. atq; heic in Domino qvieſcit.

Her ligger Erlig og Velbiurdig Mand
JACOB WIND
til Grundet; ſom var Erke-Degn og Canik her til Dom-Kirken/

ken, som døde den 14 April 1607. æt. 63. Saa og hans Frue Erlig og Velb:

Frue ELSE HÖEG,

som døde den 16 Jan. 1649.

Her ligger begraven Erlig og Velb: Jacob Wind og Frue Elſe Hög til Grundet deres Born, ſom GUD bortkaldede udi deres Barndom til ſit ævige Rige, Jomfr. BIRGITTE WIND døde 1590. ERIC WIND 1599. FRIDERICH WIND 1600.

CHRISTOPHORUS HIERONYMI KNOPF

Fridlando-Boruſſus SStæ. Theol. Licentiat. 1560. Inclytiſſimæ Reginæ Viduæ DOROTHEÆ Concionator. Hinc 1567. Generoſiſſimi exercituum Danicorum in Svecia Ducis Danielis Rantzovii Paſtor caſtrenſis. Deinde 1572 Potentiſſ. Regis FRIDERICI SECUNDI, inde 1588. Invictiſſ. Regis CHRISTIANI QVARTI Eccleſiaſtes. Hujus Cathedralis Eccleſiæ *Cantor*, ob pietatem & raras ingenii dotes omnibus exoptatus. Tandem 1611, corpore difficilibus exhauſto, ultimæ horæ præſcius poſtridie Brumæ domum diſponens liberisq; & amicis valedicens ac placide obdormiens, corpus ac cheriſſimæ uxoris Barbaræ Paludanæ & qvatuor liberorum oſſa ſubtus inferri voluit.

NB. *Ille* Frid. 2do. *autor fuit Libri Concordiæ rejiciendi, uti è Dav. Chytræi literis ad Nicol. Kaas Cancellar. Reg. colligitur. vide Chytræi Epiſtol. pag. 68. ubi & pag. 583. Epiſtol. ad ipſum Knopfium Ao. 1587 datam offendes.*

Bonæ memoriæ ſacrum.

PAULUS PETRÆUS

Delicium ſuæ urbis, Decus Muſarum ingenio, ſapientia, virtute. Sol ſuorum, amor omnium, felici fato ereptus & leni letho ſopitus, qvod claudi potuit, heic depoſuit, cum vixiſſet luſtra tredecim, annum unum. Rector Lycei, qvod adſtat Ann. VI. Illuſtriſſimi Principis ULDARICI VI, ædis, in qva jacet, XXI, Canonicus interea XXIX, maritus VI. O relictæ dolor! tuum hoſpes adde, qvisqvis Muſas amas, imo qvisqvis virtutem aut humanitatem amas, qvarum ille Myſta erat. Abi vota pone ſi non lacrymas. Margareta Svendi olim heu! uxor B. M. P. Nonis Novembr. CIↃ. IↃC. XVI.

In Tabula:

Her ligger begrafven Erlig og Velb: Mand

*CHRISTOPHER GYLDENSTIERN

til Resterup, som var Erlig og Velb: Mand Hr. Mogens Gyldenstierns Ridder til Stiernholm og Fru Anne Sparres Søn til Suanholm i Skaane, som vaar født paa Malmoe-Slot Anno 1552. Kaldede vor HErre ham paa ** Hellestrup den 21 Februar. Anno 1617. Oc hans kiere Hustru Erlig og Velbiurdig Frue

DOROTHEA RUD

til *** Vedbye, som var Erlig og Velbiurdig Frue, Fru Karen **** Krase til Otteslöff Datter, som var født paa Gisselfeld Anno 1560. och kaldede vor HErre hende Anno 1645. den 14 Septembr.

Alii legunt* CHRISTIAN. ** *alii* Herlufstrop, *qvod idem est.* * *alii* til Herlufstrop. **** *alii* Kratze.

JONÆ CHARISIO

Nicop. J. U. & M. Doctori Sereniss. Regi CHRISTIANO IVto à Consiliis, Templi hujus Canonico, lingvarum & rerum peritia ad S. Rom. Imperii Principes & Civitates, Hispaniæ Magnæq; Britanniæ Reges Belgiiq; Fœderati ordines fideliter obitis Legetionibus Clarissimo, à laborioso virtutis curriculo in perennem gloriæ stationem præmisso Anno 1619 ætat. 48. Marito suo Optatissimo Anna Severinia Petri filia cum liberis qvatuor superstes, qvod noluisset, B. M. P. L. M.

Ibidem.

JONAS CHARISIUS

obiit pridie Calend. Decembr. 1619. Vixit in conjugio 17 annos

ANNA SEVERINIA PETRI FILIA

Flensburgi nata, Hafniæ denata Anno 1633 æt. 47. viduitatis 15.

M. DANIEL KNOPFIUS Christophori filius in studiis liberalibus domi forisq; egregiè exercitatus, hujus Ecclesiæ Pastor, deinde Theol. Lector & tandem Capituli Sacristanus, valedicens uxori cum qvinq; liberis Anno 1625. 6 Febr. æt. 54.

In veteri Altaris tabula ut & supra introitum Chori repræsentat pictura vetusta cacodæmonem capite S. Lucii, cui Ecclesia hæc dicata, fugatum cum inscriptione:

De-

Decollatio St. Lucii.

Petrus Septimius in Not. ad Cantilenam huc spectantem, quæ ita incipit: Saa store hellige Gaver, Gud monne Danmark med ære, Af Rom komme hid to Baver etc. Lucius Pave, inqvit, den første af det Nafn, af hvilken Dom-Kirken i Roskild kaldes Luds-Kirke og Lucu-Kirke (in ipsa cantilena legitur etiam bis Lucu Hoved pro Lucii) blev halshuggen for Christi Nafns skyld under Kæyser Valeriano, som Pave-Krønikerne vidne. Saa at derfor ikke S. Lucius selv, men hans Hoved blev hidført, og meenes endnu at findes blandt Capitelets gamle Sager i Roskild. Men det om den Trold findes afmalet paa den gamle Alter-Tavle i Koret, saavelsom og over Kors-Døren under Pulpituret med denne Overskrift: Decollatio St. Lucu, begge Sted viise de hans Hoved ud af Skibet imod Trolden, som derover bortflyer, og siden hvorledes alt Klerkeriet gaaer ud til Stranden i Proces med Kors og Fane, at tage mod det. *Ex Cantilena ipsa hæc delibemus.*

vers 3. De Prælater af Roskild Stad Til Rom lade Bud udgiøre, Man der om en Prælat bad, Som J nu monne høre: Lucu Hoved finge de der, Og førde til dem i Danmark er.

v. 5. En Drage var der grum og leed, Skib giorde hand stort Plage, Saa mangen Mand der blegned ved, Hand vild en af Skibet have etc.

v. 6. Der det Skib Midsundes var, Som Lucu Hoved mon føre, Den Drage saae de aabenbar, Hand vilde dem ondt giøre etc.

v. 8. Der den Drage fik det at see, Hand maatte ey længer bide, Hand flyede bort og raabte Vee Og giord ey meere Ovide.

Paulus Eliæ Carmelita cognomento Vertumnus in Respons: ad Quæst: Regis Gustavi: Jeg befinder ofte thet store og underlige Tegn, som then benedidede Gud lod skee med thet Trold, som havde beslaget then Strand, som skelner mellem Sieland og Fiun, og kaldes Bælt, hvor thet ofte trængde hvert Skib en Mand af, saa længe at St. Lucii Martyris og Paves Hovetpanne førdes ther over indtil Roskilde Dom-Kirke, hvor samme hellige Martyr haver nu en ævig Amyndelse; Men hand er Patron udi samme hellige Sted.

Oligerus Jacobæus in Museo Regio Sect. III. pagg. 58. Lamina Eburnea (Tab. XIV. Fig. XI.) cum Inscriptione in ambitu: *Sigillum S. Trinitatis domus.* In medio vero: *Lucius Papa.* In honorem Lucii hujus templum Cathedr. Roeschildiæ hic in Selandia extructum est & nomini ejus consecratum. Lucius hic Porphyrii filius Anno Chr. 253. Pontif. Rom. dignitatem adeptus est, anno verò 255 capite plexus martyrium subiit. Hunb interim Ecclesiæ Roschild. Patronum electum fuisse constat, cum civitates singulæ, ut communis erat ævi istius superstitio, certum qvendam è sanctis seu cœlitibus elegerint, cui cœtum suum tanqvam Numini tutelari offerrent, ædesq; sacras dicarent. Viguit autem olim apud Roeschildenses traditio, sinum Isorensem (vulgò Jssefiord) cui urbs adjacet, malo qvodam genio infestatum fuisse, qvi nautis vel solventibus vela vel stationem qværentibus damnum minatus est: Sollicitos ergo fuisse Monachos, ut cacodæmonem illum adjurationibus suis fugarent, sed responsum hoc ab illo [illegible]isse, qvod nisi ostenderetur Lucii Pontificis caput, locum istum minime relicturus esset. Missos itaq; Romam fuisse, qvi caput Lucii precibus pretioq; obtinuerunt & Roeskildiam apportarunt. Qvo viso, cacodæmonem protinus abfugisse, nec incolis postea attulisse damnum. Tum

Monachos crucis & vexilli aliarumq; ceremoniarum pompa carum caput à litore in templum Roeſchildenſe reportâſſe & inter pretioſas, qvas conqviſiverant, reliqvias loco primario depoſuiſſe. Viſebatur non ita pridem in altaris vetuſti tabula navigium, arte priſca depi-ctum, in cujus prora Monachus erectus caput Lucii truncatum tetro alicui cacodæmoni, in litore conſiſtenti, obvertebat. Qvæ qvidem Tabula cum ſubjecto altari propter Mauſoleum Regis noſtri Auguſtiſſimi anno 1689. ibidem extructum, in alium templi locum tranſlata eſt. Templum autem Roeſchild. qvod hodie Lucii appellatur, primò S. Trinitatis dictum fuiſſe, & qvidem ex ligno extructum, Scriptores memorant.

In Sacello Divæ Brigittæ.

Repræſentat ſupra oſtium pictura teſtudinis neſcio qvem Cacodæmonem, ſiniſtrâ calamum, dextrâ corium explicatum tenentem cum hac inſcriptione:

Scribo tardantes & vana loqvendo vagantes.

In medio templo
leguntur duo diſticha compoſitiſſima.

Vita qvid eſt? labor eſt & habendi vana cupido;
Triſtis ad extremum ſollicitudo diem.

Item:

Inveni portum, ſpes & fortuna valete,
Nil mihi vobiſcum, laudite nunc alios.

Inſcriptio campanæ majoris
in turri ſeptentrionali.

Laudo Deum verum, plebem voco, colligo clerum,
Defunctos ploro, Sanctos colo, feſta decoro,
Eſt mea cunctorum vox terror dæmoniorum.
Johannes de Faltenavia me fecit
Anno Domini 1511.

Inſcriptio campanæ in turri Laurentiana.

O bone Laurenti Martyr venerande per orbem,
Renibus in noſtris extingve libidinis ignem.

Ad poſtremum duorum inſignium Virorum Roſchildenſium, qvorum epitaphia ignoramus, hic facienda mentio: Horum prior eſt Provincialis Prædicatorum qvondam per Daniam, Sveciam & Norvegiam Prior Frater ABSALON, *de qvo Jacobus Echardus in Scriptor. Ord. Prædicator: Tom. I. Lutetiæ Pariſ. 1719.* F. Abſalon Prior Provincialis Daciæ (NB. *Hanc decimam ordinis fuiſſe provinciam tria regna ſeptentrionalia complexam in antecedentibus docuit Echardus*) laudatur, à qvo Frater Petrus (*ſc. de Dacia*) dicit ſe tum novitium dono accepiſſe Diurnale iſtudq; B. Chriſtinæ (*Virgini in Germania Stumbelenſi ſanctitate inclytæ*) ſe dediſſe. Hic Abſalon, inqvit Bernardus Gvidonis, vir fuit admodum reverendus & bonus & provinciam rexit annis 20 & amplius & in officio obiit in Ruſqvillis anno 1255. Cœnobium Roſchildenſe indicari cenſeo (*pergit iterum Echardus*) qvod ſecundum ab eo numeratur in Dania. Roſchildia Civitas eſt epiſcopalis in Zelandia inſula non longè ab Haptinia ſita. *Hæc ille:*

Al-

Alter est NICOLAUS BLAK, *de quo Erasmus Vinding: in Acad: Hafn. pag. 75.;* „Ipse (*sc. Doct. Nicol. Hemmingius*) inter Præceptores suos maxi-„mi fecit NICOLAUM BLAK Canonicum Roeskildensem,.cui suas Ca-„techismi Qvæstiones dedicavit his verbis: Tibi, Venerande Præce-„ptor, hanc meam Catechesin dedicare volui, ut extaret meæ erga „te gratitudinis testimonium: tua enim institutione & ope ita me, „dum sub tua ferula fui, adjutum fuisse agnosco & profiteor, ut pro-„gressus qvalescunq; seqvuti sunt, tibi haud immeritò acceptos fe-„ram: nam me non solùm in Religionis rudimentis fideliter instituisti: „verùm etiam cum fortunæ meæ essent plus satis tenues, benigne me „tuis facultatibus sublevasti.

Clar. Alb. Thura in Histor. litter. Dan. pag. 37. inter Scholæ Roschild. Rectores primo loco ponit Mag. Joh. Blaccum, *qvi Odas Sacras seu Paraphrases in locos gravissimos V. & N. Test. edidit Parisiis 1550. An ille idem vel frater ejus non dixerim.*

P. S.

Postqvam datum Inscriptionibus Roschildensibus Caput jam absolvisset typographus, incidimus in Epitaphia qvædam Roesfontana ab ædituo olim loci collecta, unde isthæc, chronologici, qvem in antecedentibus ferè servavimus, ordinis jam securi, assuenda duximus.

Ad Monumenta Episcopalia.

Hic jacet Venerabilis Pater & Dominus
PETRUS
qvondam Episcopus Roschildensis una cum fratre suo
ANDREA JOHAN:
&
CECILIA
Sorore sua. Qvi obiit Anno MCDXXI.

Epitaphium Episcopi NICOLAI SKAVE *nobis superius allatum distat à recentiori hoc apographo qvoad annum emortualem. Ibi est MCDXCIII. hic verò* (conspirante *Hvitfeldio in Chron. Episc.*) *MD.*

CHRISTIANUS LODBERGIUS JANI F.

SS. Theol. Doct. Ecclesiæ Cathedralis Roeschildensis Pastor primarius & Nomarchiæ Sommensis Præpositus annis XIV. Hinc Episcopus Ripensis annis ferè XII. immortali anima Viri verè incomparabilis cœlo remissa & fasciculis viventium illigata, mortales exuvias in certissimam immortalitatis spem hoc tumulo condi curaverunt relicta vidua JOHANNA EILERTZ Jacobi Filia & superstites Orphani. Decessit Ripis Cimbrorum Anno salutis MDCXCIII. Ætatis verò suæ LXVII.

NB. *Translatum igitur Roschildiam funus Lodbergianum, qvod aliqvamdiu Ripis in Jacello, ubi olim altare S. Lucii, asservatum testatur Terpagrius in Inscriptionib. Ripensib. pag. 97. Ubi vernaculam hanc capuli inscriptionem sistit:*

Her udi og under hviler i GUd den Velædle, Høyærværdige og Høyopliusde nu Salig GUds Mand

Doct. CHRISTEN JENSEN LODBERG

Fordum velfortient Superintendent over Riber-Stict, fød udi Lodberg Sogn i Thy Aar 1625 Alle Helgens Aften af christelige Ecte Forældre. Hand har af første Ungdom lagt Vind paa Gudsfrygt, Dyd og Boglige Konster. Ved mange Reyser i fremmede Lande og idelige Studeringer giordt sig nafnkundig hos alle, har været Professor (*ft. Historiar.*) paa SORÖE Academie, Prinds GEORGS Informator og Confessionarius, Sogne-Præst til Dom-Kirken i Roskild udi 14 Aar, og endelig Superintendent over Riber-Stift paa 12 Aar. Har været som det sig bør en Bisop een Qvindes Mand og ni Børns Fader, af hvilke 4 ere døde og 5 igien lever med deres Høybedrøvede Moder Johanne Jacobs Daatter Eilerts. Hans Liv har været meget priselig og hans Død sød og salig. Hand er ved Døden afgangen den 12 Junii. A. 1693. efterat hand havde levet her i Verden 67 Aar, 7 Maaneder og 13 Dage. Hans u-dødelige Nafns Minde skal leve hos Efterkommerne saa længe Dyd, Gudsfrygt og Lærdom findes i Verden, GUd give hannem etc.

Ex Ordine Nob:

Anno Domini 1572. qvinta die Septembris hora nona pomeridiana firma in Christum fide, ardenti invocatione & certa resurrectionis spe confirmatus, ex hac vita mortali, piè & placide decessit optimæ indolis & præclaræ spei Adolescens

GAMALIEL ex nobili familia GRUDORUM à FALLERDORPH.

in Silesia ortus, cum ab Illustriss. Principe ac Domino Dno. AUGUSTO Duce Electore Saxoniæ una cum reliqvis pueris nobilibus ministerio celsitudinis suæ destinatus ad amplissimum comitatum in Daniam Regis nuptias cohonestante ascitus & cooptatus esset.

Sic placido vitæ mutavit tempora fato
In Christo moriens justificante fide.
Depositum tumulo corpus mortale qviescit,
Spiritus in sancta sede perennis erit.

Abraham à Boch Principis Electoris Saxoniæ Aulæ Præfectus F. F.

Favo-

Favore æterni Numinis ac Benignitate Augustissimi Daniæ & Norvegiæ Regis FRIDERICI TERTII

Dn. OFFO SCHADE

Hæreditarius in Kierbyegaard, inclyti Principis Christiani Daniæ & Norvegiæ Designati Regis, Electi Principis educationi præfectus, Regíæq; ejusdem Celsitudinis Aulæ Gubernator, Arcis Nicopiensis totiúsq; Falstriæ Præses Regius, hoc qvod in Cathedralis hujus templi parte superiore, qvam Chorum appellant, qvod binis hisce fenestris patet sepulchrum, sibi, optimæ ac Nobilissimæ Conjugi

Dn. AUGUSTÆ MARGRETÆ MARSCHALCH

liberísq; gratissimis vivus fieri fecit, felicibus suis suorumq; exuviis prospiciens, ut optata qviete fruentes desideratum Magni illius Dei & Domini nostri JEsu Christi adventum & beatam animarum conjunctionem heic exspectant. Anno Christiano MDCLVI. Qvisnam aurum vel argentum perire dixerit cum liqvescit & statua ex eo funditur, non perit, *sed* cohonestatur. Idem fit nobis, cum post hanc vitam vi meriti Christi ex informibus corporibus in splendidam illam imaginem Dei transimus.

Offert tibi, Spectator! hoc Monumentum invito qvamvis defuncto positum illustre & hujus Seculi pulcherrimis nostris imitandum, Tuaq; si nescis scientiâ dignum Prudentiæ simul & fortitudinis specimen, cineres videlicet & mortales reliqvias Fortissimi & Generosissimi, Natalium splendore, sed neq; minus propriis virtutibus, inprimis intaminata & constante in Deum, Regem, patriam, amicos imo optimos qvosq; pietate & fide præclari

Dni. JUSTI JUUL

Sereniss. Reg. Maj. Dan. & Norv. FRIDERICI QVARTI Pro-Archithalassi qvondámq; ad Sacram Tzaream Majestatem totius Russiæ extra ordinem Ablegati, consilio manúq; expeditissimo, in prælio navali acerrimo & cruentissimo juxta Rugiam Insulam in Sinu Pronevig inter vividos ardentissimósq; strenui & experti Ducis conatus, postqvam hostem præcipitem fugam parantem viderat, nimis properantibus fatis ictu tormentario extincti die 8 Aug. Anno Dni. MDCCXV. ætatis 50.

NB. *Conspicitur ibidem fatalis globus.*

Erlig og Velbyrdig Peder Bilde til Svanholm og Frue Birgitte Rosenkrantz til Walloe lode her begrave tvende deres Dottere, Erlig og Velbyrdig

Jomfrue KARINE BILDE,

som var paa 3die Aar gammel, og

Jomfrue HILLEBORRE,

som var 3 Aar gammel, hvilke her dode paa Roeskilde Gaard den 16 og 18 Octobr. 1565. GUD give etc.

Her ligger

LAGE URNE Ridder,

som boede udi Boeserup og var Landsdommer udi Skaane og dode Anno MDXXX. St. Dionysii Dag udi Roeskil. Hvis Siæl GUD have.

Aar 1568 den 22 Octobr. dode Erlig og Velb:

Jomfrue KARINE

Niels Ludvigsens Daatter til Hoisbroe her i Roskilde hos Erlig og Velbyrdige Frue Dorethe Lange Jörgen Rosenkrantzis Hustrue, hvilke to lode hende her Erligen begrave. GUD give etc.

Her ligger begraven Erlig og Velbyrdig Mand

FRIDERICH GODSKE,

som dode udi HErren Aar - - den - - - med hans kiære Hustrue Erlig og Velbiurdig Frue

Frue BIRGITTA BAADT,

som dode udi HErren Aar - - den - - - etc.

Her ligger Erlig og Velbyrdig Mand

Gaadske Mogensen

til Ligmarkgaard Barnfod paa Roskilde Bispegaard 1545 den 11te Decembr. som GUD henkaldte paa Ligmarkgaard den 14 Augusti 1619. efterat hand havde levet i denne Verden 74 Aar, 8 Maaneder og 3 Uger. GUD give hannem etc.

Hic jacet strenuus miles

MARTINUS JOHANNIS,

qvi obiit Anno Dni MCDXI. octava die Nativitatis, cujus anima in pace reqviescit.

Orate pro Deo devota ac nobili

Domina ALHEEDT Filia Georgii Urnes

qvon-

qvondam relicta Tetzonis Rosengaard una cum filia
ANNA ROSENGAARD
hic sepulta A. Dni. MDXLIIII. Dominica Oculi.

Her ligger begraven Erlig og Velbyrdig Jomfrue
Jomfr. TALE ROSENGAARD,
som døde paa hendes Gaard Herlofstrop den - - og hendes Søster
Jomfr. MARGRETE ROSENGAARD,
som og døde paa Herlofstrop den 30 Dec. 1601. GUD give etc.

Lapis sepulchralis in Choro ostendit insignia gentilitia, adscriptis nominibus:

Hr. CHRISTOPHER URNE
SOPHIA LINDENOV. 1655.

Aar Christi MDLXV den XX Dag Octobris blev Erlig og Velbyrdig
AXEL WALCHENDORPH
til Glorup slagen udi det Slag paa Falckenberg Heed, og blev hidført og her begraven. GUD give etc.

NB. *Inter gloriosissimas, qvas Dani unqvam reportarunt victorias, referendus venit Triumphus ille inclytus Falchenbergensis, de qvo Jonas Coldingens: in Descript. Dan. p. 130.* Hasce difficultates, victoriæ aliqvot celebres, in hisce plagis à Danis acqvisitæ, lenierunt & vicerunt. Qvi impari licet manu & ad Helmstadium, & Falchenbergam, cum Svecis Danorum paucitatem contemnentibus, congressi, feliciter dimicarunt. Ad Falchenbergam belligeratum est in campo Agstoldensi Anno millesimo, qvingentesimo, sexagesimo qvinto. Qvo in loco sex millia Svecorum fusa esse narrant. Ego autem à strenuo viro, qvi eo die stationem suam fortiter tuebatur, didici longè plura esse prostrata. Verum ut ut se res habet, præclara sanè ista Danorum fuit victoria. Signa enim militaria & vexilla in acie complura (*Resenius in Atlant: Dan: Mss. Supra ostium templi Feldballensis, territorii Septentrionalis, Diœces. Aarhus. vexillum suspensum albi luteiq; coloris, qvod in prælio Falchenbergensi Anno 1565 Svecis ereptum.*) omniaq; ænea *πεδιακὰ ὄργανα* (qvæ Carthonos & campestres serpentes appellant) eò die adversum nostros producta, numero scilicet qvadraginta octo, intercepta sunt: siq; noctis interventu non evasissent reliqvi dispersi Sveci, omnes ad unum deperiissent. Pugnatum est enim fortiter, donec nox prælium dirimeret. Oratio habita sub adventum hostium à nobiliss: & fortissimo Duce Daniele Rantzovio (cui exercitus Danici administratio commissa fuit) (NB. *Epitaphium Martii hujus Rantzovii qvære infra in Slesvicensibus*) tanto est notatu dignior, qvanto religiosior: O viri, inqvit, fortes, alacres consurgite, pugnemus hodie pauci adversus multos promptissimè: ad certamem studio vincendi acriter properemus: pro patriæ legibus, Regis incolumitate,

conjugum & liberorum salute, contra impressiones hostium, fronte adversa, cautibus rigidiores in acie stemus: & majorum vestigiis insistentes, genti nostræ sempiternam gloriam paremus. A Rege siqvidem præmia, qvæ meremur, propensè reportabimus: à Deo certam lætamq; victoriam conseqvemur: qvæ non in numero militis, sed in fiducia & pietate erga Deum sita est. Cujus voto religioso felicissimus & prosperrimus eventus actutum respondebat: victoria enim iis de cœlo in sinum qvasi delapsa est. NB. *Author hicce, tanqvam Svecano nomini non nimium aeqvus, à Svecis accusatus tantum non officio Professorio motus fuisset. Certè qvod cæsorum hic attinet numerum, manifesta Hyperbole est, qvandò sex millia Svecorum, imo longe plura sc. millia cecidisse tradit, Numisma enim triumphale, ut mox patebit, cui magis fidendum, qvinqve tantum millia Svecorum occubuisse indicat. Stupenda verò satis per se fuit & longè præclarior hæc victoria, 25000 Svecis à 4000 Danis extorta, qvàm ut vano istiusmodi augmento indigeat. Extat Numisma illud triumphale in Museo Regio. p. 73. hujus Inscript:* FRIDERICUS 2. DEI GRACIA DANIE NORWE. SCLA. GO. RE. (Effigies Regis) 1565.

Ab altero latere:

ANNO 65. AM. ABONDT. S. URSUL. SLUG. K. FRIDERICH DER 2. MIT. 4000. MAN. AUF. ASTOR. HEIDE. (*NB. Erycetum hoc Astorense Coldingensi audit campus Agstoldensis*) K. ERICH. DEN. 14. WAR. 25000. MAN. STARCK. UNT. BLIBEN. 5000. SWEDEN. AUF. DIE WALSTADT. Nomen Regium una litera coronata expressum. Veritas inscriptionis hujus (*subjungit Ol. Jacobæus*) in parte postica ex monumentis Historicorum facilè eruitur. In conflictu hoc viri fortes artibusq; bellicicis clari, fortunæ undiqvaq; propitiæ interventu pro Dania pugnarunt, qvemadmodum monumenta historiarum uberius testantur. Fusas à Danis in cœlum preces, qvasi animi abjecti pavidiq; indicia, Sveci interpretati sunt, illorumq; perspecta paucitate, securi admodum & oscitantes opportunitatem victoriæ majorem Danis aperuerunt. Tempestati tunc ingruenti mixtus fuit imber largifluus, qvo occæcati ferè Sveci, à Duce Danorum Daniele Rantzovio, cum incautius progrederentur, obtriti sunt & profligati. Cecidere Danorum nonnulli, cum è viris genere belloq; claris ultra 50 desiderati sunt, pauci verò si jacturam hostium ac multitudinem respexeris. Tam exiguo impendio ingens hæc victoria stetit. *Hacce de victoria Falchenbergensi, cui parem nedum illustriorem vix alia per orbem gentes ostentent triumphum, Epitaphio Triumphatoris Invictissimi* FRIDERICI IIdi *superius adducto, forent subnectenda, qvippe cujus verè Regium in Cathedrali Roesfontana Mausoleum, visendum nivei simul ac nigri marmoris artificium, universam celeberrimæ pugnæ scenam ingeniosa admodam cælaturâ proseqvitur. Sed tum prætermissorum heic loci meminisse juvat.*

1588.

ERICH WALCHENDORPH af Glorupgaard
Frue BIRGITTE ANDERS Daatter af Alverop hans
kiere Hustru vaar
Den XVIII Dag Januarii lagdes hun paa Baar
M.D.LX og VIII da vaar GUds Aaar.
Med deres Børn døde hun paa Hoistrup ham til Meen,
Hand levede efter hende - - Aar igien.

Den

Den - - som deres Been sammen
Deres Siæl lever i Himmeriges Glæde Amen.

Erlig og Velbyrdig Mand
PEDER SCHEEL
til Hesselager, som døde her udi Roskilde den XI Octobris Anno Dni. MDLX. paa det fierde. GUD give etc.

Her ligger begraven Erlig og Velbyrdig Mand
Hr. HOLGER GAGGE
til Forslov, Dom-Provst til Roschilde-Capitel, som GUD kaldte udi Roskilde den 6 Maji 1630 med hans kiære Frue, Erlig og Velbyrdig
Frue BEATA ULFELD
til Voldtoffte, som og GUD henkaldte her i Roskilde den 11 Januarii Ao. 1630. GUD give dem etc.

Her ligger
KARL LANCHE,
som døde udi Lejred udi Tormaaned der man skrev GUDs Aar MDXXXIII.

Allhier ruhet der Wolgebohrner
Hr. JOHAN GISBERT von VERSABE
Dero Königl. Majt. zu Dennemarch und Nordtwegen Wolbestalter Ritmeister, gestorben in Lands-Cron Ao. 1677.

Ex Ordine Eruditorum.
Conditur sub hoc saxo corpus Clariss. Viri
Dni. Mag. CHRISTIANI CHRYSAGRII
Primum Pastoris Hafn. primarii & ibidem Præpositi, deinde *Concionatoris* Sereniss. Regis Dan. CHRISTIANI QVARTI *Aulici* & hujus loci Canonici simul ac Vicarii, qvi non obiit in patria, sed obiit in patriam devota Numinis Divini invocatione die XVII Maji 1611. ætatis LXII. Conjugii XVII.

NB. Chrysagrius hicce Dan. Guldager duxit relictam B. Doct. N. Hemmingii Viduam Birgittam Laurentii.

Memento mori cogitáq; serio qvæ, qvalis & qvanta sit æternitas:
D. O. M. S.
Viro Clarissimo & Doctissimo
Dno Mag. JOHANNI FRIDERICO
FLENSBURGENSI

Pos-

Poëtæ Cæsar. Coronato, Canonico Roeschildensi, Poëseos in Gymnasio Professor dignissimus, cum Nobilibus & aliis, qvibus Ephorus fuit datus, integro apud exteros novennio exacto, Augustiss. Rom. Imperatore FERDINANDO II. felicia qvæqve ipsis coram precante, post gravissimos in Scholis Coagiensi, Malmogensi & Cathedrali Roschildensi summa cum laude exantlatos labores die IX Aprilis Anno Christi MDCXLI. ætatis XXXIIX ex ærumnoso vitæ hujus ergastulo in æternas beatorum sedes præmisso Marito suo Desideratissimo in certam resurrectionis spem p. Vidua Mœst. MARIA GLOBIA.

Est rerum mortalis acor, mortalia qvod sint,
Mors tua FRIDRICI mente beata docet.
Nam te ex Ingenii claro florentis honore
Ampla ex fortunæ dote - - -
Conjugis optatis à lectæ amplexibus atq;
Dilectæ patrio probis amore rapit.
Ast in te qvantum fuit immortale remansit
Ac tecum æternæ lucis in arce viget,
Ergo procul valeant & fors & gloria, Conjux
Et soboles, dos, nos haud peritura beent.
Hæc pie, qvi spectas, Lector, virtutis & artis
Mortis, & æterni sis memor, oro, vale.
W. W.

ↄ: *Willichius Westhovius itidem Poët. Laur. Cæsar. & Com. Palat.*

Hic jacet

JACOBUS PETRI

Canon. Rosch. qvi obiit Ao. Dni. MCDXL.

MARTINUS - - jacet hoc sub marmore tectus
De LATHBERG claro stemmate nomen habens.
- - - hujus Templi fuit, arte Magister,
In *vera* vixit *Relligione*, fide.
Qvi obiit 20 Julii *1536*.

Hic jacet sepultus pius & doctus Vir

Mag. MARTINUS PETRI

Cimber Greenaaensis

qvondam Professor Cœnobii Sorensis Anno. 1562. deinde ejusdem loci Abbas Ann. 1565. dein Pastor primarius Cathedralis Ecclesiæ Roschildensis Ann. 1572, qvi piè obiit Ao. 1595 die 16 Junii ætatis anno 59. Pastoratus sui 23. Conjugii 22. sub Rege CHRISTIANO 4. cum sua conjuge Dorothea filia optimi Viri Severini Paludani Scribæ Consulis Coldingensis, qvæ obiit 27 Martii Ao. 99. Ætat. 24.

NB.

NB. *Ille edidit* Episcopi Absolonis & Domini Esberni Snares ortum & prosapiam *lingva vernacula Hafn. 1589 in 4to. Item Tractat. de Cometa Anni 1580. Hafn. 1581 in 4. Danicè. Vid. Albert. Barth. de scriptis Danor. cum supplement. Molleri. pagg. 99.*

LAGO JOHANNIS

Reverendi Viri Mag. Johannis Lagonis Episcopi Ripensis Unicus filius matre Dorothea Filia Mag. Johannis Tausani Episcopi qvondam ejusdem loci (qvi primus in Dania doctrinam fidei intrepide & constanter instauravit) sub hoc marmore recubans mœstos parentes consolatur:

O! Pater, o! genitrix, qvæ vos in funere nati,
Vultus tam tristes sumere causa jubet,
Ah! Lacrymas qvæso nunc tandem sistite vestras,
Nec mentes cruciet vana qverela pias.
Namq; ego cœlestem nitida inter sidera vitam
Tereno excitus carcere liber ago.
Mox erit, in celso vobis ego rursus Olympo
Lætis cum lætus conspiciendus ero.
Nam mihi Lux fidei & Divina modestia pectus
Rexit & Aonia cultus in arte fui.

Nobile par Conjugum

Mag. ENVALDUS RANDULF

Canon. & Pastor Prim. Roesch. Præpos. Sömmensis & Benedicta Erasmi Filia beatissimas animas cœlo vendicavit, mortalitatis reliqvum hoc tumulo condidit. Ann. 1667.

NB. *Randulfus hicce (pater D. Nicol. Randulfi Episcopi Bergensis) inprimis inclaruit* Tubâ Danica *seu de Aureo Cornu* Christ. V. *Differt. Theol. Hafn. 1644. in fol. Cætera ejus Scripta recenset Albert. Bartholinus, qva inter Demonstratio contra Claudii Nicolai Leslei Dani Geometriæ Appendicem, Christum die Veneris passum, non die Jovis. Hafn. 1651. in 12. Danicè &c. Confer de eo Wittenii T. I. D. B. lit. T. y. y. 4. b. Mollero in Hypomn. ad Barthol. Hatherslebiensis audit.*

Viro Clarissimo

JOHANNI FRANCISCI TROJEL

Primùm Lectori Matheseos in *Gymnasio Roschildensi*, deinde Ecclesiæ Cathedral. apud Roschidenses Pastori Prim. Canonico & Nomarch. Sommens. Præposito mortuo die 4 Decembr. Ann. MDCLXVI. Pastorat. VI. ætat. 35. conjug. VII. Monumentum hoc mœstiss. Vidua Margareta Bylche poni curavit.

NB. *Trojelium hunc (Patrem ni fallor infelicis Mag. Joh. Trojel olim Pastoris Prim. Christianshafn. sed jam diu in custodia Munckeholmensi apud Norvegos detenti) adducere libuit, ut habeat Vir Clarissimus Mag. Albertus Thura, qvò institutum in Idea Histor liter. Danor. Part. I. Cap. VII. § V. Professorum Roschildensium recensum, iterata editione, locupletet, qvi duos tantummodo Mathematicos enu-*

enumerat M. Joh. Laurentii & M. Ivar. Hilarii. Quod vero Gymnasium hoc Roschildense attinet, constitutum fuit, auspiciis Augustiss. Regis Christiani IV. *Ann. 1636 d. 25 Oct. quo die Fundatio Regia ex Arce Hafnensi edita est, Roeskildiæ etiamnum asservata. Docebant hic ab initio bini, postea quatuor Professores usq; ad ann. 1688 d. 13 Januar. quo Doct. Joh. Baggerus Sælland. Episcop. jussu Sereniss. Regis* Christ. V. *ordinavit, ut soli Rector & Con-Rector Docentium heic munere fungerentur. Hinc, mutata scena, in ipsis Gymnasii ædibus Synodus Roesfontana haberi consvevit. Idem fatum habuit Gymnasium Christianiense in Norveg. eodem tempore fundatum, solo Othiniano hodie superstite.*

In Tabula

D. O. M. S.

SUSANNÆ

M. Magni Matthiæ Episc. Scan. Lund. Rosch. Canon. filiæ gratiosissimæ, Desideratiss. Conjugi, pientiss. IV Liberor. Matri *heic epidemica lue grassante,* heu nimis immatura morte extinctæ Olaus Worm D. in Ac. Hafn. Med. Prof. P. Maritus mœstissimus B. M. P. C. Enixa sibi jam sociata femella prole obiit I Cal. Sept. Anni MDCXXXVII. conjugii VII. ætat. XXIV.

Hic jacet

NICOLAUS PETRI

qvi obiit Anno Dn. MCCCLX.

Her ligger begraven Erlig og Velfornemme Mand.

HANS PEDERSEN

Canic til Roskilde Dom-Kirke, som var Konning CHRISTIAN den Fierdes fordum Cammer-Tiener, og siden Hans Majests. Tolder udi Oresund, som GUD henkaldede den 21 Maji 1645. etc.

Unum necessarium Cœlum non Solum.

D. O. M. S.

Et beatæ Memoriæ

MAGNI BARTHOLINI

Nati in *Collegio Roschild: suburbano Fratrum sine felle* die IIII Nov. Anni MDCXII. ejusq; loci die XX Augusti Anni MDCXXIV. demortui filioli desideratissimi lugens lubens fieri fecit uterq; parens.

NB. Qvodnam hic intelligitur Collegium, patet ex alio, qvod ibidem habetur, epitaphio fratris Johannis Bartholini, qvi dicitur natus in Duebröer ibidemq; post qvatuor menses defunctus MDCXVIII. Ubi etiam indicantur Parentes sc. Bartholomæus Johannis Dalbye & Barbara Nic. f. Schavenia.

In Schola Cathedral. Roskildensi.

Sepultus hic fertur JCtus & Poëta suo ævo non ignobilis PETRUS LOLLE, *de qvo Resenius in Dedicat. Eddæ Island.* „Danicas sententias s. adagia „scripsit Petrus Legista. In Præfatione libri vocatur Petrus Laglandi„cus item Petrus de Laale & in titulo Petrus Laale, Danicè Peder „Lolle; interim tamen eum fuisse Gallum aut in Gallia versatum pu„tat Christiernus Petri, in Notis ad sententias Petri Legistæ fol. 39 & „40. Vocatur etiam cognomento Legista, qvia fuit non solum divi„narum virtutum optimus Præceptor, verum etiam Legifer justissi„mus, ut patet ex titulo editionis sine notis, ubi etiam dicitur Dano„rum Lux & Doctorum Virorum evidens exemplum & specimen. „Eum Roeschildiæ in Scholæ infima classe sepultum esse percepi ex Af„fine meo honorotissimo, Viro admodum Reverendo & Eruditiss. M. „Petro Wilhadi, Episcopo Wiburgensi dignissimo, qvod idem Rector „Scholæ Roesch. fideliss. Vir Clar. M. Johannes Calundanus se à viris „doctis audivisse affirmat. Sententias hasce collegit partim ex sacris „& Jure Canonico, partim ex sententiis & Adagiis Danicis & editæ „sunt primo Latine & Danicè Ao. 1508. Hafniæ per Gothofridum no„mine Gemen sine notis correctæ diligenter per doctos Viros in Univ. „Hafn. Deinde Parisiis Ao. 1515 cum Notis Christierni Petri Magistri „Parisiensis & Lundensis Eccles. Canonici extractis per bonam partem „ex annotatis Presbyteri & Præceptoris sui Erasmi Simonis Rosch. „Eccl. Vicarii & recognitis per Jodocum Badium Ascensium. (NB. „*Eruditiss. Typograph. Paris. qvi etiam Saxonem primus excudit*) cujus de hi„sce sententiis judicium Notis prædictis est præfixum. Tertiò Aar„husii Anno 1614. Danicè à Joh. Stenning incola Aarhus. idq; ordine „alphab. Liber hic in Scholis olim valde communis fuit, ut videre „licet ex præfat. edit: sine notis. *Hæc Resenius.*

Petrus Septimius in Prolegomenis Adag. Dan. Hvitfeld meener, at hand var af den Hallandiske Adel, som kaldtes Lalle og Landsdommere i Halland, begraven i Halmsted Kirke. Dog i Roskilde er det en almindelig Sagn, at hand der i Skolen ligger begraved, hver og viises Stedet, og vide de meget at sige om hans Idræt, Latinske Rim-Vers i daglig Tale etc. *Primum Laglandico nostro inter Poëtas Daniæ vernaculos locum tribuit Ol. Borrich. Diss. ult. de Poëtis p. 174. Distingvendus est ab alio Petro Laale Abbate Sorano.*

HAFNIÆ.

Inscriptio campanæ in minore qvondam Arcis Regiæ Hafniensis turri, qvæ B. Resenii industriam fugiit.

Anna parens hujus Patrona loci veneranda!
Mox tibi devotos protege continuò.

Facta est hæc campana 1520 Rege CHRISTIANO IIdo.

NB. *Inde qvidam colligunt Sacellum Arcis S. Annæ dicatum, ipsumq; Absalonem Archiep. Stegelburgi Fundatorem hanc sanctam habuisse Patronam.*

In Æde Primaria Divæ Virginis,
olim Collegiata
Ex Ordine Nobilium

Anno ab incarnatione Dni. MCDXXV. diversionis Apostolorum obiit

NICOLAUS NIDER

Armiger, Orate pro eo.

In Septentrionali Chori latere.

Her ligger begraffvet Erlig og Welbiurdig Mand,

PEDER OXE

til Gislefeld K. M. och Danmarcks Rigens Hoffmester, som var Hr. Johan Oxsis Søn til Niellstrup, og kallede GUD hannem paa Frederichsborg then Mandag nest for Simonis og Judæ Dag, som var den XXIIII Octobris Formiddag, der Klochen var imellum XI och XII. GUD unde hannem, med alle fromme Christne, ehn hæderlig oc ærefuld Opstandelse. Anno Domini M.D.LXXV.

Ex Alabastro.

D. S.

CHRISTOPHORUS WALKENDORPHIUS

de Glorup humanæ conditionis memor hoc sibi monumentum vivens fieri curavit, qvi tribus Regibus CHRISTIANO III. FRIDERICO II. CHRISTIANO IV. ob singularum industriam & in rebus administrandis sedulitatem summam carus, qvòd favorem laboribus respondisse senserit, Numinis benignitati attribuit, idqve in votis habuit: *Vices fortunæ variæ interdum graves ferendo superantur.* Aulæq; Magister factus œconomiam ad Regis votum ita reparavit, ut sui desiderium bene meritus relinqveret. Morbo tandem gravi solutis vitæ vinculis, jugi suspirio, à qvo hauserat, Deo Opt. Max. spiritum commendavit. Luxêre Musarum alumni Patronum beneficum & faventem. Moritur Hafn. 1601. Januar. 17.

Ejus effigies videri potest in Consistorio Hafniensi, ut & in Collegio Walkendorphiano ab ipso fundato.

Genere & virtute Nobilis Vir

OTTO RUD

Domini Canuti Rud de Wedby Eqvitis Aurati Filius, Præfectus Regiæ Arcis Corsör, navalis belli Summus Impera-

rator fuit, qvod cum Svecis Illustrissimus Princeps Fridericus II. Daniæ & Norvegiæ Rex gessit Anno Dni. MDLXV. Eodem anno, die VII Mensis Julii hostem instructa classe petens cum eodem prope littora Pomeraniæ XI. Horas fortiter pugnavit, cæsisq; multis millibus adversæ partis, V. naves instructissimas expugnavit, signa tenuit. Paulò post sociis navalibus auxilium non portantibus, profligata classe, protritus, & oppressus est, desideratis in ea Nave, qvâ vehebatur, MCC. Viris, ipse verò, magno vulnere in capite accepto, Navem, qvæ nomen *Venatoris* habebat, ictibus globorum ferreorum dehiscentem & submersioni proximam coactus est Hosti tradere & sese dedere, captus autem extemplò in Sveciam delatus est, & servatus in Arce *Svarensöe*, ubi peste correptus vitam cum morte piè commutavit XI die Octobr. ejus Anni, cujus obitus multis inprimis autem uxori dilectissimæ, nobili & piæ Matronæ Petronellæ Oxe, relictis maximè III Filiis totidemq; Filiabus luctuosus est. Pace verò inter Danos & Svecos composita, ossa humata fuerunt in Daniam deportata curâ mœstissimæ Conjugis & sepulta in templo Divæ Virginis die Julii – Anno MDLX. ubi jam qviescunt & exspectant diem futuræ Resurrectionis atq; Gloriæ Æternæ: Qvam ipse vivus conjugali thoro sociaverat sibi, hanc mortuus habet sepulchri sociam Nobilem & præstantem Matronam

PETRONELLAM OXE

Domini Johannis Oxe de Nielstrup Eqvitis Aurati filiam, donec dies exspectatus aderit, in qvo tertio fiet cœlestibus gaudiis plenissima conjux in æterna vita cum sanctis omnibus. Obiit autem illa Anno MD - Mense - die -

JOHANNI FRIIS

ab Hesselager viro Clariss. de Regibus & Repub. Daniæ plurimis & maximis in rebus bene merito Friderici I. Vice-Cancellario, Christiani verò III & Friderici II. Cancellario fideliss. & prudentiss. cujus consilio & auctoritate Ecclesiæ & Scholæ Disciplinâ & reditibus ornatæ, Legum emendatione Reipubl. forma stabilita, qvi posteaqvam Familiæ suæ decus virtute & meritis amplificâsset, vegeta senecta, sed annorum satur vitam naturæ, Spiritum Servatori Deo plenus fide & spe reddidit.

Moritur Coagii 5 Dec. Anno 1570. Hæredes Patruo B. M. Pos. Vince Bono Malum.

Deo trino & uni Gloria 1625. Memoriæ Illuſtris & Generoſi Viri

CHRISTIANI FRIIS

de Borby cujus innata Virtus Literis & uſu domi foriſq; ſedulo exculta in Aula & Archivo Ser. Regis FRIDERICI II. probata & approbata, regimine variarum Præfecturarum gnaviter exercitata ipſum tandem ad ſummam Archivi Ser. Regis CHRISTIANI IV. gubernationem & ſedem Regni Senatoriam evexit, ubi fideliter atq; prudenter Annis XX. exantlatis inſigni Regis favore magno Reipubl. fructu & applauſu, demum in Comitiis Norvegicis in navi Regia piè obiit 29 Jul. Anno Chriſti 1616. æt. 59; nec non Generoſæ ipſius Conjugis

METTÆ HARDENBERG

de Schioldmoſe, qvæ cum ipſo fida ſocia vixit piè & caſtè Annos XXXI. dies, qvi ſupererant pauci, Viduitatis integritate vitæ ac Redemptionis ſpe refocillans animam Deo reddidit 15 Jun. Anno Chriſti 1617. ætatis 54.

Honoris & Gratitudinis ergo ſcripſit & poni curavit Pallas Roſencrantz de Krenkerup.

Exeqviæ perilluſtris ac generoſiſſimi Herois CHRISTIANI THOMÆI SEHESTED Cancellarii Regii, Regni Senatoris, Eqvitis Aurati &c., factæ ſunt in hoc Templo Anno 1657, qvi circa horam nonam Menſe Auguſto exſpiravit, cum vixiſſet annos ſexaginta ſeptem, qvinqve menſes, decem & octo dies.

Siſte viator,

& tumulum intuere æternæ memoriæ Herois immortali vita digniſſimi æternáq; donati

Dn. CHRISTIANI THOMÆI SEHESTED,

cujus afflictiſſimo patriæ ſtatu diuturniora merita mors nobis, vitam indignatio in nos Divina abſtulit: Qvi Regni Daniæ Senator duos ac triginta annos & Cancellarius Regius decem & ſeptem fuerat, Chriſtianarum verò virtutum ab ortu vitæ ac heroicarum ad exitum usqve vitæ exemplum novennali per Germaniam, Italiam, Galliam & Angliam peregrinatione ut nihil mirari, ſic cuncta mortalia deſpicere didicit. Legationibus ad Hiſpanos, Anglos, Belgas, Germanos, Svecos ſplendorem aularum & pompam inter fortunæ ludibria habere ſibi edoctus, earum ad R. P. fructum retulit, ſanctitatem priſcam retinuit & religionem, qvam multos ubiq; mentiri viderat, ſincerè ac conſtantiſſimè

ſimè exemplo & patrocinio tuebatur, acerrimè autem animóq; invictiſſimo, poſtqvam illius & juſtis Muſarum Patriæ Deo & Rege datus erat publicus vindex, privatas res ſuas (qvod unum eſt ſeculi noſtri miraculum) R. P. haudqvaqvam prætulit, bonis omnibus favit, optimos promovit, malos ferre non potuit, in omnes beneficus, ſuſtentavit egenos, & in eo ſive homine ſive Heroe qvid deſideraveris? niſi qvod mori qvotidie voluerit, qvem qvotidie mortem meditari ipſa morum & vultus gravitas oſtendebat, cujus vitam Rex proceres & populus clade multorum, ſed afflicti ſuamet vita redemiſſent, ut patria poſteriq; valerent. Abi viator, & hôc qvoq; Cancellarium in exemplum poſteris vixiſſe, qvod libens mori Heros voluerit, cogita.

Erasmus Joh. Brochmand, R. & Eq. Ac. Sor. p. t. Decan. & Hiſtor. ac Pol. ib. Prof. Publ.

Aliud:

Inhibe coactos præfica fletus
Siſtunt ad urnam hanc Funere leſſos
Letho datus eſt magnus Heros.

Qvod Natura potuit, genus dedit ac Nobilitatem, qvod fortuna, dignitatem ac decus, qvod amor, devotas omnium mentes, qvod virtus, innocentiam ac pietatem, qvod pietas, immortalitatem dedit ac beatas ſedes: Ex iſtis genus cognoſcis & nomen, Viator, conjicis denicales ferias juſtitiumq; toti Daniæ lugenti beatiſſimos cineres

CHRISTIANI THOMÆI,

qvi, ex Illuſtri Seheſtediorum ortus familia, pietate & optimis imbutus præceptis omni, qvod mirere, caruit infantia. Adhuc Juvenis legatione ad Hiſpanos oſtendit ſe Hiſpanis, qvalis eſſet, & viſus eſt Danis, qvalis futurus eſſet, qvi ætatis jura feliciter anteverterat. Ita prima ætatis parte ſe omnibus commendavit, qvi pro Regibus ortus erat. Amplexus ejus virtutes eſt Chriſtianus Magnus, ut filiis Regiis adhiberetur. Præeſſe moribus Principum debuit, cujus tota vita morum ſanctitas, qva meruit nobilem Virginem Mettam Roſenkrantziam, cujus raras virtutes ſi qværas, ſcias filiam fuiſſe Oligeri Roſenkrantzii. Cum ea pater octo & trium liberorum ita vixit annos viginti qvatuor, ut plures optaſſet. In primas Regni Danici curas vocatus admitti ſtatim ad ſecretiora Regum conſilia debebat, qvi legibus erat datus. Elegiſſet eum ſibi Fridericus, niſi id ante feciſſet Pater. Sibi conſulere neſciebat generoſus animus,

mus, ut publico commodius consuleret. Regis, Regni, Patriæ utilitati intentus neglexit suam. Ita dum mortalem se meminit ante mortem immortalis, prosperos Regi successus, felix Regno incrementum, crescentem patriæ gloriam exoptans, æterna in illud tempus dilata gaudia anno septimo supra sexagesimum securus admittit. Ne qvis in testamento præteritum se qvereretur, felicibus pietatis & modestiæ, miseris patientiæ, aulæ ministris fidei & candoris exemplum, Musis langvorem, Heroibus optimam vivendi formam, omnibus desiderium sui reliqvit. Adeste luctuum socii, qvos gaudiorum optaremus. Discite nihil hic esse perenne, qvod eximiè placeat, sed deberi cœlo cœlestia. Gratulamini beatissimæ animæ & gaudete, nisi, solutis forte in pluviam nubibus, læsæ serenitatis frustra exspectetur aspectus.

Johannes Faber.

Her ligger begrafven Erlig og Welbiurdig Mand
JØRGEN RUDT
til Enggaardt, som var Erlig og Welb. Mand Erich Rudts Søn til Fowilsang, som bleff hasteligen ihielslagen i Kiobenhaffn aff hans egen Moders Søster-Søn den 30 Junii, Aar 1584.

NB. *In alio ejusdem Epitaphio:* bleff ihielslagen her i Kiøbenhaffn den Søndag nest for S. Michels Dag, som var den 27 Sept. Ao. Dni. 1584.

Anno 1539 Do starf Selige Melchior Rantsow unde was Ko. May. To Dennnemarck Raath und Holstens Marschale dem Gott gnade.

MELCHIOR hic RANZO situs est clarissimus atqve
Nobilibus veteri stemmate natus avis.
Qvi virtute sua, multis & dotibus, amplæ
Inclyta Ranzóæ gloria gentis erat.
Qvem dolet in media sublatum ætate virili
Cimbria, præstantem magnificumq; virum.
Illius in duris industria cognita rebus
Danorum & Regi sæpe probata fuit.
Corporeisq; bonis nunqvam vitæve pepercit
Pro Domini salva posteritate sui.
Impiger, assiduus, celer, imperterritus, acer
Præfectus pacis miliiiæq; fuit.
Eloqvio gnarus, magna cum laude diserto,
Mentis abundanter promere sensa suæ.
Qvantum & præstiterit, cum res poscebat, in armis,
Pallida testatum reddere *Trava* potest.

Invi-

Invida cur Lachesis non hunc es vivere tantum
Passa diu meritum stamina longa virum?
Rumpere sed meritæ neqveas cum stamina famæ;
Post cineres viget hæc vivaq; semper erit.

Anno Dni. MDLXIII. XII Martii, obiit Nobilis, Generosus & Pius Vir

CORWITIUS WLFELD

de Korbølle & Sielsøe, illustrissimi FRIDERICI II Danorum Regis &c. Consiliarius, qvi hic XXVIII ejusdem Mensis est sepultus.

Hic sepultus est Nobilis Vir

GEORGIUS ROSENGAARD,

qvi a Proprio Fratre suo Joanne innocenter occisus - - - in Pace reqviescat. Anno Dni 1532. Dies verò obitus erat Decimus qvartus Aprilis.

Her ligger begrafven Erlig og Welbiurdige Mand

PEDER RUDT

til Fugelsang, som var Erlige og Welbiurdige Mand Erich Ruds Søn til Fugelsang, som bleff hastig ihielstucken ved Frederichsborg af Christen Hansen til Nørgaard i Laaland. Den alsommectigste HErre GUd giffve hannem med alle troe Christne en glædelig oc ærefuld Opstandelse. Anno Domini 1592.

Her udi hviler Erlig og Welbyrdig Mand

JØRGEN WIND

til Gunderup, Danmarkis Rigis Admiral och Befalnings Mand paa Dragsholms Slot, som var fød udi Roskilde den 7 Julii ANNO 1593 af Erlige och Welbyrdige Foreldre Jacob Wind til Grundet og Frue Else Høg til Klaropgaard, och døde udi Kiøbenhafn den 17 Julii ANNO 1644 af et Skud, som hand fik den 1 Julii udi samme Aar imellem Kongl. Maj. oc Rigens Fiende de Svenskes Skibs-Floder, hvor han mandelig, som en god och redelig Patriot och Rigens fornemme Admiral for sit Fæderne-Landtz tro och oprigtig Tieniste godvilligen udøste sit Blod och berømmeligen endte sit Liff, Sielen er i GUds Haand, Legemed udi dette Tre, hvor den tillige med Sielens Tilhaabefønelse forventer paa Dommens Dag en Ærefuld och glædelig Opstandelse.

Her JORGEN PODEBUSCH
Ridder til Kragerup Herr Preben Podebusch Son hans Fæderne og Moderne 1559.

Fru EMERGAARD BILDE
Her Anders Bildiß Daatter Salig Her Jorgen Podebusfis Efterleffverske Fæderne och Moderne 1559.

Virtute & Genere nobili
ALBERTO OXO
de Nielstrup, Johannis Oxi Aurati Eqvitis Filio, dulcissimo Marito, qvi piè ex hac vita migravit 7 die Septembris Anno 1577 in Hylleröd juxta Friderichsburgum uxor Mœstiss. Nobilis Domina Cicelia Wrne de Boserup memor Futuræ æternæ cum illo & gloriosæ consvetudinis fieri Fecit.

Nobiles & generosi
FRIDERICUS cum Fratre suo MARTINO
Filii Johannis Bernechov de Birchholm, & Castissimæ Dominæ Mettæ Oxe. Nepotes Domini Johannis Oxe de Nilstrup Eqvitis Aurati, cum ob præclaram indolem & eruditionem summam de se exspectationem reliqvissent immatura morte pie obierunt, ille Anno Christi 1570 die 6 Sept. Ætatis suæ anno 19. hic verò Anno Christi 1577 die 22 Novemb. Anno Ætatis suæ 23, & cum generoso
ESCHILLO OXE
de Lœgismosa hic una sepulti sunt.

Her under hviler Hoyædle og Velbiurdig nu Salig
ULRIG CHRISTIAN GYLDENLØF
til Uldrichholm, Stormectige och Hoybaarne Forstes Kong Friederichs III. Danmarkis, Norgis, Wendis og Gottes Konges General-Lieutenant ofver Militien, Oberst til Hest och Foeds och Befalnings-Mand ofver Skandelborig, som er fød paa det Kongl. Huuß Ibstrup Anno MDCXXX. den VII Aprilis och bortkaldet GUD hannem udi Kiobenhafns Beleiring Anno MDCLVIII. den XI Decembr. der hand hafde lefved udi denne Verden XXVIII Aar VIII Maaneder och II Dage. GUD gifve hannem med alle tro Christne en ærefuld Opstandelse.

Exeqviis Uldarici Christiani Guldenlöw
elogium:

Non est qvod mirere, viator, Funus hoc educi jam serius, qvod vellemus nunqvam. Aliud enim qvam hoc mœrenti-

rentium agmen ipſe duxiſſet, Tot ante legionum Inclytus ac fortiſſimus Imperator

ULDARICUS CHRISTIANUS GULDENLOW,

Nobile Magni Danorum Regis Christiani Qvarti germen, Friderici amor, Patriæ deſiderium, Caſtrorum delicium ac metus, hoſtium terror, urbis tutela, &, ſi vis ſemel omnia, Heroum Danorum Gloria immortalis. Vix enim adoleſcentem induere vacavit, cum fecit de patre fidem. Cujus ille dignum exemplar ætatis ſuæ momenta ſingula illuſtribus curis occupavit; Virtutumq; laudabili incremento, vix poſitis ſub magno Hiſpaniæ Rege militiæ tyrociniis, non pretiis ſed meritis, ſupremos militaris gloriæ titulos adeptus documentum dedit non titulis viros, ſed viris titulos creſcere, ſpretisq; meritorum cunabulis, omnia honorum pretia anteivit totus ipſe aureus, cenſeriq; voluit non unde, ſed qvalis eſſet. Et ne nomini credas defuiſſe omen, fide aurum, fortitudine leonem vicit, fama melior metu major, conſilio & manu præſens, non imperare qvàm facere promptior exemplo ſuo docuit rectius fieri qvam naſci Heroes. Factus Condæo militaris imperii comes Belgica Gallicaq; lauru Svecicis trophæis præluſit. Stant ad Ræteliam, ſtant ad Mouſonium, Vinokbergam, Dunkerkam, Gravelingam & tota Flandria æterna invicti Herois monumenta. Et memorabiles ad Lauholmiam Engelholmiamq; pugnæ mori vetant. At nunqvam rectius Heroem explicuit, qvam cum in ſubjectas Urbi inſidias graſſatus, qvaſi alteram ante Trojam Hector Danicus Optima ab hoſte Sveco ſpolia referret, non civicâ modo corona inſignis, ſed & Regia & tota Danica. Longa jam per hoſtium ſtrages mortis experientia, licet annis immaturus, vita deficitur. Notoq;, qvod triginta annis calcaſſet, itinere eò contendit, ubi nunqvam moriturus, unum hoc dolens, qvod ſicca morte vincendus eſſet, qvi toties Heroicam provocaſſet, & cruentæ ſæpius timorem feciſſet. Cœli jam certus, nihil timuit, niſi Deum, qvem conciliatum jam ſibi ac propitium futuris cœli deliciis plenus toto pectore excepit. Sic ſcilicet, ne exitialis anni finis cladibus initio cederet, hac tanti Herois ſtrage nobilitatus exiit. De anno ne curioſè qværas, memineris eum fuiſſe, qvem, ut tacere velimus, obliviſcemur nunqvam.

Her udi hviler Erlig och Welb. Mand
HANS ULRICH GYLDENLØF
til Windinge Gaard, Kongl. May. Befalningsmand paa Croneborig och Friderichborg Slotte, som er fød paa Croneborg Slot den 10 Martii Aar 1615. och haffver GUD Allermectigste heden kaldet hannem fra denne elendige Jammerdal paa Croneborg Slot den 31 Januarii Aar 1645. Efter at hand hafde fuldendet sit 30 Aar ringer 5 Uger och 3 Dage ganske Leffnets Alder: Sielen er udi GUDs Haand, Legemed udi dette Thre, hvor det tillige med Sielens Tilhaabefoyelse forventer paa Dommens Dag en ærefuld och glædelig Opstandelse.

Ex Marmore nigro & niveo.

ULRICUS FRIDERICUS GULDENLEU
Regius Elephantini Ordinis Eqves, Norvegiæ qvondam Pro-Rex Generalis Campi Mareschallus & Camerarius Supremus, Dominus Comitatus Laurvigensis & in Hartzhorn, mundum die XX Julii anni MDCXXXIIX ingressus, postqvam rarum & insigne per XIII, & qvod superest, Lustra Nomen fastis, dedisset morti, tandem diem Aprilis XVII Anni MDCCIV vitæ ultimum heic notandum reliqvit.

Exspecta Spectator. Lege & luge. Jussere fata, qvem fama vetat mori, immortalem Danorum Atlantem, Ajacem, Achillem. Unus ille est, sed instar omnium Heros Illustrissimus, Excellentissimus

CHRISTIANUS GYLDENLOVIUS

qvondam eheu! qvondam Dominus Comitatus Samsoæ, Liber Baro in Lindenborg, Eqves Elephantini Ordinis Auratus, Sacr. Reg. Maj. Dan. Norv. Archistrategus Supremo proximus; Præfectus Cubiculo Regio & rei Tabellariæ publicæ supremus. Flet Morboniam furentem decollantémq; spem non Irene minùs, qvàm Bellona. Orbam suo se Palladio non fictis plorat lacrymis, sed seriis, sed feris plangit infelix Patria, Præfica inconsolabilis, in sinu gravisura illa & impensè gratulatura sibi, Nestorem vivendo vincere si potuisset GYLDENLOVIUS, qvem, cum sangvine potuisset vel solo niti, Heroa virtute sola nisum virtute nemo vicit: Nec verò svavitate nativa Nestor vicit, sed ætate sola. Emensus nempe tot olim secula, qvot illustravit Hic immensa virtute lustrorum seculi nostri paria. Numera virtutes utrinq; & annos numera, putabis, si computaveris, Nostrum trisecli senem annorum 30 Nestorem, æternitatis

adeo

adeo nihil deesse visum immortalitatis huic & gloriæ Candidato, nisi qvod mortalis esset. Gloriæ adeo nihil jam deest tam nesciis mori virtutibus, nisi dignus & mori nescius Encomiastes. Fuit enimverò, dum fuit, magnum Patriæ Patris Delitium Orbisq; Boréi Decus. Magnus civium horror, omnium Amor. Loqventur marmora, qvem balbutit lingva Dana, Germana, Galla, Itala & qvæ non. Nec ævo nostro tam surda sit & absurda posteritas, nec posteris tam ignava & ignara fama, qvin gemat funestum diem 15 Jul. qvo DeLItIæ DanICæ DeLetæ.

In lapide Sepulchrali.

Illustris & generosus Dominus

Dnus. AXELIUS UROP

qvi tribus Regibus consiliis & armis fidelissimè inservien-do nunqvam qvievit, hic qviescit cum Conjuge charissima, Illustri ac Generosissima Domina

CECILIA GRUBBE

Obiit Anno 1671 d. 15 Martii.

In Monumento Marmoreo.

Hic situs est UROP belli dux atq; Senator,
Cautior à Fabii tempore nemo fuit.
Magnos magna decent, tantoq; CECILIA GRUBBE
Mater egenorum Conjuge digna fuit.

NB. *Personalia Uropii Nostri ex Programmate Acad. funebr. excerpta:*

Nascitur Ao. 1601. d. 17 Sept. Patre AXELIO UROP Domino de Mognæs & Præfecto Regiô in Ulster Closter monasterio Norvegico. Matre Helena Marsvien Domina de Dybit. In Belgium abiit cum studiorum moderatore Christophoro Lebzelter, Lugduni literis incumbens. Hinc obsidionibus Bergen op Zom, Schluis in Flandria & Skinckel-Skants interesse voluit. Inde Archiducalem aulam Bruxellensem petiit. Mox peragrata Brabantia ad Anglos, ab iis ad Gallos venit, ibiq; biennium studiis Martiisq; exercitiis impendit. Ao. 1625 Italiam ingreditur. Ao. 1627 in bello inter Imp. FERDINAND. II. & CHRIST. IV. Vexillifer factus ad Lutram capitur; hinc à Rege Beatiss. cohortium Præfectus & munimentorum magister constituitur. Anno 1629 sopito bello Cæsareo-Danico, in castra Aorantiorum Principis, qvi Sylvæ Ducis, Belgarum manu stipatus, imminebat, se contulit, ubi in familiam Uldarici Principis admissus sub imperio Tribuni Oligeri Rosenkrantzii Eqvitum magister creatus est, eiq; binas è patria, in legionis suæ complementum, educturus peditum cohortes, domum revertitur, at redeuntem, continuato Eqvitum magisterio, munimentis Regni præfecit CHRIST. IV. addito feudo *Christianspriis*. Anno 1635 duxit Virg. Nob. Ceciliam Grubbe, Canuti Grubbe de Regelse filiam. Anno 1641 bellicis Senatoribus adscribitur, Anno 1643 post longam castri Christianspriis defensionem à Thorstensonio capitur. Postea ipsi gubernatio castri & feudi Christianopoli-

P tani

tani & Havnia munienda traditur. Eqvitem Ord. Eleph. proclamari fecit FRID. III. Anno 1647 Arx Havniensis cum ad eam pertinente territorio Legioq; Sælandica Uropio concreduntur. Ao. 1651 inter Senatores Regni sedere jubetur. Ann. 1657 omni militiæ in Scania summa cum dignitate præfuit. Tunc ille qvamvis vix necessario instructus vel milite, vel commeatu, consilio ita valuit, ut post varias velitationes, qvas superiore semper Marte perfecit, nunc castris exutum, nunc, amissis signis, exercitus parte truncatum, nunc fusum fugatumq; se planè viderit hostis. Inita *momentanea illa pace Roschildensi* Præfecturam Dalummensem in Fionia obtinuit, &, renascente bello, eis adscribitur, qvi cum Sveco de recuperandæ pacis conditionibus agerent, qvas tandem datas acceptasq; 27 Mart. Ao. 1660 signatis tabulis urbi intulit. Postea militaribus oneribus ob ætatem & valetudinem subductus, Senatorio muneri soli vacavit. Ann. 40 pace & bello tribus Regibus CHRIST. IVto FRID. IIItio & CHRIST. Vto fideliss. operam præstitit. Ob. Hav. 1671. d. 14 Martii.

CUNRADUS ADELAER

Dominus de Bratsberg & Giemsöe, Ordinis Danebrogici & D. Marci Venet. Eqves S. R. M. Daniæ & Norvegiæ Generalis Admiralius, Collegii Maritimi Vice-Præses, Turcarum terror, Barbarorum horror, Candiæ clypeus, Venetorum murus, Belgarum honos, Norvagorum gloria, militiæ navalis Danicæ Decus, Orbis Arctoi miraculum, qvi excelsum caput usqve eo exseruit sub Martino Harbregti Trompio, ut renata Venetiis Roma, hunc sibi præoptaret - - maritimi imperii adsertorem. Qvot enim intra Calpen maria, qvot sinus, flumina, tot perpetuos numeravit Triumphos. Ad Dardanellas ac Vollo, ad Rhodum ac singulis sæpe Insulis æterna invicti Ducis monumenta - - - surgunt altius tropæa, proprio Acinace truncato IBRAHIM BASSA, - - - - sed maximè supra homines ivit Heros, qvum in bellicas naves septuaginta septem sola adeo Prætoria intonuit, ut millibus Turcarum qvinq; percussis, qvindecim harum ad Scudam in Candia perforarit, belli Fulmen hactenus inimitabile. Illæsam ergo tot - - - AQVILAM Jovi suo restitui placuit Augustissimo Monarchæ FRIDERICO TERTIO, sub cujus ut & Augustissimi Successoris CHRISTIANI QVINTI serenissimis auspiciis qvalis fuerit, qvæ cœperit, qvanta perfecerit, norunt, qvi Patriam norunt, omnes ac singuli. Tandem post infinitos expeditione Svecica labores triduô à Classe Regia supra fidem servata, qvum immensa gloria orbem implesset, implevit fata ac naturæ cessit, qvi hosti nunqvam. Natus Brevigæ Norvagorum Anno MDCXXII. Obiit Hafniæ Anno MDCLXXVI. Tu Viator

tor ad te ut redeas, abi ac nusqvam luge mortalem, qvi ubiq; immortalis.

Conferantur, quæ ex Academico in Exseqvias Adelarianas Programmate Illustrium Danorum extra Daniam Gestis ac Vestigiis Cap. 2. de Ital. *inseruimus Hectorea Cunradi Nostri, rectius Curtii, Romano illo nil inferioris, Personalia.*

Hic beatam sui restitutionem opperitur Perillustris & Generosissimus Dominus

OLIGERUS WIND

Dynastes Harrestadii, Ord. Eleph. Eqves S. R. Maj. Dan. & Norv. Cancellarius, Consiliarius Intimus & in Supremo Justitiæ Tribunali Assessor gravissimus, in aula trium potentissimorum Daniæ Regum cum illustri laude diutissimè versatus. Cui prima experiundi sui arena Svecia, hinc florentissimæ qvæq; Europæ penetrata aularum, etiam Cæsareæ, recondita, collectus ingens prudentiæ civilis Thesaurus, qvem patriæ postea liberaliter impendit, in consiliis providus, in rebus gerendis infatigabilis, in administranda justitia incorruptissimus. Domus ejus pietatis & priscæ fidei palæstra. Qvas dotes ut in posteritatem qvoq; diffunderet, inito conjugio, ex Generosissima & Sanctissima Uxore MARGARETA GEDDE sustulit filios septem totidemq; filias, ex qvibus qvatuor in cœlum præmissi sunt, reliqvi in virtutes Parentum generosa æmulatione consurgunt, obiit sexagenarius, vitæ mortalis satur, æternæ persvasissimus Anno MDCLXXXIII qvinto Junii. Habes hic Patria, qvod ereptum lugeas, habetis posteri, qvod in consummatum sapientiæ exemplar animo vestro proponatis.

Silere mallem infelix marmor, qvàm tibi narrare, qvisqvis hæc legis, vicino pulveri immixtos esse cineres Perillustris & Generosissimi Domini

DIETERICI FUIREN

Baronis de Fuirendal, Domini de Söndervang & Stöbringegaard S. R. M. Consiliarii Justitiæ & Cancellariæ & in Supr. Justitiæ Curia Assessoris. Qvi inter Belgas, Angl. Gall. Ital. Germ. Hungar. sed maximè inter Patriæ Proceres mitissimæ indolis & consummatæ integritatis lumine usq; qvaq; effulsit, sed nimirum sex lustris nec ultra inter mortales versatus cœlum repetiit XIII die Sextil. Anno MDCLXXXVI. solis è qvaterna prole Dieterico & Christina superstitibus.

Deficienti oculos clausit Conjux mœstissima (qvæ me hìc posuit) Margareta Elers, claudens dixit:

Ille meos, primus qvi me sibi junxit, amores
Abstulit; Ille habeat secum servetq; sepulchro.

Inscriptio magni & marmorei, qvi utrumq; condit, Sarcophagi.

Qvi eodem qvondam thalamo qverimoniæ omnis experte per novem ferè annos qvieverant, perillustres & generosissimi Conjuges

DIETERICUS FUIREN
&
MARGARETA ELERS,

Eorum pretiosissimos cineres (evocato post exacta in his terris sex lustra ad superos marito die XIII Sextil Anno MDCLXXXVI, mœstissima autem vidua per continuò manantia lacrumarum flumina ad sedes beatas transvecta XV die mensis Septembr. Anno MDCCVIII ætatis nempe septimi supra qvinqvagesimum) Illustrissima Domina Christina Fiuren unica tantorum Parentum è qvaterna sobole superstes filia, svavissimæ Genitricis desiderio piè satisfactura splendidissimo hoc Conditorio, qvasi de novo instructo thalamo, locari curavit, sine ulteriori ossilegio secura posthac qviete, nullis vel turbanda vel terminanda mœroribus, fruituros. Abito nunc, qvisqvis hæc legisti, & credito exsultasse, si qvis extinctis sensus sit, & penè revixisse tam tenerè se invicem amantes reliqvias, post tristissima duorum & viginti, & qvod excurrit, annorum divortia in communi tandem dormitorio tam arcte consociatas. Abi Viator & noveris etiam te nunc oculis lustrasse urnam τῶν φιλέντων. Mœstus p. qvi immortalia in se Fuirenianæ domus merita in hoc qvoq; marmore vivere ac superesse voluit.

L. THURA.


Siste gradum Viator, sub hac urna conditur

NICOLAUS SLANGE

olim S.R.M. Consiliarius Conferentiæ, Status, Justitiæ & Cancellariæ Assessor, Secretarius Cancellariæ Danicæ. Natus Anno MDCLVII d. XXVI mens. Julii. Denatus Ao. MDCC. XXXVI d. XXI mens. Julii vitæ hujus satur, futuræ sitientissimus, annorum plenus, qvos LXXX compleverat, additis XI mensibus. Exuviæ ejus haud temerandæ sub pace hìc qviescent, nam resurrectionem primogenitorum exspectant. At memento qvomodò Divus noster, dum vixit,

vixit

vixit Deo gratus, Regi fidus, patriæ probus. Abi jam Viator, nec plura qværas elogia, extrema hac linea omnium virtutum tulit punctum.



Ex ordine Eruditorum.

Monumenta Episcoporum Sialandiæ
post Reformationem.

Nostra Conversatio in cœlis, Philip. 3.

PETRUS PALLADIUS

Ripensis, Sacræ Theologiæ Doctor, Academiæ Hauniensis Professor & Sædlandicarum Ecclesiarum Superintendens vigilantissimus, Vir pietate, eruditione, comitate & vera virtute ornatissimus, in invocatione Filii Dei obdormivit tertio die Januarii. Anno Domini 1560. Ætatis suæ 57.

Exactam Divi Palladii Biographiam brevi exspectemus à Viro Admodum Venerando & Doctiss. Dno. LUDOVICO HARBOE *Castelli Friderichshavniensis Pastore, Historiæ patriæ literariæ studiosissimo.*

Hunc lapidem casto posuit CATHARINA marito
JOHANNI ALBERTO fœmina mœsta suo.
Ipse Scholæ Rector Doctorq; & Episcopus acri
Judicio valuit cum pietate pari.

Obiit autem Anno Domini 1569 Die 25 Maji ætatis suæ Anno 44 fere.

PAULO MATTHIÆ

Coagiensi, Theologiæ Doctori, Episcopo primum Ripensi An. VIII deinde XX. Roschild. VII. olim in hac Acad. lingvæ Lat. Græc. Heb. Artiumq; Professori optatissimo, Viduarum, Orph. Paup. Fautori, Viro verè bono. Qvi summo bonorum obiit desiderio Prid. Kal. Nov. An. salutis CIƆ. IƆXC. Æt. 63. Hæred. Patruo Chariss. P. P. Soli Deo Gloria.

Prudens Simplicitas.

D. PETRO JAN. WINSTRUP

Hafn. olim Mag. Lect. S. S. Th. Aarh. Ann. II post Pastori ad S. Hospital Hafn. Ann. IX. hinc Episcopo, tum illic vicissim Ann. IV. tum heic rursus, sicut tunc simul Doct. Theolog. in Reg. Acad. & Canon. Roëskild. Ann. 23. P. Anna Eisenberg C. L. Qvi natus an. CIƆ IƆXLIX. XIIX Martii, exspiravit in D. XXIV Junii Anno CIƆ IƆCXIV.

NB. *Martinus Schwarsbacensis de Laudib. Acad. Hafn. Carm. eleg. hæc habet de Petro Jani Winstrupio.*



Ex vultu pietas cœlo devota relucet,
Ut rapis, ut raperis Numina qvando doces.
Qvantus es exterres cum pectora fulmine legis
Aut Evangelii saucia rore levas.
Carmen & exactis numeris æqvabile pangis,
Cum tua cœlesti vena favore calet,
Non tibi verba damus, Domino largimur honorem,
Qvi precor ut referat digna tuis meritis.

Joh. 14. v. 6. Ego ſum via, veritas & vita. Symbolum: Ora & ſpera. יְהוָה יִרְאֶה In nomine D. J. C. Venerabili Viro

D. JOHANNI PAUL. RESENIO

C. in Regia Academ. olim Magiſt. Profeſſ. Publ. Logic. an. 6. Hinc Doctor Profeſſ. S.S. Theolog. ibidem annis 6. Tandem Epiſcopo ſimul Sædland. & Canonico Roëskildenſi unà annis 23 & menſibus 2. Qvi natus 2 Februar. an. 1561 obdormivit in Domino an. 1638. 14 Sept. Bis marito & ex prima conjuge Barbara Andr. Laurentii F. 4. liberorum Patri: Poſtrema conjux Anna Eliæ Eiſenbergii F. cum ſuperſtite Filio D. D. Johanne Reſenio, & Filia Anna D. D. Nicolai Paſchaſii, mœſtiſſ. P.

In lapide Sepulchrali, qvi Reſenium ſociavit Palladio.

Hujus tam patuli recubat ſub tegmine buſti
Non modo PALLADIUS, ſed qvoq; RESENIUS.
Sicut utriq; fuit ſpiranti Spiritus unus,
Unica ſic ambos nunc tegit urna viros.
RESENIUS poſt PALLADIUM dum vixit in orbe
Claruit ut lumen, perſtitit ut columen.
Præclarus patrii Doctor fuit ille Lycei,
Sæpius ejusdem Rector & ille fuit.
Multos ille fuit Præſul Sædlandicus annos,
Zelo pro cœlo præditus eximio.
Lutheri fuit ille ſui ſincerus amator,
Ejus ſincerus qvin imitator erat.
Numine qvàm plenus fuerit, qvàm lumine plenus,
Enthea Scripta docent, enthea facta probant.
Chriſtus eum cœlo redivivum ſiſtet, ut illic
Qvi fuit hic lumen, ſtella ſit uſq; micans.

P. W. D.

Monumentum
Deo Opt. Max. & æternæ memoriæ

D. CASPARI ERASMI BROCHMAND

Roëskildenſis & Lundenſis Canonici, qvi poſtqvam literas Romanas ac Græcas an. 5. S.S. Theolog. 23 in Acad. Haunienſ.

nienſ. incomparabili ingenio, fide, facundia docuiſſet, ſed & medio temporis in S. Palatium excitus C. 5. Adoleſcentiam ſapientiæ præceptis inſtituiſſet anno 1639. 19 Jan. invitus ad an. 14. S. Theol. Facult. Decanatum & Sædlandiæ Epiſcopatum evectus eſt: in qvo dum ſtrenuè, ſollicitè, providenter Academiæ, Eccleſiæ, Scholis, pauperibus, ſeculo, poſteris & copioſe & undiq; conſulit, contra vota bonorum omnium & veriſſimis lacrymis ann. ætat. 67. Conjug. 41. Sal. Publ. 1652. Paſchalium feriarum ſecunda, o miſeriam! oriente ſole, occidens, heic cum infantibus geminis & natu maxu: 22 an. Chriſtiano Caſparo B. in ipſa hac Acad. Prof. Eloqv. deſtinato placidiſſimè qvieſcens ſolam concordiſſimæ Opt. uxoris conjunctionem deſiderat, ut mox & cum ea & cum illis ex hoc loco reſurgat. Id brevi futurum eſt. Incompar. Marito, Dulciſſ. Fratri, Indulgentiſſ. Patruo piè opt. mer. Uxor, Frater, Patrueles, heu infelices! unanimes poſuerunt. In eodem hoc ſita eſt marita deſiderata verè optima Sillia Balkenburgia def. an. æt. 80. Sal. Publ. 1661. Cave qviſqvis ſies, ne unqvam dehinc hoc ſepulchrum aperias, inqvietes: nam tali ſemel ſurgere demtum eſt. Conqvieſcant in pace. Deus Vindex.

Pietati & Poſteritati ſacrum.

JOHANNES JOHANNIS RESENIUS

Regius S.S. Theologiæ Profeſſor atq; Doctor & Præſul Sælandiæ Venerandus, Deo ac Regi fidus, Patriæ utilis, omnibus carus, Amicis animo conſtanti amicus, lætus lætis, miſeris patronus, Delicium Juventutis, Decus Academiæ ingenio, doctrina & candore; Thaliæ Vinſtrupiæ maritus, Parens IX. gnatorum & natarum IV. hoc tegitur tumulo: in qvem liberis poſterisq; ejus ad latus hujus ſaxi venerabilis jus eſt inferendi perpetuum. O triſte jus ſepulchri! Triſti fato ereptus eſt anno 1653 magno Ordinis Scholarumq; diſpendio, majori amicorum & liberorum luctu, maximo ſtudioſæ juventutis deſiderio, cum vixiſſet annos plus LVI. In Acad. Haunienſi docuiſſet XXIX. Præfuiſſet Epiſcopatui annum circiter. O Patriæ dolor! Verum vivit adhuc vitam: vitam mutavit, non reliqvit: ſeceſſit, non deceſſit, abiit non obiit: Mors Superum Miniſtra eum mortalibus eripuit, immortalibus reddidit. Tuum, Lector, adde, qviſqvis doctrinam & candorem amas, qvorum ille theſaurus erat. Abi, flores ſparge, ſi non lacrymas. Plan-

gebat & pangebat PETRUS RESENIUS major natu filius J.U.D. & P.P. die S. Johannis 1660.

S. D. S.

Micha Apoſt. Centur. XIV. Num. XXV.

ὁ κόσμος σκηνή; ὁ βίος πάροδος; ἦλθες, εἶδες, ἀπῆλθης,

D. O. M.

Et memoriæ perenni Parentum optimorum

Dn. LAURENTII MART. SCAVENII

S.S. Theol. D. Prof. Sædlandiæ Epiſcopi, qvi an. 1589 in lucem editus à puero ſtud. bon. artium innutritus, animum porro in peregrinat. per German. Helvet. Gall. & Belgium ulteriore doctrina exornavit, qvam in Schol. Paſt. Prof. & Epiſcop. munere ab ann. 1620 ad d. obitus ann. 1655. ea ſolertia, integr. pruden. impendit, ut Deo piet., Regi fidem, Auditoribus diligentiam, cunctis Viri boni officium probavit. Nec non

ELISÆ PETREÆ

qvæ nata an. 1601 & facta Conjux an. 1620 fœcunda 15 liber: Mater, totam vitam raro Pietatis, Pudicitiæ ac conjugalis amoris exemplo ad an. 1653 transegit: Debitæ pietatis & amoris erga Parentes benè meritos monumento hoc ſubjectum tumulum erigendum curarunt tres ſuperſtites Liberi Petrus, Martinus, Eliſa Scaven. An. Chr. 1663.

Magnum & venerabile Nomen

D. JOHANNIS SVANINGII

ob egregia in Rempubl. merita Conſiliarii Regii, Supremi Tribunalis Aſſeſſoris, ARCHIEPISCOPI, Præſidisq; Conſiſtorii titulis raro exemplo Celeberrimi, Mariti incomparabilis, ipſo ætatis decretorio magno MDCLXVIII. XXVI Julii ingenti bonorum omnium luctu exſtincti Relicta Conjux MARIA FUIREN lætorum & triſtium per annos XXX ſocia individua, ſex liberum Mater, vix dimidia ſui parte ſuperſtes æternitati ſacravit.

Aliud.

JOHANNES SVANINGIUS

unico ad hanc diem exemplo per omnes honorum titulos vectus, ſummæq; rerum in Aula, Academia & Eccleſia junctim adhibitus poſt exactos florentisſimo in Conjugio, ſex liberis aucto, annos XXIX beatisſimam animam cœlo, cui debebatur, vindicavit, mortalitatis reli-

qvum

qvum huic conditorio intulit anno redemti orbis LXVIII supra ſedecim ſecula ætatis LXIII.

Aliud.

Siſte impetum Viator pioſq; manes

JOH. SVANINGII

reſpice attentius, qvi, dum vixit, Deo, Regi, Patriæ religioſè vixit, cunctis ſemper vivus, ſibi ſoli mortuus, nulli non innocuus. Mortem non timebat utpote connatam. Vitam non amabat, qvippe mutuatam. Hinc pio diſceſſit obitu, ſuum cuiq; reſtituens. Unum tamen abſtulit, qvod optares redditum, parem heu! reliqvit neminem! Si hæres, Foſſii excute facundiam. Hic adulari neſcit. Is permulceri negat. Fucum neuter amat. Si fallo, liberè renuncia: Ilicet!

A. & Ω.

JOHANNES WANDALINUS

S. S. Theol. D. & Prof. Reg. Epiſcopus Sælandiæ & Facult. Theol. Decanus ſibi ac uxori Svaviſſimæ ANNÆ CATHARINÆ WINSTRUPIÆ una cum XII liberis paris in utroq; ſexu numeri, qvorum duo jam jam præmiſſi, Monumentum hoc Winſtrupiano cohærens in optatam exuviarum reqviem usq; ad ſupremæ tubæ clangorem vivus exſtrui fecit anno MDCLXXI, ut tam ipſe, qvàm illi mortui vivis intereſſent.

Aliud.

Et hic tuum decus & miraculum eſt Cimbria. Hic ingens ille jacet Doctor

JOH. WANDALINUS

S.S. Theol. Prof. & Sælandiæ Epiſcopus, qvi inter nutricum penè lallos ſtudia & lingvas, etiam orientales, edoctus, poſt amplas peregrinationes & non unam domi in Academicis Cathedris functionem mitra bicorni clarus doctrinam argutatricem, qvæ disſidiis concutit Eccleſiam, potente dejecit fulmine, ſcientiarumq; omnium circulum vitæ æqvans ſanctitate, decoravit muneris ſui, dum viveret, ſublimitatem, interq; ſcripta & libros ſuos veræ pietatis obſides viridi propemodum ætate ante ſenectutem defunctus ipſam obſtupefecit eloqventiam, qvæ tantis meritis ſe imparem profeſſa, ut vivum loqvendo, ita nunc mortuum tacendo comitatur. Natus eſt ann. 1624 d. 26 Januarii. Mortuus 1675 d. 1 Maji.

Magnum ſeculi ſui Ornamentum.

D. JOHANNES BAGGERUS

Seelandiæ Epiſcopus exuvias hìc depoſuit ANNO MDCXCIII.
Cætera ſuperſtes nunqvam moriturus U. M. P.

Gack Læſer! ey forbi, du haver her at lære,
Ved Doct. BAGGERS Grav, Veltalenhed og Ære
At hvile i hans Been og alt hvad pryde kand
En Biſkop fuld af GUd og Nidkiærheds Forſtand.
Og om du træder ned hans Hvile-Sted at ſkue,
Tænk da hvert Gran udaf hans Aſke er en Drue,
Der modnes immerfort til Himlens Herlighed,
Trods Satan, Avind og hvad Misgunſt Verden veed.
Den Kiſte, ſom hans Been er her betroêt at giemme,
See den ærbodig an; dig ſelv dog ey at glemme;
Thi du for Syndſens Sold er Dodſens Underpant,
Ved JEſus løſe dig, ved hvilken BAGGER vandt.

TH. KINGO.

NB. *Ex ſeqventibus haud parùm ſplendoris Famæ Baggerianæ accedat.*

Invitabat Illuſtriſſimum Dominum FOSSIUM nunc S. R. M. à Conſiliis Statûs, Romæ 1705 aliqvamdiu hærentem ibidemq; Principi CARPEGNÆ ut & germano ejus homonymo tum *Vicario della Chieſa* poſtea *Cardinali* acceptiſſimum, propenſior Tantorum Mecœnatum affectus ad Spectaculum in Urbe maximum, Summum putà Pontificem CLEMENTEM XIII in palatio adeundum, qvam Noſter eximiam adeo conditionem, fide ſibi tanqvam *Proteſtanti* in anteceſſum datâ, ne conſvetum *Sandalio* oſculum deberet, gratus accepit. Percontatus diverſa Pontifex, certior jam unde domo Advena hic eſſet, *Superátne adhuc*, inqvit, *Epiſcopus Metropoleos veſtræ Baggerus?* Qvem cum FOSSIUS humanis regeſſiſſet rebus exemtum, reponit Papa: *e pèccato bi ſogna che ſia ſtato buomo vaillantiſſimo.* Id eſt: *Dolendum eſt, maximis enim rebus gerendis oportet fuiſſe idoneum.* Hinc Noſter, unde Sanctitati ſuæ innotuiſſet BAGGERUS, qværere ſuſtinens, reſponſum tulit: *Ex literarum plusqvam viginti, qvod nobis, Anteceſſori olim ab Epiſtolis (Secretario di Breve) cum illo interceſſit, commercio.* Aperuit deinde literarii iſtius anſam commercii, nimirum moderatè minus Hafniæ ſe olim geſſiſſe Romanæ, neſcio qvem, Aulæ *Emiſſarium*, injuſſa qvædam temerè tentando, qvibus commotior Rex Daniæ, ejiciendum protinus territorio, qvà patebat, ſuo, qvicqvid Romano-Catholici erat nominis, tantum non conſtituiſſet. Huic obviam ut iretur malo, qvæ Secretarii Papalis tum fungebatur munere, Sanctitatem ſuam, Epiſcopi Hafnienſis nomen ocyus expiſcatam, literarium cum BAGGERO inſtituiſſe commercium, qvod, cum inde admiranda Viri eluxiſſet Sagacitas, etiam ultra prius negotium jam abſolutum, nòn ſine animi voluptate diu protraxerit.

Rariſſimum ſanè Romani Pontificis cum Metropolitano Danico commercium, qvod, ne memoria excidat, in gratiam poſteritatis ex ore Generoſi Domini FOSSII adſcribere libuit.

D. O.

D.O.M.S.

Mens Deo soli confisa inter omnes humanarum rerum vicissitudines manet inconfusa, id suo testatus est exemplo

HENRICUS BORNEMANN

S.S. Theol. Doctor & in Acad. Hafn. P.P. Sælandiæ Episcopus & Facult. Theolog. Decanus, qvi post exantlatas per Dei gratiam officiis publicis XLI annorum labores, primò in Schola hac Metropolitana, ubi ultra VII integros annos ceu Vicarius Rectoris, Con-Rector & Rector multa cum laude juventuti præfuit, Logices ac Metaphysices in Academia Regia Professione interea simul conspicuus, deinde in templo ac Coetu hoc à Diva Virgine nominato, ubi ultra VIII annos ceu Pastor Primarius & Præcipuus Dioeceseos Sælandinæ nominatimq; Eparchiæ Sochelundensis Præpositus multo cum fructu Sacris Dei operatus est, postea in Episcopatu Wensalico sive Aalburgensi, ubi ultra decennium ab anno MDCLXXXIII die XXIV Julii ad annum MDCXCIII d. XIV Octobr. cum insigni templorum, scholarum, ptochotrophiorum, Successorumq; utilitate ac emolumento, Deo adjuvante, sedit. Et sicut auxilium manus Divinæ secum perenne semper intellexit, ita grata iterum manu ɪↄccc thaleros Danicos piis ibidem usibus ante abitum legavit, id qvod erectum Aalburgi in memoriam abeuntis in æde Butolphi Epitaphium amplius ostendit. Tandem in Episcopatu hoc Sælandino & Decanatu Professionis Theologicæ Hauniensi, ubi per XVII jam annos sola coelesti vocatione fretus Academiæ, Ecclesiæ, Scholis & pauperibus, qvantum potuit, prodesse studuit, qvibus etiam accumulata qvotidie in officio hoc super se suosq; Divinæ misericordiæ & Regii favoris ac clementiæ in hostium qvorumlibet invidiam beneficia Summam MMMCCC thalerorum Danicorum pio juxta programma publicum Testamento reliqvit. Hoc deniq; tumulo anno Ætat. LXV exuvias deposuit, & die XXXI Decembr. ann. MDCCX inter mortales ulterius esse desiit, præmissis in reqviem antea Conjugibus Svavissimis & Dilectissimis Susanna Worm Olai Filia ex Conjugio vix bimo unius filioli Olai Bornemanni Matre: Anna Würge Henrici Filia Lubecensi, ex dulcissimo & mellitissimo XXIV prope annorum conjugio IV Liberorum pari in utroq; sexu numero, Hieronymi & Philippi Julii, Susannæ ac Hedvigæ Margarethæ Genitrice laudatissima ac Desideratissima.


Her giemmes i Jorden de Jordiske Levninger af den u-skatteerlige, og nu i Himlen Salige Mand, Høyædle og Høyærværdige

Doctor CHRISTEN WORM,

Bisskop i Siellands Stifft, S. Stæ Theologiæ Professor Publ. og Facultatis Theologicæ Decanus, hvis Dyder forgieves skal søges, hver for sig, iblandt mange, og neppe skal findes samlede hos een. Hands u-ryggelig Ærlighed og u-bevægelig Troeskab, hands reene og sunde Fornuft, hands u-forfalskede Gudsfrygt og sagtmodige Nidkierhed viiste, hvor u-mistelig en Mand hand var til saa magtpaaliggende et Embede. Een af GUD selv oplyst Kundskab udi de Ting, som høre GUD til, kronede de Forretninger, hvorudi hand opofrede sig til GUDs og Landets Tieneste. Een meer end Menneskelig Veltalenhed, bekræftet af det reene Saligheds Ord, lagde Kraft og Fynd i de Ord hand talede. Hand blev fød til Verden Aar 1672 den 10 Junii, og skyldede Livet, nest GUD, til sine anseelige, og af Retfærdighed og Gudsfrygt, høytagtede Forældre; Faderen den Høyædle og Velbaarne Mand Willum Worm, Hands Kongl. Majestets Conference-Raad og Justitiarius udi Høyeste Ret. Moderen den Høyædle og Velbaarne Frue, Fru Else Luxdorph. Iblandt de Velsignelser Herrernes HErre gav hannem her paa Jorden, skionnede hand paa denne, som paa den første, at hand i Aaret 1699 blev samlet med den u-skatteerlige Frue, Fru Kirstine Tistorff, som, efterat hun i et kierligt og lyksaligt Egteskab, af 29 Aar, havde, ved sin Livsalige Omgiængelse, indtaget hands Hierte, endelig ved sin, efter hands Ynske, alt for tilig, Fraskillelse, gik i Forveyen den 18 Januarii Aar 1729. og arvede det Rige, som dem begge var bereed fra Verdens Begyndelse. Hands Egteskab var af GUD rigelig benaadet, i det hand saae sig en Fader af fire Børn, og da de tvende, i deres spæde Aar, igien forlode ham, og bleve indtagne at see deres Himmelske Faders Ansigt, erkiendte hand det for en stor Naade, at hand, indtil sin Død, saae de tvende sig beholdne, nemlig hands elskelig og kiære Søn, Velædle og Velbyrdige Michaël Worm, Hands Kongel. Majestets Justice-Raad og Borgemester i den Kongel. Residence-Stad Kiøbenhavn, og hands dyrebar og Livsalige Dotter, Frue Else Worm, som ved et, i HErren besluttet, Egteskab er foreenet med den Velædle og Velbyrdige Mand Caspar Christopher Bartholin, Hands Kongel. Majestets Justice-Raad, Assessor i Høyeste Rett og Secreter

i det

i det Danske Cancellie, hvilke hand nu har efterladt sig over-vundne af Sorg, og fældende paa hans Grav de Taarer, som GUD alleene haver forbeholdet sig at aftørre. Hvad Landet, hvad Kirken, hvad enhver savner i ham, vil den tilkommende Tid bedre lære, end den nærværende kand beskrive. Hands Navn glemmes aldrig, forend Landet glemmer sig selv. Hands Amindelse doer aldrig, forend all Retfærdighed uddoer af Jorden. Hands dyre Siæl, som Jorden ey var værdig at beholde, fandt sit Fæderne-Land i Himmelen, den 9 Octobris 1737. og forlod et af Arbeyde trettet og af Sygdom udmattet Legeme. Hands Ære skal fuldkommes, naar hands og alle Troendes Legemer opvækkes, for at indtage de ævige Boeliger.



Exuvias
CHRISTIANI STEENBUCHII
Ebr. Lingvæ Pr. R. Viri integræ & famæ & conſcientiæ poſt innocentem XL annorum ſub cœlo peregrinationem, æternam in cœlis civitatem adepti, Mariti incomparabilis & unius ex ſe filii parentis, exiguo hoc æterni amoris monumento Vidua ſuperſtes DOROTHEA BROCHMANNA gemitu & lacrymis delaſſata condidit anno CIↃ. IↃC. LXV.

Alibi de eodem.

Vitæ mundiq; ſatur Divinam animam origini ſuæ adſcripſit & tabidum corpus, mortis, anteqvam moreretur, ſimulacrum, urnæ huic intulit.

Qvos communis olim uterus fovit, ſolers Parentum cura ſimul enutrivit, mutuum in peregrinationibus officium ſociavit, conſtans deniq; per totam vitam amicitia junxit, ut, qvi vivi non niſi ægrè divellebantur, mortui qvàm proximè ſibi accederent, hunc tumulum, humanæ qvidem fragilitatis argumentum, ſed ultimum feſſis præſidium rebus, ſibi ſuisq; vivi compararunt Fratres
MATTHIAS FOSS
S. S. Theol. Profeſſ. Reg. &
JANUS FOSS
Philoſophiæ & Medicinæ Doctor Aõ. CIↃ. IↃC. LXXI. Vitam non relinqvimus, ſed mutamus.

Sta hoſpes & jacturam luge publicam, ſi pars ipſe es publici! Sta Viator, & privatum geme damnum, ſi qva pri-

vatorum cura te tangat. Hoc enim implet conditorium magnum Medicinæ Numen, illuſtre Chemiæ ſidus, Auguſtæ domus Archiater, Supremi Tribunalis Aſſeſſor & Arctoi orbis Æſculapius

CHRISTIANUS FOSSIUS,

cui cunas & famam amica dedit Scania, invidiam & obtrectationes inimica, ſed neqvicqvam ratas, cum pro innocentia ſtaret candor, pro candore pietas, pro pietate juſtitia, pro omnibus cœli favor ac indulgentia: qvippe qvo vindice familiæ ſecuritatem ſpontaneo redemit exilio, exilium nunqvam meritus. Interea nec auri tenax, nec odii, ſua inimicis ceu beneficia, reliqvit omnia, maleficia condonavit ſingula. Unius autem gentis dum declinat injurias, in alterius amorem incurrit. Sic ad officia factus, ut aliis non ſibi vixerit. Sic à candore inſtructus, ut animum in fronte geſſerit candidè, frontem animo nunqvam occultaverit ſubdolè. Proinde vix viſus, auditus tamen, Potentiſſimo Danorum Monarchæ CHRISTIANO QVINTO, ita ſvaviſſima indolis integritate, ita magno perſpicacis ingenii acumine probari cœpit, ut Regiæ Sanitati ſummus ſeculi ſui adſtare Hippocrates juberetur. Adſtitit autem ita, ut Procerum Suſpiriis repetatur, medioxumorum ſingultibus reqviratur, infimorum ploratibus deploretur. Deplorandus utiq;, qvamdiu mortalitatis regnum mortis infeſtant prodromi. At dum fata domat, & parcè furere Parcas jubet, fatorum in ſe vertit invidiam, omni, dum vixit, invidia major. Scilicet dolebant inimica immortalitati inter mortales numina, ſuos inferis manes, ſuos Plutoni umbras, ſua veſpillonibus funera invideri, ſubtrahi, intercipi; & mortem ferè ipſam, mori alioqvin neſciam, in tabulas Libitinæ tam ſtupendo trahi Medico. Hinc inſidiæ, retia, doli & occultæ machinationes, qvibus ad rogum Rhadamantheo poſcitur judicio, qvi rogo multos eripuerat. Præmittitur qvippe febris primùm qvartana ex intervallo noxia, pòſt continua & ardenti æſtu ſine induciis infeſta. Subſeqvitur diarrhœa, prædatrix virium potentiſſima. Comitantur turbantia caput inſomnia, divum Medicinæ Capitolium. Tandem Cataſtrophen addunt in tragica non tragicam ſingultus, ſpaſmi & retortus in ſe ſpiritus, præcones mortis præſentiſſimi. Qvibus ſingultim velut deficientibus, qvod ex merito inter homines invenit, cœlum inter divos ex gratia occupavit fama, mortali-

talibus corpore mortuus, anima æternùm viventibus interfuturus. Abi hospes & Parcis dicito, opima haud esse spolia, qvæ non Feretrio, sed feretro sunt dicanda. Abi Viator, & fatis narra, non posse ægrotare sanitatem, jacere remedia & vitam invitam mori, ex qvo Medicinæ inter cœlites factus est Dominus, qvi Medicinæ in terris minister fuit.

D. O. M. S.

CASP. BARTHOLIN.

Malmog. Theolog. Med. ac Philosoph. Doct. Reg. Acad. Hafn. P. P. & Rosch. Cap. Canonic. Ingenio Divino, disserendiq; acumine, Pietate, Prudentia, Justitia, Integritate, singulisq; inserviendi voluntate non domi minus XVII an. in Artium Human. Med. ac Theol. Profess. Regniq; Gymnasiis vel Regio jussu destinata industria: qvam Foris in meliore Orbi Europ. variis obitis peregrin. & monum. editis Nobilitato: ex Recturæ Acad. iteratæ & honore & onere in cœlest. Patriam immat. morte evocato ANNA FINCHIA cum VI Fil. & I Filia superstes, Amoris Fideiq; Conjug. & peren. desiderii Monum. B. M. P. C. M.

Soræ obiit XIII Jul. MDCXXIX cum annos vixisset XLIIII & menses V.

NB. *Theologico studio se applicuerat ex voto, qvod in morbo periculosiss. 1623. susceperat: Vide Consultation. ejus de Theol. studio, ubi dolet se tantum temporis impendisse profanis literis. Ob pestem se cum familia Soram contulerat.*

Hic sepultus est Reverendus & Clarissimus Vir

M. CASPARUS BROCHMANNUS

Hafniensis, olim in hoc Regno trium ordine Regum Secretarius fidelissimus, qvi obiit Anno Domini 1562. XI die Novembris, cujus animam non amissam, sed in cœlestia præmissam, congratulemur.

NB. *Epicedion ipsi metricum condidit Daniel Chrysostomus Olai Episcopi Alburg. filius & Ecclesiastes Urbis in Cimbria Heuringanæ, Hafniæ typis Joh. Zimmermanni editum. Ibi dicitur ille* Casp. Brochmannus *natus fuisse Havniæ & studiorum sacrorum gratia abiisse in Germaniam & ibi* Palladiæ *accepisse* nomina docta Deæ.

Hinc Rex JOHANNES *aulæ dignatus honore*
Præclari donis utitur ingenii
Post ejus obitum:
- - - - *varias mundi delatus in oras*
Εὐφροσύνης gratas concumulavit opes.
Roma! tuos vidit mores, qvos sæpe referre
Hunc memini & nugas, sordide Papa, tuas,

Namq; tua totos tres annos vixit in aula
Romanâ & multo clarus honore fuit.

Tunc redire cupiens in Patriam vix ac ægre dimittitur à Pontifice Romano, sed Caspar persistens in patriæ amore inter alia regerit:

Sint licet insigni gratissima Thusca sapore, (sc. Vina)
Cum Danis ptisanam præstat habere meis.

* * *

CRISTIERNUS *Rex suscepit reducem & simul ipsum*
Cancellariæ præficit inde suæ.

* * *

Ergo senectuti Regis clementia cessit
Datq; illi à studiis ocia sera suis.
Pauperibus tum dans operam Verbiq; Ministris
Totus erat sacris deditus officiis.

* * *

Ast ubi fallacis sentiret lubrica mundi
Secula & à priscis jam variata viis,
Ingemuit, satis ah! satis est qvod viximus, o! qvam
Pertæsus vitam demoror ipse meam.

* * *

Bis septem postqvam cum lustris qvattuor annos
Vixerat. Ah! patriæ gloria magna suæ.

Memoriæ & meritis Viri admodum Clarissimi

D.D. THOMÆ JOAN. F. BANGII

Lingvæ Sanctæ XXII. Theologiæ annos IX. in Regia Hafniensi Academia Professoris Publici & Regii Palatii Librarii Præfecti Primi: Qvi iterato Academiæ hujus Rectoratu, qvarto Facultatis Philosophicæ Decanatu, atq; duodecennali Publicæ Bibliothecæ administratione feliciter functus, Anno Chr. MDCLXI. Ætat. suæ LXI inter mortales esse desiit: Cujus Cineres huic Conditorio, Nomen saxo, effigiem tabulæ, famam posteritati commendarunt Vidua relicta Elisa Theodorici F. & sex Liberi superstites Anno MDCLXIV. Justi in perpetuum vivent habentq; in Domino positam mercedem, eorum curam gerente supremo, ideo Regnum præclarum adipiscentur & de Domini manu diadema pulcherrimum. Sapient. V.

NB. *Viro huic Eruditissimo per intervalla mens non constabat. Natus erat Flemlosiæ Fionor. Ao. 1600. 13 Kal. Mart. Pastoris filius, ex descendentibus* Olai Bangii *Medelfardensis* THOMÆ *Cardinalis Strigoniensis, ac Patriarchæ Constantinopol. & Apostol. sed. à lat. Legati Familiaris ac causarum Legationis ejusdem Scribæ & Notarii Publici cui a* LUDOVICO *Rege Hungariæ An. 1517. d. 17 Maji in Arce Regia* Buden *Nobilitatis dignitas confertur, dato diplomate, qvod vide in Resenii Descript. Samsoæ Hafn. 1675. pag. 27. insignia ejus ibidem depicta à duobus Angelis tenentur, Scuto tripartito ramisq; densis conspicua.*

AN-

ANDREÆ LYMVICI

Medicinæ Doctoris & Professoris, qvi excessit è vita Anno Salutis Humanæ MDCIII. die Maji III. cum vixisset Annos LXVII.

Epitaphium.

Pœonia celebris LYMVICUS in arte Magister
ANDREAS, ægris cura salusq; viris:
Qvi potuit varios aliorum tollere morbos,
Jätrica multos qvi bene juvit ope.
Non potuit proprium Medicus depellere morbum,
Proditus insidiis, Parca maligna, tuis.
Occidit in viridi, vitæ satur ipse, senecta,
Et fractum curis Mors violenta tulit.
Cimbria natales huic Patria præbuit ortus,
Ad maris occiduas subsilientis aqvas.
Hic Christum teneris cognoscere cœpit ab annis
Et Latio didicit parvulus ore loqvi.
Ad nostras major factus devenit Athenas,
Hic ubi stant claræ Regia tecta Scholæ.
Præbuit attentas ubi Præceptoribus aures,
Qvos coluit studio, Relligione, fide.
Ingressus Latiam Trojani Antenoris urbem,
Qvæq; natant mediis mœnia vidit aqvis.
Felsina visa huic est urbs, visaq; Roma superba
Et qvicqvid tota claret in Italia.
Doctoris titulum Phœbo Basilea monente
Contulit ad Rheni prætereuntis aqvas.
Tractantem audivit multas Schola publica messes,
Hippocratis libros, Pergaméiq; senis.
Defunctum lugent Pietas, Probitasq; Pudorq;,
Et qvos sæpe sua fovit amicus ope.
Corporis exuviæ tumulo conduntur & ossa,
Spiritus in Christi vivit agitq; sinu.

Amico incomparabili & Collegæ, ob animi integritatem morumq; & singularis doctrinæ elegantiam addictissimo Nicolaus Theophilus Amicus & Collega memoriæ causa dolens faciebat.

NB. *Natus fuit Lymvici Cimbrorum* 1538. *d.* 18 *Octobris. Patre* Mag. JANO ANDREÆ *urbis Lymvicanæ Pastore, qvi adhuc juvenis Monachus Arhusii à* nigris *Monachis ann.* 1521 *Romam missus, dato ipsi* 200 *florenorum stipendio, ut confirmatior rediens Lutheranis se opponeret, in reditu Luthero & Philippo Witteberge auditis, Monasterium revisere noluit, sed se falso fratribus dictis postmodum magno zelo opposuit, ut habet Programma super Andream Lymvicum Ao.* 1603. *Rectore Resenio factum, qvam tamen observationem ignorat Vindingius in Acad. Hafn. Programmata aliàs exscribere solitus. Filium Andream qvod attinet, post itinera per Germaniam, Italiam & Galliam literaria Medicinam hic ab ann.* 1576 *magno applausu docuit. Biblioth. suam instructiss. Academiæ legavit & Æd. D. Virg.* 200 *thaleros. Schedæ Mss. Andr. Lymvici, Historica, ut videtur, complexa, citantur à Cel. Thoma Bartholino Th. Filio in Mss. Biblioth. Acad.*

D. O. S.
Instaurata Astronomia Danica, inventa Cyclometria vera,
CHRISTIANUS LONGOMONTANUS
Professor Mathematum P. sibi liberis & imprimis uxori sic desideratissimæ DOROTHEÆ BARTHOLINÆ hoc monumentum Anno Chr. MDCXXXIIX F. F.

Anagramma
M. Johannis Christophori Græc. Ling. Prof.
M. CHRISTIANUS LONGOMONTANUS CIMBER.
ASTRONOMUS MAGNI VERE ES NUNC INCLITUS ORBIS.

NB. *Filius rustici Langbiergensis (hodie Lomborg) prope Lemovicum, cujus Scholæ (quò, relictis rastris, se receperat) stipendium legavit, quô adhuc studiosus Lemovicensis fruitur.*

In ipso & per ipsum ipsius causa nascendi morimur victuri.
JOHANNES MACHABÆUS ALPINAS
ex Nobili Macalpinorum familia oriundus in Scotia, Religionis causa in exilium actus, hinc vicissim Pseudo-Pontificatum Romanum exegit: Cumq; annis plus minus XV. in hac Academia salutis doctrinam propagasset, & illustriss. Regis Dan. CHRISTIANI III, & omnium bonorum favorem meruisset, in cœlestem Patriam translatus est Anno 1557 Decemb. die 5.

Hunc AGNETA MACHISONA ex generosa stirpe Scotorum prognata, exilii & thalami illius socia, cum 86 Annos ætatis, viduitatis vero 32. innocenter & piè admodum complevisset, ad æternæ vitæ contubernium subsecuta est, Anno 1589. die Febr. 26. In spem futuræ Resurrectionis hoc gratissimi animi monumentum Parentibus suis dulcissimis Christianus Machabæus Alpinas F. F.

Memento Mori!
Viro Reverendo & Clarissimo Dn. Doctori
CUNRADO ASLACO
Bergis Nortvegorum Anno 1569 nato, insigni verò Ecclesiæ damno Hafniæ Anno 1624 denato. S. S. Theologiæ in Academia Hafniensi Professori primario: Marito desideratissimo, sex liberorum parenti optatissimo: cui amorem & obseqvium vivo amplius testari cum non posset mœstissima conjux, BARBARA OLAI F, intemeratum in demortui ossa affectum hoc qvalicunq; monumento testari voluit: invita licet istud Marito præstet officium, qvod sibi à Ma-

à Marito exſolvi unicè optaſſet. Tu qvisqvis hæc legis memor mortalitatis tuæ, æternitatem meditare.

NB. *Nomen ejus vernacul. erat* Koort Axelſøn: *Aslacum prodiga nimis in libris de Triplici cælo Calvinianor. laus interpretatioq; verbor. Geneſ. I. 7.8. de aqvis ſupra-cæleſtibus agentium more Calviniano de aëre duntaxat & nube, tum & occultus cum* OLAO COCCIO *Crypto-Calviniano conſenſus ſuſpectum ab initio fecere Calvinianiſmi. Intercepta etiam Lubini & Davidis Parei ad Aslacum literæ vituperantes qvædam Doct. Joh. Paul. Reſenii dicta, putabaturq; Aslacus, miſſis ad eos literis, hujus vituperii fuiſſe cauſa. Ipſe qvoq; Coldingenſibus in Comitiis rogatus, qvidne contra Reſenium haberet? habere ſe palam affirmavit, ſed cum poſtea Reſenius & ſuam de his, qvæ improbabat, explicuiſſet mentem & ipſum videre debere monuiſſet, ne Neſtorianismi particeps foret, compreſſa & compoſita fuit controverſia. Poſtea non modo diverſis Diſputationibus ſed & opuſculis, inter qvæ ſcriptum de* ELECTIONE *& aliud de* IMMANUELE, *ſe demonſtravit orthodoxum. De morte ejus vide* Niels Michelſens Lægebog.

D.O.M.S.

Hic oſſa qvieſcunt Viri Venerabilis & Reverendi

M. ERICI OLAI TORM,

Qvi mortalitatem, qvam ipſis idib. Septemb. Anno MDCVII. apud Cimbros in terræ Salingorum oppido Torm dicto à piis acceptam parentibus induerat, qvi vitam, qvam poſt peractas in Belgium, Angliam & Gallias peregrinationes, primùm in Academia Hafnienſi Mathematum Prof. P. mox itidem ad ædes D. Virgini Sacras Paſtor primarius & Sochelundenſis Præpoſitus, moribus probus, doctrina vigil, charam Deo, gratam hominibus traduxerat, tandem ex XXVII Annorum Conjugio Anno MDCXL inchoato duorum Filiorum, Filiarumq; totidem parens factus, nom tam annis qvàm meritis gravis, dexteram corporis ſui partem per aliqvot menſes reſolutus exuit, finivit, animamq; cœlo ſexagenariis reddidit Anno MDCLXVII. IV Non. Junii. Da Lector mortuo lachrymas, qvi vivo debuiſti obſeqvia.

Super funere ejusdem TORMII

tale carmen fecit Petr. Nicol. Mehrn.

Non ego ſuſtineo defuncti dicere laudes,
 Nam vetor ingenii debilitate mei.
Barlæum ſatis eſt viventis prodere famam,
 Hoſce olim Juveni cum canit ille modos:
Tormius exemplo eſt, qvem doctæ gratia lingvæ,
 Qvem placidi mores & ſine felle probant:
Talis Arctois Juvenes cum mittis ab oris
 Dania, qvæ fueras Barbara, Phocis eris.
Hoc TORMI elogium leget ætas ſera nepotum,
 Aurea Barlæi dum monumenta leget.

JOHANNES GEORGII FROMMIUS.

Ingentis ſpei Adoleſcens, dum prætextam ponere & foro ſe ſiſtere parat togam ſumturus, primo tyrocinii die lugubri caſu Purpuratus mortis declaratur, ſed mox inter ſupremi fori Candidatos receptus, exactis nondum annis undeviginti, uno gradu omnes honorum laudumq; titulos ſuperavit, obiit Anno CIↃ IↃCLXVI. Calendis Qvint.

NB. *In Codd. Mſſ. de Rebus Hafn. annotatum reperimus: Anno 1666. obiit* JOHANNES FROMMIUS *Georg. Frommii Profeſſ. Havn. filius tum infirmitate naturali tum ictu lapidis impacti, cum in album Studioſor. referendus eſſet. Qvo caſu conſternatus Senatus Acad. ſeverè prohibuit eum pulſandi Candid. Civit. Acad. morem & Bacchanalia novorum Studioſorum abrogavit.*

M. ALBERTI BARTHOLINI CASP. F.

Gymnaſii Friderici-Burgenſis Rectoris emeriti nati Hafniæ MDCXX. & ibidem MDCLXIII piè defuncti cineres hac urna clauſi Glorioſam Reſurrectionem exſpectant.

NB. *Inclaruit ille de Scriptis Danor. Libro Poſthumo à Fratre Th. Barth. edito 1666 cum Præfat. ubi Perſonalia quædam Autoris. Poſtea ſupplementis Joh. Molleri auctus prodiit Hamb. 1699.*

D. O. M. A.

Celebritatis ſplendore & immortali memoriâ Viro longè digniſſimo

Dn. Doct. PETRO SEVERINI

Rip. Ph. ac Med. mira excell. aliarumq; ſcientiarum & virtutum præſtantia omnibus ordinibus ſummè charo, duorum potentiſſ. Regum Dan. Patris & Filii Archiatro, Canon. Roſchildenſi, qvi in ſacello poſtico cum lectiſſ. Conjuge & liberis Sepulchro & Epitaphio honoratur, tabellam hanc perpetui ſui deſiderii teſtem

GR. P. GEC. J. CH.

Occidit heu! toties tua qvi victribus armis,
　　Mors, celeri docuit cedere tela fugæ.
Invicto eſt animo victus mortalia morti
　　Liqvit, & Æthereis haud peritura choris.
Prælia ſic victo victrices dura triumphos
　　Et cœlo atq; ſolo conſtituere decus.
Illic aſtrigenas intervicture cohortes
　　Perpetuum hic vivo nomine, Petre, clues,
Qvæ vita interiit, fuit hæc melioris origo
　　Grataq; ſupremo eſt reddita præda Deo.
　　　　P. An. MDCXV. Menſe Novemb.

ERASMUS BARTHOLINUS

Regius Mathematicus atq; Med. & Math. Prof. Pub. cœlis

in

in terra intentus, ut cœlos, depositis terræ sordibus, possideret, Medicæ & Mathematicæ Artisq; Analyticæ Interpres postremæ analyseos memor sibi & suis monumentum hoc destinavit CIↃ IↃCLXVII.

D. O. M. S.

THOMAS FINCHIUS

Flensb. Philos. & Medicinæ Doctor, Illustriss. Holsatiæ Ducis Philippi Medicus qvondam Aulicus, Academ. postea Hafniensis Mathemat. & Eloqventiæ per XIII. Medicinæ verò LIII. Professor Publ. Facult. Decanus & Senior, Canonicus Roschildensis, Regiæ Stud. Oeconom. LIV. Ann. Præfectus. Dum vixit, Pater, Avus, Abavus, Atavus LXXIX lib. viduitat. XLII. Æt. XCVI. VI Kal. Maji MDCLVI. placidè defunctus ex dormitorio suo gloriosam resurrectionem exspectat.

NB. *Confer. de eo* Illustr. Danor. extra Dan. Gesta ac Vestigia *Cap. 2. de Ital.*

D. M. Sacrum

Hic situs est

M. JACOBUS FINCKIUS

in Acad. Hafn. Physices Professor P. Senior & Emeritus, felicissimi parentis felix æmulator, Vir fide ac virtute antiqva haud facie nova, solida etiam doctrina, ac pari prudentia, gravitate qvidem conspicuus, sed nemini gravis; certe bonis omnibus charus; Jamq; plenus annis, plenus honoribus, qvo anni tempore Deus nascitur ad mortem, hic piè denascitur ad vitam; cumq; illi recens nato carmen genethliacum gloriosè concinunt angeli, huic funerato nenias luctuosè concinunt Musæ: Itaq;, cum veteri hic anno veteribus rejectis exuviis, novum ingressus annum est nullis terminis claudendum; simulq; sub novo illic sole, novi orbis novus incola gaudia æternum fruenda, qvæ moriens Deus pretioso pretio redemit, hic jam à morte vivens gratis occupavit. P. N. M.

Advenæ hic estis, patriam qværite, o fallaces hominum spes. Ne festina Viator, vitæ & viæ meæ modum accipe & abi.

JOHANNES ego PRATENSIS

Philippo patre Gallo Regibus olim ab officiis caro, Arhusiæ Cimbrorum natus fui! Ingenii dotes & morum, qvæ multos mihi pepererunt amicos, formam commendent, si velint amici posteri: mihi vitæ fontem cognovisse &

amasse lucrum fuit. Qvinqvennium in hac Schola Medica & Philosophica proposui: at verò, dum publico fungor docendi munere, non improvisò, sed subitò, morte occupor. Sic debui, sic decuit. Nexus corporeos celeri solutione linqvens qvantum potui langvida lingva dixi Christo Deo, Spiritum ut susciperet, reliqva cor peregit, & indissolubili fœdere æternùm peraget. Si lachrymis, si mœrore, acerbum flecti potuisset fatum, triste hoc tam caræ memoriæ obseqvium incomparabili amico nôn detulisset Petrus Severinus Med. Doct. Vixit annos 32. Mens. 6. dies 3. Obiit An. 1576. Kal. Jun. Hor. 3.

Anno 1560. 6 Cal. Augusti.

Cum ter qvinq; suæ compleral Lustra senectæ,
Doctor CHRISTIERNUS tristia fata tulit.
Vir bonus & Medicæ Doctor celeberrimus artis,
Qvi summo gessit munia digna viro:
Præfuit Hafniacæ Rectorq; Paterq; juventæ,
Profuit & Patriæ gloria prima suæ.
Membra levi nunc hic defuncta teguntur ab urna,
Mens cum cœlicolis illius astra tenet.

NB. *Intelligitur hic* Doct. Christ. Torchilli Morsianus, *ex insula Morsia, ut videtur, oriundus, Literator πολυμαθέστατος, in lingvis, Philosophia ac Medicina ad stuporem exterorum versatissimus, inter primos in Dania bonarum artium post literarum παλιγγενεσίαν Statores deprædicandus. Rector Academiæ fuit ante Sacrorum Reformationem ann. 1522 & 1523. Tum, turbatis per motus bellicos Academiæ rebus, Antverpiam concessit. Ann. 1532 pace parta, in patriam revocatus Academia jam restauratæ Rector primus eligitur, cum jam Medicinæ Doctor & Professor esset. Rectoratum iterum gessit 1546. 1556. Missus Ao. 1520 à Rege* Christ. II. *cum consensu Episcoporum in Germaniam pro Theologiæ & Græcarum literarum Professore Hafniam adducendis,* Andream Bodenstein Carolstadium & Matthiam Gabbelerum Witteberga *adduxit, sed Carolstadius, ubi in convivio errorem suum de cœna Domini aperuisset, dato viatico, remittitur Wittebergam. Juxta Resenium in Inscript. Havn. p. 143.* Tausano *in Pastoratu Nicolaitano Havn. successit Morsianus 1542. De Script. ejus vid. Vind. Acad. Havn.*

D. O. M. S.

Beati mortui, qvi in Domino vivunt, vita enim mortalium spelunca est tenebrarum & lacrymarum charybdis: Hæc qvæsivi, didici & vidi, vobisq;, qvi adhuc in antro suspiratis, qvia extra invidiam sum, gratis communico; sum enim, sed non hic

JOHANNES THOMÆ

Ripensis, qvi annos XII Ecclesiæ huic æternæ vitæ viam, qva & ipse constanter seqvutus sum, demonstravi: Morum & vitæ integritate exemplum pietatis, qvod potui, relinqvi; labore, consiliis, admonitionibus, si non fundamenta collo-

collocavi, latera tamen collabentia paululum ſuſtentavi, cupiensq; clarius contemplari, qvæ hic per animata obſcurè aſpexi, carnis deſideria & vincula reliqvi, in Chriſto vitam, ſcientiam & veritatem inveni. Parentes, ſed turbato naturæ ordine, Uxor, liberi voto mœſti pie ſatisfecere. Vixit Annos XLI. Menſes VI. dies XXIIII. obiit Anno 1573. die XXII Septemb.

NB. *Pater hujus fuit* Thomas Canuti *parœciæ Hygomenſis juxta Ripas Sacerdos, qvi Papismo, in qvo educatus erat, 1520 deſertò, in Lutheri caſtris militans pſalmos varios ſcripſit, reſervatos magnam partem in pſalterio filii* Johannis Thomæi *Havn. primùm edito 1569.*

JOHANNES HOPNERUS

Hafnienſis Andr. F. Johannis clari Mathematici Nep. J. U. Licentiatus, Philologus & Poëta excellens, vitæ integer, liberalitate in adverſo hujus tabulæ latere deſcripta inclytus infra hoc æneum monumentum qvieſcit. Nat. d. VI Maji. Ao. CIↃ IↃCXLII. Denat. d. XXII Jun. Ao. CIↃ IↃCLXXV.

Aliud:

JOHANNES HOPNERUS,

cum nullos ex ſe natos hæredes haberet, & ſi habuiſſet, brevi potuiſſent deficere, pio gratoq; in Deum ac Patriam animo hæredes ſcripſit cum mundo duraturos. Deducto enim cum funeris impenſis ære alieno, bona fide diſſolvendo legavit Regiæ Academiæ Bibliothecam IIM numm. uncial. emptam: Bibliothecæ ordinandæ ac conſervandæ ſortem CIↃCI numm. uncial. Profeſſorum duorum habitationi ædes VM numm. uncial. æſtimatas: Studioſo Philologiæ & Theologiæ ſortem V- numm. uncial. Huic ſacræ ædi ſortem CIↃCC numm. uncial. Studioſis pauperibus ſortem CIↃ numm. uncial. Aliis, qvibus bene voluit, præter ſuppellectilem, ſortem IIC numm. uncial. Egentibus honeſtis, qvos oſtiatim mendicare pudet, & Hafn. ptochotrophio, qvicqvid bonorum ſupereſſet. Qvæ ſic in tabulis Teſtamenti perſcripta, ut omnes ſciant, huic tabulæ in exemplum inſcribi juſſit. Teſtis E. Vindingius. Vos, qvibus bene fecit, beatis manibus penè precamini, & Viri benefici memoriam ſanctè ac perenni laude colite.

Ex Programmate Acad. in exſeqvias Hopnerianas.

Ann. 1662 patriâ exceſſit, viſis in itinere præcipuis Germaniæ Urbibus, rectà tendens Argentoratum, ubi per ſeſqviannum Joannis Boecleri contubernio fruitur, Latinis Grajisq; Muſis & Jurisprudentiæ invigilans, inde perrexit Baſileam. Ao. 1664 Lutetiam venit, ubi integr. biennium inter ſtudia & honeſta corporis exercitia diviſit.

Excursione interim facta, Aurelianos adiit Doctores summos ipsi in Utroq; Jure honores offerentes, sed ille ab ambitione remotissimus sola Licentia contentus esse voluit, qvæ ipsi confertur d. 15 Maji Ao. 1666. Accinctum itineri Italico insperatò monent amicorum literæ, turbari in patria res ejus & nî ocyus advolaverit, magnum fortunæ metuendum detrimentum. Hinc per Flandriam, Brabantiam & Belgium in patriam eodem anno die 23 Octobr. rediit. Literariam ejus industriam testantur Schedæ fato superstites, justis suffecturæ operibus. Plurima congessit magnam Historiæ Patriæ, si publcentur, lucem datura: Poëtarum, Oratorum, Historicorum Græc. pariter ac Latinor. observavit & gemmas & nævos observatosq; in chartas rejecit. Varios qvoq; ingenii lusus reliqvit, qvorum nonnulli publici facti Doctisq; probati. Omnia sua bona pia liberalitate in Acad. templa & pauper. divisit. Vixit in sceceſſu à mundi turbis singulari pietate & literarum ardore. Ob. Havn. d. 20 Jun. 1675.

NB. *Vide Poëmat. ejus in Deliciis Poëtar. Danor. ab Illustriss. Dno.* Frid. Rostgardo *Lugduni Batavor. 1639 editis.*

Feralis loculus

THOMÆ BARTHOLINI Caspari Fil.

Medicinæ per annos XX Professoris & Facultatis Decani ac II Rectoris. Lactei Thoracis in homine ductus & Vasorum Lymphaticorum Inventoris primi. Nati Hafniæ XX Octobr. CIↃ IↃCXVI. Denati CIↃ IↃCLXXX. Et Elisæ Christophori fil. IX liberorum Matris sanctissimæ, nobilissimis Parentibus natæ Hafniæ V Novembr. CIↃ IↃCXXXII. Denatæ CIↃ IↃCLXX conjugum per annos XX felicissimorum.

Pingamus qvanqvam sacrato in marmore formas
Et signent titulos aurea vela novos.
Omnia fluxa tamen, jubeat nisi gratia Christi
Æthereis scribi nomina nostra locis.

Aliud:

Principi ac Instauratori suo inclyto, Gentis Danorum gloriæ, Orbis ac literarum decori, magno Medicinæ incremento.

THOMÆ BARTHOLINO,

qvod infelicibus tot seculorum ac doctarum mentium erroribus ostensis, expurgatis, profligatis (*) victaq; invidi malitia seculi, imperante Regum Optimo Friderico Tertio, Anno seculi decimi septimi LII Vasa Lymphatica, perennes illos Lymphæ vitalis latices seculisq; omnibus ignota ac invisa limpidissimi roris fluenta & alveos, qva per partes humani corporis universas, sinusq; ac recessus intimos decurrit, cœlo congener verumq; ac familiare Nectar, ingenuum corporis nutrimentum, alimenti pars cœlestissima & qvintum qvasi elementum, primus invenerit, osten-

ſtenderit, clariſſimi gloriam inventi, Lauros, Adoreas, Aras, Æternitatem L. M. Q. decernit, offert Anatomia per Chriſtianum Oſtenfeld Med. Doct. & P. P. in Reg. Acad. Hafn.

(*) *Alluditur ad controverſias, qvæ Bartholino intercedebant partim cum* Johanne Riolano *Anatomico Pariſienſi occaſione Lacteorum Thorac. partim cum* Ol. Rudbeckio *Prof. Med. Upſal. inventionem Vaſor. Lymphaticor. ſibi arrogante.*

Aliud:

D. THOMÆ BARTHOLINO m. p.

Vitus Bering.

Et vero hæc apotheoſis eſt, Lector, hic magni BARTHOLINI tumulus, qvem ad laqvearia templi ſub hoc evectum, cum inferre cœlo publica pietas non poſſet, qvod proximum fuit, admovit cœlo. Cæterum multò qvam ære perennius excidit monumentum jam ſibi, qvi Muſarum tutela ingens & Palladium, primus mortalium poſt tergum reliqvit naturam, id eſt, plures ſcripſit libros, qvàm accepit annos magnoq; famæ plauſu & præconio gentium ſupra omne provectus exemplum, Daniam induſtriæ ſuæ, ſed univerſum orbem laudum Theatrum effecit. Qvo nomine ad Archiatri & Profeſſionis Honorariæ decus, vel ut clarius dicas, ſupra omnem honorem evectus, qvæ alii pro officio, is pro gloria effecit, inq; ſeceſſu Hageſtedano, poſtqvam regnare in Academia deſiit, regnare perrexit in ingeniis hominum & uni ſubtractus loco omnium negotia procuravit. Ruperunt tantos impetus infelices, qvod doleas, flammæ, & qvo nullum nè Alexandrinis qvidem ignibus illuſtrius raptum eſt ſpolium, tanti Viri nondum editos labores interciderunt. Cæterum ſtat fama ſupra librorum ruinas, qvæ decus ſuum præoccupavit fatis & perenni illa ac ſepulchri legibus exemta gloria accepit à literis, qvam literis dedit, immortalitatem. Surgite decora per Daniam pectora, qvorum bono ſcripſit tantus literarum Princeps, qvorum erunt tot laborum fructus & commoda: erectum videtis vexillum publicum, ad qvod ſe exigere humana induſtria, ad qvod virtus & doctrina posſit. Vos qvalia futura ſitis, virtutibus oſtendite, BARTHOLINUS oſtendit.

CHRISTIANUS OSTENFELD

J. U. & M. Doctor, poſtqvam, peragrata politiori Europæ parte, in Schola, Academia, Aula animo valens, corpore

æger, diu ſe patriæ impendiſſet pertæſus haud commodæ vitæ mortalitatem, qvali jam annos - - detinebatur, placidè exuit Calendis Septembris Anno MDCLXXI. Oſſa hoc robur claudit, nomen orbis, animam cœlum habet. Famæ æternitatem, cineribus qvietem apprecare, Lector, vale & qvoq; fatum exſpecta.

NB. *Monumentum ejus Patavinum vide in Danorum Illuſtr. extra Daniam Geſt. ac Veſtig. Cap. 2. de Ital.*

In Sacello Rochi
tempore Johannis Regis Daniæ ædificati
Epitaphium, qvod monumento ſuopte ſepulchrali inſcribi
ipſe ERASMUS VINDINGIUS *vivus curavit.*

B. Eugenius Epiſcopus Toletanus Opuſc. XII.

Libet, relictis omnibus, qvæ transeunt,
Deum timere, ſempiterna qværere,
Terrena lucra deputare pulverem,
Orare ſemper atq; flendo dicere:
Abite peſſum vana mundi gaudia,
Opes caducæ, luculenta prædia,
Faſces, honores, blandimenta noxia,
Jam finis inſtat & ruina proxima,
Jam mors cruenta noſtra pulſat limina.

Hic ſitus ſum, qvi nihil ſum, ſi qvid, dum vivebam, fui, fui id aliorum opinione magis, qvam mea, ero aliqvid, qvando cum Deo immortalis ero.

ERASMUS PAULI VINDINGIUS

natus anno 1615 d. 19 Martii vivere in terra deſii ann. 1684 die 4 Septembr. ut in cœlo ſine annorum, menſium & dierum menſura vivam.

Aliud:

Aſpicis, Lector, ſuſpenſos prope tholum funerales capulos & imaginem ac honorem mortis ſupra mortem ipſam attolli. Ita condi

ERASMUS VINDINGIUS

voluit, ingens illud integritatis non hominis nomen, qvi mortis elementa jam inde ab infantia doctus, qvotidie ſe animadvertit rapi ad tumulum, nunqvam reformidavit. Et vero nunqvam defuere, qvæ fidentem facerent rectæ vitæ propoſitum & in eo perſeverandi conſtantia, qvibus poſt obitas cultioris Europæ terras, ita peregrina vidit regna, ut illuſtraret ſuum interq; ampliſſimas domi procurationes haud unam provinciam nactus, in Supremo tandem dicundi juris Senatu ſummum faſtigium privati hominis impleret. In qvo pleno dignitatis munere, non pars tan-

tantum justitiæ, sed publicum os & lingva, præire verba, excutere ingenia causarum usq; ad miraculum gnarus, auxit pietate & eloqvio munus, qvod incrementum ex magnitudine non habebat. Et verò dedere tantæ functioni non leve pretium excussæ à fundamentis patriæ leges, qvas jussu Regio inter Tribonianos seculi sui allectus ab abditis salebrarum anfractibus & imis elementis refecit, qvodq; gloriosissimum est, nondum proditas prælo, expressit semper moribus, perpetua lex ipse, perpetua virtutum imago, qvi vitia in aliis qvam in se libentius excusans veritatemq; nullius gratia professus, timore nullo priscorum Danorum, qvantacunq; fuit per orbem, gloriam superfusa nova luce illustravit. Meretur his in sacris ædibus locum, qvi universas tot per annos conservavit Templi Tutor & Dei Templum. Monumentum hoc dum viveret fidei & post fata monumentum integritatis in hoc templo futurus. Qvorum cum geminum videas, Lector, alterum Tumulum crede, alterum Trophæum, qvorum alterum struxit ipse sibi, alterum publica veneratio & omnium nomine.

Vitus Beringius.

Aliud:

Qvid Funeris ambitus iste,
Et Honor datus Ossibus orbis?
Qvid Concamerata Sepulchra,
Et pervia Lumini & Auris?
Qvid Janua, qvid Simulacra
Vivos imitantia Vultus?
Incisaq; carmine saxa
Et sparsa Virentibus Herbis?
Nisi qvod Revirescere tabo
Dilapsa Cadavera certum:
Et reddere Corpora Luci
Adaperta Sepulcra necesse est.
Qvo mox Rediviva receptis
Animis rapiantur in Auras,
Superaq; in sede locata
Referant de Morte Triumphum.

D. PETRUS RESENIUS Johannis Filius

Johannis Pauli Nepos post peragrata viridioribus annis nobiliora Europæ regna Hispaniam, Italiam, Gallias cum inferiore & superiore Germania redux in patriam fas commune & sanctiones publicas professus est in Lyceo, & administravit in urbe: raróq; in Danis, sed non primo, exemplo Professor & Consul, ita juris sibi adscripsit titulos, ut facto exerceret. Supra qvæ munia Regio mandato as-

ſidere in ſupremo dictandi juris Senatu & Tribunali juſſus, nullo in Republica gerenda faſtidio, negotiorum nullo bonum unqvam ſuum diſtinxit à publico nudaq; fide & nil obtendente moribus, avito gentis ſymbolo talem ſe exhibuit civibus, qvalem ſibi optavit Deum. Uxorem duxit Annam Meyeram Holſatam, cum qva pro ſtirpe & poſteris amorem Tibi legavit, Patria, & hoc, qvod cernis, lapidis, qvod unum ex mundo aufert ſibi: Si qvid ſupra hunc erit, dabit fama, aut, ſi hæc ceſſet Deus.

Qvisqvis Avum Patremq; legis, nunc cerne Nepotem,
Et da candidius, ſi potes, orbe genus.

Naſcimur impares, pares morimur: Cinis æqvat omnes: Nulli præcluſa eſt virtus: omnibus patet: non qværit cenſum: ſed nudo homine contenta eſt.

V. Beringius.

Jo! Fama, reſolve ora, &, poſtqvam ſiluerit

BERINGIUS,

tu loqvere: Redde tanto Præconi vices, & poſtqvam ceſſarit ille, repone tuas, qvi, Vox, dum viveret, & Eloqvium ſeculi ſui, è media Cimbria eductus provexit Muſas, & qvicqvid Bolus vel Alaricus in Romanam diruendo peccarunt eloqventiam, redonavit orbi. Viburgo Cimbrorum orta hæc virtus circumtulit per longiſſimas peregrinationes juventutem & nota ſummis per orbem ingeniis ac par maximis, poſt geminam in utraq; Patriæ Academia functionem adlecta eſt aulæ, inq; ærario Aſſeſſoriam, qvam vocant, dignitatem, mox in ſupremo dicundi juris Tribunali ſupremum togatæ felicitatis ſplendorem nactus, læta animi ſublimitate in exemplum omnis ævi ſuffecturus. Inter qvas functiones adjecit, qvod rarum, aperto eloqvio carminis adſtricti gratiam, qvâ ita peregrinas per orbem Poteſtates, hinc Cæſaream, inde Galliarum Regem permulſit, ut alter juveni & adhuc peregrinanti Palatinos offerret honores, alter pretium illud, qvod magnis per orbem ingeniis novo ſed illuſtri invento Galliarum munificentia decernit. Et verò poſt hos honores ſilet demum beata lingva, & illas in ore gratias ſurripit orbi, hocq; monumento conditur, qvi ubiq; etiam in patria hiſtoria viva exhibet monumenta, & faſtigia functionum vitæ ſanctitate adæqvavit.

Ali-

Aliud:

VITUS BERINGIUS

hic beatam exſpectat ἀνάστασιν. Patria illi Cimbria, Parens Viburgenſis Conſul, ingenium ardens, amœnum & ad ſumma natum, qvo etiam meruit à ſummis Europæ Principibus, Romano Imperatore, Danorum, Gallorum Svecorumq; Auguſtis prolixè amari. Poſt oſtentatam exteris lucem ſuam in patrio Lyceo primùm Poëſeos conſtituitur Profeſſor, hinc in Sorano hiſtoriarum. Tandem Hiſtoricus Regius, & poſtea ſimul Ærarii ſummiq; juſtitiæ fori Aſſeſſor, par officiis, à ſeculi labe immunis. Duplex ei conjugium, utrumq; prole felix. Opera ſeculum omne intrabunt, anima cœlos habitat, qvam Deo ſuo reddidit XX Maji Anno MDCLXXV. nondum plenè ſexagenarius.

Qvicqvid ex æterno naturæ reſcripto communem mortalitatis ſententiam deprecari non potuit, poſt longam cum interno hoſte luctam & dolores humana ferè conſtantia majores in melioris vitæ exſpectationem & deſideratæ qvietis fructum hoc in loculo reliqvit Vir incomparabilis

OLAUS BORRICHIUS

Sacr. Reg. Majeſt. Conſiliarius Cancellariæ, Aſſeſſor in Supremo Tribunali juſtitiæ & Colleg. Conſiſtoriali, Medicinæ & Philologiæ Profeſſor. Cætera orbi tradidit immortalem nominis ſui memoriam & famam cum æternitate certaturam. Vixit cœlebs, ſed ex Muſarum filiis tot adoptavit liberos, qvot in *Collegio à ſe piè fundato* pietatis & virtutis exercitiis tanto Parente dignos ſe oſtenderint. Natus eſt Ann. MDCXXVI die ſeptimo Aprilis. Denatus Anno MDCXC. Qvieſcat in pace.

Piæ memoriæ Plurimùm Venerabilis, Nobiliſſimi & Ampliſſimi

Mag. JOHANNIS ADOLPHI BORNEMANNI

ad Templum hoc, qvod Divæ Genitrici ſacrum, Paſtoris Primarii & Nomarchiæ Sochelundenſis Præpoſiti, qvi virtutum omnium Poſſeſſor feliciſſimus hauſtum domi ingenii cultum eumq; in Belgio, Anglia, Gallia, Italia, Germania auctum Patriæ ſuæ impendere glorioſum ducens primos informandæ juventuti labores in Schola Coagienſi impendit; hinc in Cathedra Arcis Regiæ Hafnienſis, tandem in pulpitis Ædis hujus ſacris, voluntatis Divinæ Interpres

pres Religiosus extitit & pietatis incredibili fervore, vitæ integritate verum Dei Sacerdotem, facundia inexhausta Oratorem disertum, pectore niveo orbis Delicium se exhibuit. Hæc marmora, hos titulos Conjux mœstissima Elisa Catharina Bartholina Thom. fil. qvæ cum Marito charissimo Annis XIV vixerat, cum duobus filiis Philippo Julio & Thoma Bornemannis pos. Natus Ao. MDCXLIII. Desiit esse Ao. MDCXCVIII. Vivet cum æternitate.

Epitaphium M. MARTINI REENBERGII *lapidi nigro orientali Marianæ ædis parti inserto auratâ literatura inscriptum.*

Hic situs est

M. MARTINUS REENBERG

Cimb. Past. Æd. D. V. Præp. Diœc. & Socch., Christum lucratus, nemini qvid credidit, debuit reliqvit, LXXVI ferè an. moriens mundum, momento mortem, vicit. A. Æ. C. MDCCXXXVI. D. XXIII Febr.

In media fere templi parte supra sepulchrum ANDREÆ BYRGERI NYEGAARD *in mediis conflagrantis haud ita pridem Sacræ hujus Ædis ruinis, qvod mireris, prorsus illibatum, istiusmodi Inscriptionem Ao. 1735. posuere heredes*

Da hver en Grav blev ødelagt,
Og manges Been opbrændte, } 1728 den 21 Octobr.
Holdt GUd paa mine Beene Vagt,
At intet ondt dem hændte.
Til Tegn i Tiden det skal staae
Iblandt GUds Vunderverker,
At hand derfor kand Ære faae,
Naar Folk min Tavle mærker.

Inscriptio Baptisterii.

Deo & pietati S.

Rectore Acad. Magnif. Claudio Plumio J. U. D. Joh. Resenio S. Thc. Doct. & Episcopo, Templi Procuratore M. Joh. Alano Anno MDCXXII erectum.

Inscriptio Campanæ
Kongens Klokke *appellatæ*

Kong Frederich den Anden gaf Borgemester og Raad
her i Kiøbenhafn denne Klokke.
Kongens Klokke er mit Navn
Kongen til Ære og Byen til Gaven.
Anno 1581.

Campanam hanc sub Frid. I. Anno CIↃ IↃXXVII primùm fusam

fusam & Anno CIƆ IƆLXXXI. in pios usus à FRIDERICO SECUNDO donatam, post fatalem pulsum Anno CIƆ IƆCXLVI. fundi denuo & turri suæ templi Academici qvarta parte auctiorem restitui curavit Rex Daniæ Augustissimus CHRISTIANUS IV.

Inscriptio Portæ Septentrionalis ante incendium novissimum.

Anno Dni. MCCCXVI. reedificatur ista Ecclesia prius qvater per incendium devastata.

Super Januam Bibliothecæ Franciscanæ, qvam Franciscus Willbelmi F. Telonarius & Canonicus Lundensis Studiosis Hafniensibus dedit.

FRANCISCI WILHELMI
Canonici Lundensis & Regii Telonarii in Arce Hafniensi, instructissimæ hujus Bibliothecæ fundatoris, Viri optimi & ornatissimi in Domino mortui An. 1573. die Martii XXII.

Epitaphium.

Hic pietas, hoc prisca fides, hoc inclyta virtus
Subjecto recubant, marcida facta, solo.
Num terræ repetant tales penetralia dotes?
Per qvas ad cœlum dicitur esse via:
Scilicet hi tecti cineres & putre cadaver,
Virtutum sedes & pietatis erant.
Nam, Francisce, tuæ complesti munera vitæ
Publica: privatæ qvæq; fuere domus:
Ut tua perstiterit semper mens conscia recti,
Famaq; sit nullis contaminata notis:
Nomen at æternum meruit tibi publica facta
A te doctorum Bibliotheca virûm.
Cujus ut est longus meriti septuplicis usus:
Sic tua per cunctos laus erit aucta dies.
Spiritus Astrifero dudum vestitus amictu
Splendit & est nivei pars speciosa Chori.
Interea manes Thecam hanc servare librorum
Vos voluit vigiles hoc superesse loco.

Amico & collegæ viro opt. & conjunctiss. memor. grat. ergo
CHRISTIANUS MACHAB. Alpinas.



In Templo Sacrorum Hospitum
vulgò Spiritus Sancti.

Ao. 1544. die 1 Maji mortuus est & in æde Spiritus Sancti sepultus

JOACHIMUS RöNNOV

Selandiæ qvondam Episcopus.

Vid. Magni Matthiæ *Epi. Lundensis Series Reg. Dan. Mss. in 4to. in Bibl. Reg.*

Dn. ERICO MONRADO

Primùm Ecclesiæ Medelfardensis in Fionia perqvam fideli & religioso Pastori, deinde hujus sacræ Ædis primario Ecclesiastæ, tandem Ripensis diœcesis Episcopo & S. S. Theologiæ Doctori nato MDCVII. Die Pentecostes, denato v. MDCL. die XXVI Julii, dilecto Marito Hoc æterni amoris & fidei conjugalis monumentum Conjux MARGARETA Jo. BANGIA Mœstissima posuit.

Monradi virtus superest, mens dia recepta
Cœlo, qvod terræ est hæc cava tumba capit.



Ex ordine Nobilium.

OTTO BRAHE Axelsen

til Elwild, efter mange Aars Studering og Forsogelse i Tydskland, Italien, Franckerig, Hispanien, Engeland, Rydsland, Nederlandet, och Tieniste her i Kong Christians den 4 Gaard, i Nederland for Capitein, hos Churforsten af Brandenburg for General Overstis Lieutenant, gaff sig ind til vor naadige Konge i den Svenske Feide; der Calmar vaar vunden, blef hand skudt med denne hos hengende Kule paa Bæorie, som hand effter Kongens Befalning giorde den 31 Maji Anno 1611, oc saa Mandelig endte sit Liff for Kongl. Mayst. oc sit Federne Rige, etc. i hans Alders 32 Aar. Hans Welb. Foreldre Axel Brahe til Elwild Danmarckis Rigis Raad oc Fru Kiersten Hardenberg loed hannem, som her blef nedsat den 19 Junii, dette Monument til en loslig Afmindelse opsette oc hans Liig til hans Fæderne Graf til Elwild henfore Anno 1611.

Pietas in fine coronat.

Her neden for hviler Erlig oc Welbyrdig Mand

KNUD URNE

til Aasmarck, som vaar Erlig oc Welbyrdig Sal. Axel Urnes oc Sal. Fru Birgete Ruds Son til Soegaard i Fyen, fod i Roskilde Anno 1564 den 26 Novem. oc dode i Kiobenhaffn den 7 Febr. Anno 1622. med sin kiere Frue Erl. oc Welb.

Fru MARGRETA GRUBBE,

som vaar Erlig oc Welb. Salig Eiler Grubbis oc Salig Fru Else Biorens Daatters Daatter til Lystrup, fod paa Liustrup den 29 Septemb. Anno 1568. lefde med hannem 35 Aar oc fodde hannem 8 Sonner oc 6 Dottre oc dode Anno 16 - - Deres Siel GUD hafve.

Aar efter GUds Byrd 1566. then 30 Dag October efter Middag ved 4 Slet paa Atzerenmarck eller Atzeragger Hede imod de Svenske bleff skut Erlig oc Velb. Mand

LAUGE BROCH

til Wemmetofft, oc kallede GUD hannem udi Halmsted oc bleff begrafven her i Kiobenhaffn i Hellig Geistes Kirke, GUD giffve hannem en glædelig Opstandelse, oc lod hand effter sig, mig hans bedroffvede Hustru MARGRETE BILLE med tho voris Sonner, GUD unde os saa at leffve her at vi udi Glæden maae findes, Amen.

Her ESKE BILDES

Fæderne oc Moderne Wobn, Peder Bildis Son aff Svanholm Danmarkis Rigis Hofmester, som her begraffven er, oc dode her i Kiobenhaffn Aar effter GUds Biurd MDLII. den XI Dag Februarii.

Hic situs est Nobilissimus Amplissimusq; Vir

JOHANNES NANSENIUS

Reg. Maj. Consiliarius, Colleg. Status Assessor, Consul Civitatis Hafniensis & PRIMUS PRÆSES, qvi natalibus suis, qvamvis per se claris, lucem fœneravit. Ad summam Reip. Hafniensis Gubernationem electus Præses ingens certe Præsidium Urbi attulit ac incrementum, Consul præclare omnino communi emolumento, qvàm maximè verò Conscientiæ, consuluit. Deniq; nè Curia causarum vel publici boni incuriæ indormiret, in eo semper curæ ipsius feliciter evigilarunt. Jam obsessa urbe req; inclinata ac Fortuna, Ipse neqvaqvam fractus, prostratos plurium animos erexit confirmavitqve; Imo verò Maximo Regi FRIDERICO TERTIO in vindicanda, extollenda, stabiliendàq; Majestate incredibili solertia ac dexteritate egregiam sanè & incorruptam præstitit fidem. Ad summam in omni Regimine, omni rerum administratione, expressa reliqvit fidei prudentiæ integritatis ac Moderationis ubiq; vestigia. Tandem verò Morbo senióq; affectus cum ipsos 69 Annos summa cum laude confecisset plenus Fidei ac Spei Christianæ placidissimam vitæ fecit Clausulam. Anno recuperatæ Gratiæ MDCLXVII. D 12 Nov. Vos Viduæ, vos orphani, qvem amisistis tam Benignum, tam beneficum, Tutorem lugete.

P. N. MEHRN.


Hic Nansenius obiit postqvam Annos 69, diebus 16 minus, mortalibus interfuisset, 40 Annos Maritus, Pater libe-

rorum 9. Avus 10. Senator Ann. 5. Conſul A. 16. Conſiliarius Regius, in Collegio Status Aſſeſſor & urbis Præſes Ann. 7.

Illuſtrium omnis & ſui ævi animarum grande Exemplum

Dna CATHARINA NANSEN

qvæ nupta Domino PETRO GRIFFENFELDIO de Griffenfeld, Eqviti Aurato, Sacr. Reg. Majeſtati à conſiliis intimis, primario ac intimo Status & Supremi Tribunalis Aſſeſſori, exacta per omnes virtutes ætate, brevem vitam ann. XVI, brevius matrimonium ann. I. menſes VI. dierum XVI, breviſſimum mariti uniusq;, qvam peperit, filiæ gaudium, & cum his omnibus mortalitatem celeri oppreſſa fato abſolvit. Jam poſt depoſitas exuvias ſui parte cœlitibus adſcripta huic receptaculo corpus, famam patriæ, æternum deſiderium marito, filiæ virtutum ideam, omnibus exemplum reliqvit. Benè ſit animæ ſanctæ & innocenti! Nata eſt anno MDCLVI. die 1 Martii, obiit MDCLXXII. die I menſis Maji & à puerperio XVII.



NICOLAO FOÊRAT

Chilonio, Civi Hafnienſi, Viro pietate, eruditione & multiplici rerum uſu experientia claro, qvi ſtatim à repurgata Evangelii doctrina fidelis Bibliopolæ offiicio fungens *monumenta veræ & ſinceræ doctrinæ primus in has terras intulit*, ac tandem vitæ curſu piè placideq; peracto ex hac miſeriarum valle in cœleſtem patriam migravit Anno Dni. 1584 Die 27 April cum vixiſſet Annos 72 Menſes 5. Marito ac Patri deſideratiſſ. uxor & liberi cum lacrymis F. F.

Ita Res ſunt mortalium, cum florent, maximè deſinunt, nec novit orbis qvidqvam in ſe magis conſtans, qvam inconſtantiam, qvod ſi qvis dubitet, buſtum reſpiciat civis hujus noſtri, cives inter optimos ſuo Jure numerandi

JOHANNIS MANDIXZONII,

qvem non ita dudum felicem terra coluit, jam mortuum contegit, fuit hic UNDEVIGINTI filiorum Parens, & ad viceſimam ſobolem procreandam non tam elanguit Natura, qvàm non voluit, qvod noluit ipſe numerum parem reddere, qvia numero Deus impare gaudet; Lugent hunc omnes, qvi ſalem habent, qvia ſales didicerat, doctus lenire aliorum Ægritudines, ſuam ſolari Senectutem, lugere diſcunt,

ſcunt, qvi Lacrimas dedidicere, Martis alumni, & qvis non lugeat morti futurus victima, immò vero ipſa Themis vitam redimeret, reducem faceret integritas. Tu itaq;, qvi vel Themidem colis, vel integritatem ſectaris, ſparge tumulo Cupreſſum, nec tempera lacrimas. Obiit 1663.

Hic ſepultus eſt humaniſſimus

PETRUS JACOBI

C. Hafn. qvi injuſte & crudeliter oppreſſus Chriſto Servatori Spiritum ſuum reddidit 1564. die April. & honeſtiſſima Anna Olai F. Qvæ piè obiit Anno 15- -die. - -

In ſubſelliis Chori viſebatur olim perantiqva illa inſcriptio.

Anno milleno CDLX, noveno
Regni Danorum Christiano ſceptra tenente,
Ac diſponente Roſchildenſemq; regente
Eccleſiam gnavo Martino Præsule Olavo (ɔ: Olavo Martini)
Hæc domus in laudem moderatur - - -
- - - - - - - -
Auguſtine pie, Paulo par ſic & Heliæ,
Nos tecum pone, finito mortis agone.
Sub Præceptore Petro Plow laudis honore
Concrepat æterni Numinis iſte Chorus.


NB. *Hinc colligitur templum iſtud extructum nominato anno 1469.*

In ſphæra ænea de apice majoris turris, dum reſarciretur, anno 1671 ſublata reperiebant laminam æneam deauratam, in cujus altera facie hæc legebantur:

Anno Chriſtianæ Epochæ CIƆ IƆCXIV ab inauguratione Christiani Qvarti decimo, Paſtore Eccleſiæ hujus Jona Jacobi Venuſino, Ædilibus verò Severino Andreæ & Henrico Rogentino menſe Qvinctili ſumma manus huic operi impoſita eſt.

Cum vero reſtaurato jam apici ſua redderetur ſphæra, ſphæræ viciſſim ſua reddita eſt lamina in cujus altera facie, ante vacua, ſeqvens ponebatur inſcriptio.

Nè moles turris, qvæ LXXVII annos ſteterat, ædificio templi noceret, cacumine ablato, hic globus cum corona repoſitus Anno Chriſt. MDCLXXI. Feſto Omnium Sanctorum. Regnorum Christiani Qvinti ſecundo, ætatis XXV, à nato Principe Friderico menſe ſecundo, Pro-Rege Norvegiæ Uldarico Friderico Gyldenlöv, Paſtoribus Eſaia Fleiſcher & Georgio Nicolai, Ædilibus Bartholomæo Johannis & Jacobo Nicolai.



In Templo Nicolaitano.

Ex Ordine Nobilium.

Adſta Viator & lege Epitaphium D. & M. S. Hic ſitus eſt Heros omni laude, omni invidia major, qvis fuerit, qvid ſpectarit, qvo aſpirarit, ipſe etiam tum mortalis, veritate imperante, ſic ediſſeruit:

Regi fidus, amo, Muſas, ſum Gloria Regni,
Hic ſpero Vitam vita actus Deo æternam.
Ne hæreas, viator, transpone Elementa
Et exibit nomen

JOACHIMUS GERSDORFIUS

primum Aulæ, cætero totius Daniæ Magnus Magiſter.

Elogium iſtud Anagrammaticum Summi Herois ſummis Meritis ac immortali Memoriæ Conſecrabat interpres Petrus Nicol. Mehrnerus Acad. Hafn. Vice-Bibliothecarius Anno recuperatæ Gratiæ MDCLXI. Abi Viator, & Memento Mori, nè Moriare.

Aliud:

In luctuoſiſſimum obitum Perilluſtris & beati Herois

Dni JOACHIMI GERSTORFII

Summi Danorum Regis Miniſtri, Sapientiſſimi Prudentiæ Antiſtitis, Eruditorum omnium Patroni incomparabilis, deniq; omnium Heroicarum virtutum imaginis conſummatiſſimæ, qvem Deus poſt multa Divina & immortalia facta XII Kal. Maji Anni MDCLXI, ne qvicqvam mortale faceret, cœlo vendicavit l. m. q; p. Janus Johannis Burchardius.

Elegia.

Lux Patriæ, GERSTORF, Borealis gloria mundi
Ivit ad Heroas, qvos ſuperavit avos.
Ite ſimul lacrimæ! (nec enim moror) ite. Sed oro
Tantum nè miſeræ claudite vocis iter.
O! liceat qverulos verbis animare dolores.
Et ſaltem Arctous dicere Phœbus abeſt!
Ecce negant, tamen ecce negant, lacrimæq; rebelles
Indomita pergunt, præcipitantq; via.
Visne! (ô Dive!) igitur te noſtra ſilentia dicant?
Vis fleat aſſiduo murmure mutus amor?
Flebit & urna ſuos ſemper bibet humida rores,
Et fidas ſemper ſemper habebit aqvas.
Interea, qvicunq; eſtis, ne credite mirum,
Si veræ lacrimæ non didicere loqvi.

Her under ligger Erlig og Welbyrdig Salig
FRIDERICH SKACH,
som vaar den Hoy-Edle oc Welbiurdig Her Hans Skach til Mogeltynder oc Gram, Ridder, Hans Kongl. Mayest. Felt-Herre, Rigens Raad, Præsident udi Krigs-Collegio, Assessor udi Collegio Status, Oberst til Hest oc Foeds, Amptmand paa Riberhuus Ampt, saa ocsaa den Hoy-Edle og Hoybaarne Frue Frue ANNE SKACH, fod udaf den Adelige Stamme der Blommer til Begeneven oc Kaltenhoff udi Forstendom Sles-vig-Holsten, deris Son, som er fod i Kiobinghaffn Aar effter Christi Fodsel 1663 den 26 Decemb. om Morgenen mellem 5 oc 6. Dode den 10 Julii 1665 om Afftenen mellem 4 oc 5. GUD giffve hannem med alle fromme Christne en glædelig Op-standelse paa den yderste Dommedag.

Hic deposuit, qvod caducum & mortale habuit
NICOLAUS ROSENKRANTZ
Stougardiæ, Holbecigardiæ & Alstedii Dominus Hæreditarius, Eqves Auratus, Sacr. Reg. Majestatis Daniæ & Norvegiæ Legatus in Exercitu Generalis Prætoriæ Legionis pedestris Tribunus, Assessor in Collegio militari & Metropolitanæ hujus urbis Præfectus bellicus, Vir longo utrinq; avorum & atavorum sangvine clarus, sed propria virtute & fortitudine apud Belgas, Hispanos, Gallos clarior, in patriæ necessitatibus longè clarissimus; spectatus in obsidione Hafniensi, expeditione Pomeranica, expugnatione Wismariensi, exscensu in terram Scanicam, alibi, fortis, fidus, salutaris, consilio acer, manu strenuus, opere infatigabilis, in toga placidus sine recessu, sine palpo, officiosus, expers - - -, rectus sine proprii emolumenti intuitu, ardens, interritus, circumspectus. Ad summam, boni Civis, consummati Ducis & Deo Patriæq; devoti exemplar, qvi in obsidione Helsingburgensi adverso vulnere gloriosè occubuit. Posteri memoriâ summi Viri colunto virtutem.

In Sarcophago.

Her hviler den brave og vidtberomte tappre Helt, den Hoyædle og Welbaarne Herre
Hr. NIELS ROSENKRANTZ
til Stougaard, Holbeckgaard og Alsted, Ridder, Hans Kongl. Mayts. til Dannemark og Norge Hoytbetroede General-Lieutenant, Oberste over Hoystbemeldte Kongl. Liv-Guarde til Fods, Assessor i Krigs-Collegio og Commendant i den

Kongl. Residentz-Stad Kiobenhavn, hvis Fader var den Hoyædle og Velbaarn Palle Rosenkrantz til Orup, Kongl. Majests. fordum Befalings-Mand paa Lundenes, hans Moder den Hoyædle og Velbaarne Frue Ingeborg Krabbe til Weslefgaard, fod paa hans Fæderne Gaard Orup i Skaane Ao. 1627 den 31 Martii. Den Sl. Herre haver med berommelig Viisdom og stoer Erfarenhed i mangfoldige heroiske Actioner troligen tient sin Konge og Fæderne-Landet, saa hans Ihukommelse og udodelige Eftermæle hos Indlændiske og Udlændiske hoytforskyldt efterbliver for sine Martialske Bedriffter, hand i Nederlandene under Printzen af Oranien udi Kongens af Frankerig og Kongens af Spanien og sidst tvende af hans egne Herrers og Kongers af Dannemark deres Tienneste med storste Fornoyelse og priisværdig Efftersagn altid haver ladet see. I hvilken hoy-anseelig og vel-meriteret Charge og Dignitet hand som en kiæk og velforsogt Krigs-Helt haver continueret, indtil hand den -- Julii udi denne itzige allernaadigste Herres og Konges Kong Christian den Femtes personlige Beleyring for Helsingborg Slot for sin Fiende blev nedlagt i hans Alders 49 Aar, 3 Maaneder, 3 Dage. Siælen er i GUds Giemme, Æren, som fuldte hannem til Doden, bliver hos hannem i Graven. GUd give ham med alle troe Christne den ævige Ærens Krone.

In Sacello Sacerdotali.

Her under hviler den Hoyædle og Velbaarne Herre

Hr. JOHAN RANTZOV

til Bramminge og Frydendall, Ridder, fordum Hans Kongl. Majests. General-Lieutenant ved de Danske Trouppper i Flandern, som var Frantz Rantzov til Estvadgaard og Fru Lisebeth Rosenkrantz af Krenkerup deres Son, fod paa Estvadgaard i Jylland Ao. 1650. Kommen i Ægteskab Ao. 1678 med Fru Catharina Barbara Friis, Hans Friis til Clausholm og Fru Helvig Marsvins Daatter, som dode efter et kort Ægteskab. Siden Ao. 1680 med Fr. Sophia Amalia Friis, Hr. Christian Friis til Kragerup, Ridder og Fr. Ollegaard Gyldenstierns Daatter og levede tilsammen i 16 Aar. Bleve imidlertiid velsignede med 3 Sonner og 2 Dottre, hvoraf med Berommelse er i Live Christian Rantzov til Bramminge, General-Major af Cavalleriet, Fru Christina Barbara Rantzov og Fru Christentze Rantzov. Hand er salig i HErren hensovet til Bruxelle i Flanderen Ao. 1708. Alders 58 Aar.

Lad

Lad dette Kiste-Log kun lukke for og giemme
Den Ridderlige Siæls Hr. JOHAN RANTZOVS Been,
Hans Tapperhed og Dyd skal Verden dog ey glemme,
Mens Dannemark har Vand og Norges Fielde Steen.

In Marmore.

Stat lidet og besee her Taanden af det Lius, som blev slukket, at det skulde skinne, Formørkelse af den Soel, der gik ned for at oprinde, og dalede her neden for i en redelig Dansk Mands

HANS ROSENCREUTZES

Urna qvas capit exuvias folo debitas, alma mater delicias, cœlum fovet depofitum ftirpis, gentis, Ecclefiæ, Decus, Defiderium, Sydus S. S. Theolog. Doctorem infignem magni nominis Virum

Doct. HENRICUM DüRKOP

proximæ ædis D. Petro facræ Paftor Primar. fexagenario majorem, qvippe 1671 natum, 1731 denatum. Cajum connubio aufpicatiffimo térq; qvatérq; beatum. Cajis radios antiqvæ ceræ, pietatis ac virtutum fpargentibus lunarium ad inftar Dna Elifabetha Leopoldin, Dna Catharina Ritter, Dna Catharina Lucia Reiken, Dna Dorothea Langersken, Parentem prole utriusq; fexus fœcundum, qvaternione decada abfolvente mafculo: Legens, Lugens Viator fta! Lugens gnatum ingeniorum fertilis Lubeca, vigilantis per annos XI Paftoris nunqvam oblitura; plangit cofta mariti faucia, thori cœlibis cuftos, deflet unicus filius bigis

foro-

ſororum ſtipatus tenellis, congemit Prophetarum ſchola etiam raptum; - - - - - - Abi, Viator, cineres tantos oſculatus.

In Sacello ſepulchrali Monnment. marmoreum.

D. O. M. S.

Sacri fori Princeps, Oratorum Diſertiſſimus

D. JOHANNES LASSENIUS

in Pomerania clariſſimo loco natus, accepto in patria bonarum artium cultu, in exteris elegantioris vitæ paratu, ſcientias & humanitatem, pietatem & Numinis cultum diu in Holſatia feliciter docuit fidus Magiſter, Religioſus Antiſtes, Venerabilis Præpoſitus. In metropolitana hac urbe ſacram hanc Ædem voce animavit, Academiam conſiliis rexit. Vivus profuiſſet omnibus, ſi potuiſſet, ſed membra fractus malè habitavit, donec diu exercitum corpus pertæſus terreni ponderls ultro excuſſit animus. Dicto Maritæ & Cathedræ liberis & libris poſtremo vale. Interim bis Conjux, qvinqvies parens, nunc cœlo aſſertus. Exuvias magnæ & deſideratiſſimæ animæ anguſto ſarcophago per nobiliſſimam Dominam Jeſiam Wildeniam Conjugum Secundam & ſuperſtites hæredes paſſus eſt condi. Vixit annos LVI menſes ſex, dies ſex. Mortuus MDCXCII die Aug. XIX. Circumvolat fama, maximi ingenii relicta ſpolia, qvæ cœlo ut aſtrum lucens, inſcia finis, ignara periodi, in omnium animis colitur. Utriq; eqvidem Germaniæ & univerſo orbi literario ſummum jacturæ & doloris, ſed ſoli Daniæ immortalis deſiderii triſtiſſimum Argumentum. Poſuit O. W. Worm. Eloqv. Prof. Reg.

NB. *Subjicitur inſigne ſcilicet anchora inter duas ſtellas ſuperimpoſita columba.*

In muro Templi.


Anno 1691 d. 27 Aprilis hat zu dieſes GOttes Haus Erweiterung den erſten Stein geleget hieſiger Teutſchen Gemeine Hoher Patron Hr. Conrad Graff zu Reventlov &c. Das gantze Werck unter Direction, Vorſorge, Auſſicht der Herrn Elteſten Lorens Kreyers und Abraham Lehns. Curator. Andreas Kellinghuſen, Peter Weinberg &c.

In Sacello.

Im Jahr 1681 haben die Kirchen Elteſten, Curatores und Vorſteher zu St. Petri Thomas Okſen, Henrich Skupp, Andreas Sœbottier, Johan Droge, Lorens Kreyer, Nicolai

Boye, Peter Weinberg diesen Platz von der Universitet alhier gekauft und gegenwärtige Begräbniß-Capel nebst anliegenden so genanten Kraut-Garten darauf bauen und einrichten lassen. GOtt allein die Ehre.

Anno 1659.
Die Kugel nun Sanct Peter tracht,
Da mit di Schwerd ihm niederlagt
Vorm Jahr im Herbst Monat;
Wie Tapper damals diese Stat
Durch GOttes Gnad gewehret sich
Wird Kindes Kind vergessen nicht.



In Templo Servatoris ſ. Christianshavn.

Inſcriptio Campanæ principis.

Psal. 113. Jfra Solens Upgang alt indtil Nedengangen være HErrens Navn lovet!

Ao. 1676 er denne Klokke taget udi Werrnersborg og igien givet til Christianshavns nye Kirke af Norges Riges Statholder og General-Feldt-Marschalk Uldrik Friderik Gyldenlöw.

Sub janua templi maxima.

Ao. 1682 den forste Steen lagt og den sidste 1694 sluttet.

Pone Altare.

Tak trende Stoere Konger tak, tak CHRISTIAN den Femte
For Marmor-Pragt: Tak FRIDERICH den Fierde, som ey glemte;
At bygge mig: Tak Naadigste Kong CHRISTIAN den Siette
For Gylden Pragt og Prydelse, Du lodst omkring mig sette,
Til GUds og Kongens Ære staaer jeg da saa prægtig züret,
Gid CHRISTIANS den Siettes Navn maae staae engang paa Spiret.
Sat ved Alteret, da det første gang blev aabnet paa St. Michels Fest Ao. 1732.



In Templo Domini Zebaoth

vulgò Præsidii militaris.

In holoserica Ara mappa ut & ſuggeſtu legitur Nomen Sereniſſ. quondam Dan. Norveg. Reginæ SOPHIÆ AMALIÆ *Glor. mem.* FRIDER. III. Viduæ, *quippe quæ unacum veteri altaris tabula hic ſervata, nec non artificioſa Protoplaſtorum imagine, ad Sacellum Arcis Amaliaburgenſis olim pertinuere, poſt famoſum ejus incendium ad vicinam hanc Ædem translata.*

In patulo Templi Sepulchreto.
Inſcriptio Sarcophagi.

Hier unter ruhet der Hochwohlgeb. und Seelige Herr
Hr. JOHANN CHRISTOPH von REVENTLAV

Ihro

Ihro Königl. Maj. zu Dännemarch und Norweg. Hochbeſtalter General-Major von der Infanterie und Obriſter über Ihro Königl. Hoheit des Cron-Princen FRIEDERICHS Regiment zu Fuſſ, Ritter. Iſt gebohren d. 26 Febr. Ao. 1686 und geſtorben d. 24 Sept. 1737. Sein Alters 51 Jahr 6 Monath 29 Tage.

Ibidem.

Inſcriptio Sarcophagi nigri marmoris niveo marmori inſculpta:

Her under hviler den Velædle og Velbiurdige Herre

Herr HANS BENTZON

til Songaardsholm, Juellund, Weſtergaard og Kielderup fød udi Randers Ao. 1657 den 4 Octobr. kommen af de Bentzönner paa Fadrene Side og de Nielſönner paa Modrene Side, hvo hans Fader og Moder var, udviiſer den til vor HErre Zebaoths Kirkes Alter perpetuerede, forgyldte Kande med deres Nafne og Vaabener paa; Kom udi Hans Kongl. Majeſts. Sal. og Høylofl. Ihuk. Kong Chriſtian den Femtes Tienneſte Ao. 1681. og ved Beſtalling blev Rente-Skriver Ao. 1683 den 10 Nov. og Commerce-Raad Ao. 1698 den 4 Junii, døde Ao. 1715 den 12 Mart. efter mange udſtandne Møyſommeligheder og Gienvordigheder, ſom hand alt fordrev med Arbeydſomhed og Bygninger.

Hütte dich vor der That,
Der Lügen findt wohl Rath.
Tandem bona cauſa triumphat.

Adjungitur Marito in alio nigri marmoris ſolio Conjux Eliſabetha Laſſen *filia* Theocari Laſſen de Ryslet *Aſſeſſoris Regii &c.*

NB. Bentzonii *hujus Legato debetur pretioſa illa ac ſplendida Altaris tabula ex marmore niveo & nigro.*

Inſcriptio Templi Orphanotrophii Regii.

Jac. I. v. 27. En reen og ubeſmittet GUds Dyrkelſe for GUd og Faderen er denne, at beſøge de Faderlöſe og Encker i deres Trængſel og at holde ſig ſelv ubeſmittet fra Verden.

Supra valvas Templi Reformat. C. 5. Charlotta Amalia.

Eſ. 2. v. 3. Venite & aſcendamus ad montem Domini & ad domum Dei Jacob.

Supra oſtium ad ſiniſtram.

1 Pet. 2. v. 5. Vos velut vivi lapides ædificati fiatis domus ſpiritualis.

In Novo Templo.

Extra Portam civitatis Hafnienſis Septentrionalem fundato Anno 1625, conſecrato Anno 1628. Domin. I. Trinitatis, & igne devaſtato 1658, unica tantùm exſtabat Inſcriptio ſupra portam meridionalem, quæ hæc erat:

Ædem hanc Sacram juſſu Regiæ Majeſtatis CHRISTIANI IV. ædificavit Templum Divæ Virginis Havnienſe ſuo ſumtu.

Supra portam CUIRÆ HAVNIENSIS *ante incendium legebatur elegantiſſimum diſtichon nigro marmori auratis literis inſcriptum, quod etiam* Delphis Batavorum *obſervatur:*

Hæc domus odit, amat, punit, conſervat, honorat,
Neqvitiam, juſtos, ſcelera, jura, probos.

In Muſeo Regio.

Supra januam conclavis artificioſæ picturæ dicati infra complures Legatorum exterorum imagines, aulam Danicam ſub FRIDERICO 3tio *frequentantium longiuſcula auratæ literaturæ linea Gallicè loqvitur ſeqventia:*

Tout. ce. qu'a. la. nature. ou l'art. de. curieux. par. les. ſoins. de. deux. Rois. ſe. raſſamble. en. ces. lieux. Chriſtian. commença. cet. illuſtre. aſſemblage. Frideric. de. nos. jours. a. courone. l'ouvrage. de. tant. de. raretes. les. ſpectateurs. ſurpris. en. beniſſant. le. Pere. admireront. le. Fils. Ao. MDCCXXII.

Ad ſimulacrum patientiſſimi Servatoris JEſu Chriſti, *ſangvine ſuo conſperſi & fractam arundinem manu geſtantis, qvalis in ædibus Pilati ludibrio expoſitus, qvalisq; in arce Rodenburg, glorioſæ memoriæ Regi* CHRISTIANO QVARTO, *pro ſalute Eccleſiæ evangelicæ, ſupplices ad Deum preces fundenti, apparere viſus eſt, leguntur ſeqventia, ipſius Regis manu, qvæ rei memorandæ fidem conciliat, nitide & ornate adſcripta.*

Dyßer Geſtalt iſt mir den 8 Decemb. auffm Hauße Rodenburg, Morgens frühe gezeiget der Hohn und Spott ſo unſer Erlöſer und Seeligmacher Chriſtus JEſus, unſerthalben gelitten, bey wahrendem Gebeth zu GOtt, für die Noth der gantzen Evangeliſchen Kirchen Ao. 1.6.2.5. Chriſtianus IIII. D. G. Rex Daniæ & Norvegiæ. Ma. pro. S.

In poſtica imaginis CHRISTIANI QVARTI, CHRISTIANO QVINTO, *tum Principi Hæreditario, oblatæ, ſeqventibus Nepotem compellare videtur Avus,*

Min Sonne-Son og Storſte Nafne
Du ligner mig i Magt og Moed,
Ach lad det nu min Levning gafne,
Du og ſom jeg eſt Naade-goed.

Oedipo non eſt opus, ſi ſuppoſueris, calamum hic duxiſſe Eleonoram Ublefeldianam, quæ pro redimenda libertate ſæpius ingenioſiſſime, ſed tecte exoravit.

Ad

Ad vetustissimam Heroinæ cujusdam imaginem, manu, ut mihi quidem videtur, non coæva, hac habes.

Jungfrau Heta hat an König Haralds Hoffe gedienet für eine Krieges Fürstin mit 100 Skioldmöer, das sind Jungfrauen gewesen, die sich im Kriege haben lassen gebrauchen, wie andere Krieges Leut.

Ob antiqvitatem adjicere libuit inscriptionem crucis artificiosæ ex pinacotheca Sophiæ Brahææ in Regiam transgressæ. Imaginem ejus æri incisam sistit in Museo Regio Oligerus Jacobæus *Tab. XIV. Fig. X. addita hac descriptione p. m. 57.*

Crux ex dente Rosmari Helenæ Magni Svenonis Regis filiæ, cui figuræ variæ ac literæ insculptæ. Ex parte priori Christus crucifixus in medio pendet cum Inscriptione: IHS NAZAREN9 REX JUDEORUM, circa alas qvatuor procurrentes qvatuor imagines *Vitam, Synagogam, Ecclesiam* & *Mortem* repræsentant. Ex parte verò posteriori Salvator mundi sedens conspicitur, librum in sinu tenens cum literis A & Ω, circa illum hæc leguntur: Videte manus meas & pedes meos dic Dns. A dextra ipsius Rex & Regina cum liberis, qvorum lateri sinistro adstat Episcopus qvidam cum inscriptione: Venite benedicti Patris mei. A sinistra Christi homines qvidam ejulantes cum literis adscriptis: Dicedite à me maledicti in ignem. Superiore parte Abraham & sancti qvidam cum verbis: Fili recordare, qvia recepisti bona in vita tua. Infra gehenna cum inscriptione: Pāt Habraham, miserere mei & mitte Lazar. ut tingvat extremum digiti sui in aqvā refrig. Ab una parte crucis in latere dextro:

Q. (ɔ: *qvi*) me cernit pro Helena Magni Suenonis Regis filia XPM (ɔ: *Christum*) oret E. Q. (ɔ: *qvæ*) me ad memoriam Dnice (*Dominicæ*) passionis parari feceāt (*fecerat.*)

Ab altera parte in latere sinistro:

Q. in XPM crucifixum credt (ɔ: *credunt*) Luitgeri memoriā orando faciāt. Q. me sculpserat rogatu Helenæ, qvæ & Gunhild vocat: (ɔ: *vocatur*) Magnum illum Svenonem, Historici nostrates autumant, Daniæ Regem fuisse, qvi Estrithæ filius nuncupatur. Plures eum qvoq; habuisse filios filiasq;, qvàm annales recensent, credibile est, cum multas habuerit pellices. Reginam verò illi fuisse Gunhildam Comitis Svenonis Hacqvini filiam, ex qva suscepit Ericum Ejegod, Knytlinga Saga Mss. memorat, præterq; hunc 14 filios & duas tantum filias naturales enumerat, Helena hac omissa, qvæ forsan in Reginæ extinctæ memoriam Gunhilda qvoq; vocata est, cujus pia pressit vestigia. *Hæc Jacobæus.*

Johannes Svaningius in *Chronol. Dan. p. 73.* Circa hæc tempora (*Ann. Chr. 1056.*) suspicor paratum esse signum crucis Dominicæ, qvod inter cætera cimelia asservat in pinacotheca sua Nobiliss. Heroina Dn. SOPHIA BRAHE, Perillustris Viri Dn. OLIGERI ROSÆCRANTZII conjux: Eidem insculpta sunt verba seqventia: Qvi me cernit pro Helena Magni Svenonis Regis filia &c. &c. Ex iis facile asseqvor Svenoni Estrithio, cognomento Magno, fuisse filiam nomine Helenam,

cujus acceſſione Genealogia antiqvorum Regum Daniæ erit perfectior, cum eandem præterierit Lyſchander.

Supra aditum Armamentarii Regii.

Tempore pacis de bello cogitaſſe neminem pœnituit.
Coacti belli juſta cauſa.

Ibidem viſitur anchora illa ſacra, qvæ periclitantem olim in mari Balthico glor. memor. Regem CHRISTIANUM QVINTUM *viciniori eripuit naufragio, digniſſima, qvæ auratum iſtud feliciſſimi Vatis* Kingonis *perpetuo ferat tetraſtichon:*

GUd holt paa mig, og jeg holt CHRISTIAN den Femte,
Der en forvildet Storm i Øſter-Söe ham klemte,
To Rigers Lif og Död paa to Jern-Hager laae,
Jeg derfor her ſkal til et ævigt Minde ſtaae.

Qvod ita Latio donavit B. Paulus Vindingius:

Me Deus, at tenui CHRISTIANUM, hæc anchora, QVINTUM,
Cum gravis Eoo ſurgeret unda mari.
Sceptra duo in ferro tremuêre injecta biſulco,
Hinc rutila ad ſeros anchora ſtabo dies.

In domu Anatomica *inter varias ante incendium inſcriptiones hæ ſunt præcipuæ*:

Hic aut oſſa vides, aut corpora ſecta, Viator,
Hic Ars Naturæ ſolvit & unit opus.

Autor fuit Doct. Mich. Kirſtenius poſtea Medicus Hamburgenſis.

Ibidem.

Homo umbra.

Prima recens ſtructum mulier diſſecta theatrum
Imbuit; hæc artis gloria prima fuit,
Dumq; loco donat famam, capit ipſa viciſſim,
Prima fuit, primum munus & oſſa dedit.
Vertice ſic calvo, ſic nudis dentibus alber,
Hos gerit oblongos oſſea larva pedes.
Sic venter, ſic pectus hiat, qvàm ſcitus Apelles
Mors eſt! qvam verè, qvid ſit, adumbrat homo!

In Pinacotheca Academica

ante incendium:

Muſæum naturæ liberali ſumtu divini ſenis D. Thomæ Finckii Profeſſoris per annos LVI optimè meriti, in qvem natura omnia ſua munera contulit, publico bono exſtructum, ut cum naturæ perennitate fama ejus eſſet ſemper ſuperſtes A. C. CIↃ IↃCLVII.

Inſcriptio Communitatis Regiæ *ſive* Prytanei Academici *centumviralis ante incendium noviſſimum.*

D. O.

D. O. M. A.

Anno Christi MDCXLIII. Ædes hæ Communitatis Regiæ à FRIDERICO IIdo Daniæ & Norvegiæ Rege MDLXIX fundatæ à calamit. incendii MDCXLI. de novo excitatæ sunt.

Inscriptio COLLEGII REGII *in vico Canonicorum, lapidi, qvà plateam Mercatorum spectat, aureis insculpta literis:*

Soli potenter cœlo Terraq; pollenti ac invicto Deo Statori juxta atq; unico Sospitatori dato JEsu Christo Domino nostro CHRISTIANUS IV Daniæ atq; Septentrionis Rex Potentissimus hoc pietatis Collegium, bono veræ Religionis per Regna hæc septentrionalia felicius fructuosiusq; propagandæ, dicavit sacravitq; Anno ab exhibito in carne Christo MDCXXIII.

Inscriptio Globi magni Tychonici in Academia Havniensi olim extantis, postea verò in turrim Astronomicam translati:

Anno à Christo nato MDLXXXIIII, regnante in Dania FRIDERICO SECUNDO, hunc cœlesti machinæ conformem globum, in qvo affixa octavæ Sphæræ sidera cœlitùs organis deprehensa suis qvæqve locis ad amussim repræsentare: errantiumq; stellarum per hæc apparentias pervestigare decrevit: cœlo terrigenis, qvi rationem eam capiunt, mechanico opere patefacto, TYCHO BRAHE O. F. sibi & posteris F. F.

Inscriptio ad parietem, ubi in Academia asservabatur, affixa hæc erat.

Sive hospes, sive inqvilinus es, bene adsis, hoc æneum cœli simulacrum, qvod vides, ingenio & impendio TYCHONIS BRAHE ad Astronomicas observationes in insula Hvenna efformatum est, nihil ad artis perfectionem ætas nostra illustrius contulit, nomen Uraniburgo dedit, Daniæ famam; Cum plusculos annos cœli motum felici apud nos successu monstrasset, moveri cœpit, & exteris cessit, primo Benaticam, mox Pragam, inde Niessam defertur. Ita qvas in cœlo vices designat, in terra patitur. Tandem, capta Niessa, virtute, ductu & auspicio æternæ memoriæ Principis DIVI ULDARICI Patriæ, velut Trophæum ex Peregrino Marte vindicatur & restituitur. Anno 1632. Calend. Decemb.

Inscriptiones COLLEGII WALCKENDORPHIANI *in vico S. Petri (nonnullis adhuc à Fundatore* Hoffmesters Boder) *olim Cænob. Carmelit.*

In frontispicio:

D. O. M. J.

Almæ Hafn. Academiæ Domum hanc XVI Adolescentium habitationibus distinctam cum area, fonte, Museo Pub.

Bibliotheca & horto additis neceſſariis reditibus perpetuùm creſcentibus.

L. M. D. D.
CHRISTOPHORUS WALKENDORP de Glorup &c.
Anno J. Chriſti CIↃ IↃCXCV.

In AUDITORIO *ſub effigie & inſignibus B. Fundatoris.*

Has Bellatrices Aqvilas haſtasq; minaces
Jactat Apelléa Mars generoſus ope,
Cæruleusq; patet campus, juvat iſſe per arma
Miraq; virtutis ſigna dediſſe ſuæ.
His pandit Phœbus Muſis Helicona ſub alis
Munificoq; fovet pectora grata ſinu.
Tot meritis famæ ſe WALCKENDORFIUS olim
Sacrat & æterno nomine fata domat.
Ita poſuit Janus Grot Inſpector loci 1708.

Ibidem in Bibliotheca *inſcriptiones capſarum:*

D. O. M. S.

Qvod felix, fauſtum atq; ſalutare eſſe velit Supremum Numen, Librariam hanc ſuppellectilem WALCKENDORPHIANI Stipendii Alumnis pro feliciori eorundem humanioribus in literis profectu juvando dicatam ſacratamq; eſſe voluit GEORGIUS HILARIUS, Honorarius qvondam Scholæ Havnienſis Rector, Collegii hujus ab Anno 1666 ad 1676 Ephorus & Regius in Academia Havnienſi Profeſſor Anno 1686.

D. O. M.

Muſis Walkendorphianis Donum hocce librarium Ao. 1714. d. 14 Sept. D. D. D. Mag. PAULUS HERSLOVIUS olim Colleg. Walckend. Alumnus, nunc cœleſtis curiæ civis, cui Mnemoſynon hocce pium Ao. 1720. d. 14 Sept. P. P. P. Mag. Fridericus Nanneſtad Coll. Inſpector.

Q. F. F. Q. S.

Ut poſt fata liberos generaret, qvi vivus nullos genuit, admodum Reverendus & Clariſſimus Dnus JACOBUS JANI SNISTORPHIUS, dum viveret, ad Ædem Divi Nicolai, qvæ Havniæ eſt, Comminiſter Primarius, & qvondam hujus Collegii Alumnus, librariam hanc ſuppellectilem legavit Muſis Walckendorphianis. 1731.

In Collegio Medicéo.

Supra Portam legitur diſtichon Pauli Vindingii primi hujus Collegii Ephori:

BORRICHII Domus hæc qvamvis MEDICÉA vocatur,
In muto neſcit marmore fama mori.
P. V.

In

In AUDITORIO.

Ostenditur hic capsæ inclusa imago Servatoris nostri crucifixi ex argento sumtibus B. Fundatoris scienter & affabre elaborata, cujus capsa janua aperta hanc exhibet inscriptionem.

Α. καὶ Ω.

Condis me, pateris pro me, scelus omne remittis;
Protegis, his meritis qvis satis aptus amor?

Suprà Cathedram literis aureis:

Μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ Rom. XII. 2.

In PINACOTHECA:

Inscriptio operculi pyxidis argenteæ, qvâ olim includebatur calculus iste fatalis, qvi à corpore B. Fundatoris Ao. 1690 *abscindebatur:*

Her er den Morder-Steen, der stak med Dødsens Fork
Og jog til Graven vor udødelige Borch,
Den lærde Verden fik derved et Hierte-Meen,
Gak Læser, gak og græd, om du ey selv est Steen.

Th. Kingo.

Inscriptio ÆDIUM EPISCOPALIUM *ante incendium.*

Anno. milleno. qvingenteno. duodeno.
Conditur. hec. edes. doctis. aptissima. sedes.
Antistes. moritur. Roschildensis. sepelitur.
Illic. morte. comes. Jacobo. cum. Fratre. Johannes.
Elegitur. Lago. Presul. pietatis. imago.
Huic. cum. succedit. devotus. clerus. obedit.
Sclavi. cum. Danis. componunt. federa. pacis.
Dacia. letatur. pax. qvia. tuta. datur.
Hec. &. plura. lege. sub. Principe. facta. JOHANNE.
Qvid. referam. pluris. Princeps. est. jam. - - -
Spes. est. ille. patris. est. dominusq;. maris.

NB. *Fuit hic olim Curia Hafniensis. Hinc in Vett. Matricula Acad. ad ann.* MCCCCLXXXXI. *Circa festum Botulphi proposuit Consulatus Hafniensis recipere* antiqvam domum Consulatus *à Rege* CHRISIERNO *pro usu Universitatis concessam, manu violenta, qvod per Reginam* CHRISTINAM *compositum & negotium suspensum usq; ad reditum Regis, sed Rege & Regina non præsentibus, institutum compleverunt & circa festum Dyonysii, Rege absente, Ebernus* Staffue *Proconsul Hafniensis eripuit Universitati domum Consulatus.*

Anno MCCCCXXXXII. *Feria secunda ante conversionem Pauli Esbernus* Staffue *Proconsul Hafn. in placito publico coactus fuit literis Regiis, restituere Universitati antiqvam domum Consulatus.*

In una Residentiarum Professoriarum in vico Canonicor. hæc olim sub introitum verba Resenio non animadversa:

C. 3. hanc curiam & VII alias Canonicorum Capituli Hauniensis assignavit habitationibus Professorum Regiæ Academiæ CIƆIƆXXXIX. C. M. E. L. J. M. N. T. J. R. C. B.

J.R. T.B. J.V. D.H. E.V.P. *Hæ literæ ita legendæ:* Christianus Morſianus, Eraſmus Lætus, Jacobus Matthiæ, Nicol. Theophili, Joh. (Pauli) Reſenius, Caſparus Brochmannus, Joh. (Joh.) Reſenius, Thomas Bangius, Joh. Wandalinus. Domum Habitans Eraſmus Vindingius Poſuit.

Inſcriptio SCHOLÆ TRIVIALIS HAVNIENSIS, *B. Virginis dictæ, ante incendium:*

Rege Daniæ & Norvegiæ &c. CHRISTIANO IV, Aulæ Regiæ Magiſtro Chriſtophoro Walkendorphio, Epiſcopo Selandiæ Doct. Petro Jani Winſtrupio, Conſule Olao Martini, Architectore Georgio Skult, ſumptibus Chriſtophori Pasberig, Erici Munck, Axelii Gyldenſtiern, Benedicti Gregorii Vicarii Roſchilde., Petri Coldingii, Engelberti Henrici, Claudii Jacobi Studioſi, Johannis Scribæ, Hæredum Dni. Johannis Skoning, Andreæ Franciſci Civis Coagienſis, Johannis Wormii (qvi ſimul 2859 Taler. 1½ Marc. 6 Solid. obtulerunt) & aliorum.

Inſcriptio SCHOLÆ HOLMENSIS.

16-- er denne Holmens Skole af Salig og Høylovlig Jhukommelse K. Chriſtian den Fierde bleven ſtiftet. Ao. 1663. er dette Huus til bemelte Skoles Vedligeholdelse efter Sal. og Høylovl. Jhukommelse Kong Friderich den Tredie allernaadigſt bleven indrettet. Ao. 1703. er denne Skoles Bygning forhøyet og forbedret. Ao. 1735. er den med nye Maling udvendig bleven repareret.

Inſcriptio BYRSÆ.

Sac. Populo:

Qvod Regno Reiqve publicæ bono felix ac fortunatum velit, qvi ob jugem Filii JEſu Chriſti interceſſionem res tribuit fauſtas, qviqve mercimoniis omniq; bonæ rei augendæ præeſt Ter opt. Ter max. Deus Pater, Filius & Spiritus Sanctus, Byrſam, qvam vides, Danicam CHRISTIANUS IV. Danorum, Norrigorum, Slavorum, Gothorúmq; Rex potentiſſimus, Pater Patriæ Optimus, boni Publici Curator feliciſſimus, laudabili Regum Magnorum Exemplo & ſerio Studio augendi Regna ſua Viris, Cenſu, Emporiis, non furtivis Mercurii & Lavernæ artibus, ſed qvod princeps & primum eſt Divinæ gloriæ, & qvod proximum Emptorum Venditorúmq; fructuoſis uſibus Sacratam dicatámq; voluit. Anno à nato Chriſto 1640.

In

In Ædibus SOCIETATIS ASIATICÆ.
Qvam
Anno MDCXVIII. orsus est divus
CHRISTIANUS IV.
Qvamqve
Anno MDCCXXXI. egregie auxit & ampliavit
devotus
Deo & Populo
CHRISTIANUS VI.
Mercaturæ Asiaticæ Societas
Splendidiores hasce ædes.
INDORUM SINENSIUMq;
mercimoniis divendendis
destinatas.
Anno
CHRISTI MDCCXXXVIII.
Conditæ Urbis CDLXXXVII.
Regiminis christianissimi. VIII.
æternaturo sistit Lapide.

Inscriptio Xenodochii Civilis *vulgò* WARTOU.

Hospitium sublevandis pauperibus destinatum ut pietatis publicæ exemplum exstruxit officium Curatorum. Anno MDCCXXV.

Inscriptio Nosocomii militiæ navalis,
vulgò Qvæst-Huuset.

Valetudinarium sauciorum, qvod providentissima Augustissimi Regis Christiani Qvinti cura erexit, locupletavit, ut, qvi membra publico regnorum bono impendunt, hic ægritudinum inveniant solatium, fomenta, sanitatem. Anno 1685.


In frontispicio ERGASTULI *ad forum Christianshafniense siti legitur:*
Anno MDCCXXIX.
Auspicantibus post D. O. M.
CHRISTIANO VI.
&
SOPHIA MAGDALENA,
ne
Malis parcendo noceatur bonis
Ergastulum hocce,
Vetustate collapsum & Angustia laborans,
Indubio mansuri operis Augurio,
funditus exstrui jussit
Curatorium officium.
Misericordia æqve ac Justitia
id exigente. Archit. Phil. de Lange.

In Foro Fratrum Griseorum *dicto, ubi antea exstabant ædes famosi istius Cornificii ab Ublefeld, statua ex lapide secto hæc habet:*

Forrœderen Corfitz WF. Til œwig Spott Skam oc Skensel.

i. e. *In æternum Proditoris Cornificii Ublefeld opprobrium.*

NB. *Nonnullis observatu dignum videtur, quod in voce proditoris* (Forrœderen) *literæ* rræ *proximè præcedente urbis conflagratione vi ignis evulsæ vel exesæ deprehendantur.*



HELSINGORÆ

ad Hellespontum Danicam.

In Templo St. OLAI.

Dominus HERLUF TROLLE,

Eqves Auratus D. Jacobi Trolle Eqvitis Aurat. de Lillöe F. & Domina

BIRGITTA GÖYE

Clarissimi Herois Dni Magni Göye de Krenkerup F. legitimo jure conjuges Divino instinctu permoti annuos reditus Scholæ hujus urbis in perpetuum attribuerunt, & qvo facilius juventus in vera pietate & honestis moribus institui possit, fundarunt ambo ex hæreditariis suis bonis, ut scholastici singulis diebus manè & vesperi in hoc Templo convenientes pios psalmos canant, sacras lectiones recitent, & preces pro Ecclesiæ & regni incolumitate faciant juxta Diploma prudenti Senatui Helsingorensi concreditum. Anno Domini MDLV.

D. Herluf Trolle Hafniæ 25 Junii obiit Anno 1565, cujus funus in Templo Herluffholmensis Scholæ, qvam ipse & piissima ejus Conjux D. Birgitta Göye fundarunt, sepultum est.



Ex Ordine Eruditorum.

1576.

Epit. PETRI SAMSINGII primi Pastoris Lutherani.

Qvid fugitis mortem corpus mortale ferentes?
Qvod non effugitur, hoc fugitur temere.
Non metuit mortem PETRUS SAMSINGIUS, artes
Dum studuit vanas dicere, Roma, tuas.

Hanc

Hanc tamen incolumis semper vitavit ad illum,
Qvem Deus extremum jusserat esse diem.
Hunc docuit populum viginti qvatuor annos
Cuncta, salutiferæ qvæ pietatis erant.
Ipsius officio pia sic Ecclesia crevit,
Ut solet egregium parvula nacta virum.
Lustra suæ vitæ bis septem viderat ante,
Qvam sentit nigras rumpere fila Deas.
Jam verò Superos inter versatur, & ille,
Qvæ nos speramus, gaudia vera capit.

Patri suo Carissimo II die Februar. Anno MDLXII pie & placidè mortuo & postridie in hoc templo sepulto Isaac Petreius Pastor Eccl. Malmogianæ pietatis ergo M. P.

NB. *Hic est* Petrus *ille senior, cujus meminit* Erasmus Lætus *Rer. Dan. libr. 5. p. 244 his verbis:*

Tunc Helsingoræ commissa Ecclesia PETRO
Enituit, fuit, hic summa vir & indole cunctas
Ad virtutes & cunctis præstabat eratq;
Doctrinæ studiis ita firmus, ut arbitrer hujus
Officio multos Christo innotuisse, nec unqvam
Dicentem audivi, qvin me commoverit, illo
Simplicior qvisqvam nec erat moderatior --

Columna suggestui imminens monumentum gestat, cujus in fronte leguntur carmina:

Fordi min Hosbond ey sin Troeskab vilde krænke
Mod Kongen, blev jeg som en hoybedrøvet Enke,
Og han en flyttig Mand, GUd gav mig ham igien,
Her hviler vores Been, mig Døden først tog hen.

Inferius:

GUd og hans Huus til Ære, Efterkommerne til Aamindelse, haver Erlig, Agtbar og Velfornemme Mand
HANS ROSTGAARD
Kongl. Majsts. Amts-Forvalter og Fisk-Mester over Cronborg-Amt, Arve-Sidder paa Kraagerup, som døde Ao. 1684 den 31 Decembr. hans Alders 59 Aar 8½ Maaned, Barnfød udi Sor i Julland. Med sine kiere Hustruer, Erlig, Dyderig og Gudfrygtige Matrone Kirsten Peters Daatter, som døde Ao. 1668 den 5 April udi hendes Alders 30 Aar 6 Maaneder. Barnfød udi Julland. Samt Erlig, Dyderig og Gudfrygtige Matrone Cathrine Asmunds Daatter. Barnfød udi Flensborg, som døde Ao. 1672 udi hendes Alders 35½ Aar. Dette Epitaphium ofver sig ladet opsætte, som her neden fore ere nedlagde til Hvile. GUd give dem etc.

Subjunguntur Insignia Rostgardiana sc. caput bovinum & taurus candidus in solo rubro.

Ad sensum dictorum Carminum ritè assequendum hæc habeto:

Anno 1658 flagrante bello Sveco-Danico, cum jam in Octobri Hellespontum nostram attigerat classis Batava, collabascenti patriæ opem latura, fidum obsessæ Urbi Achatem dedit laudatissimæ memoriæ Johannes Rostgardus, clandestinum Regem Fridericum inter & Opdamum Belgarum Archithalassum agendo internuncium. Metuens autem, nè Officiarius Svecus, Majorem vocant, qvem cum bellicæ nonnihilo pubis hospitem domi suæ in prædio Kraagerup habebat, de istiusmodi molimine certior aliqvando foret, habita cum uxore & servo deliberatione, qvâ via imminenti caput subduceret tempestati, piscatores qvosdam suos subornat, qvi naviculam semper haberent in promptu, qvâ dilabentem, ubi res ita tulerit, tutum in asylum Hafniamq; raptarent. Ad fugam opportuna Rostgardum mox invitat occasio, jusserat etenim certum rusticorum numerum Præfecturæ Coronæburgensis cum curribus suo usui adfuturum Rex Svecorum, qvi cum diutius cunctarentur, simulato ad tardantes excursu, piscatoria sua rate noster se Hafniam auspicatò recipit. Servus, qvi abeunti comes fuerat, relictum heri eqvum in sylva prope Fridericiburgum sclopeto trajicit, trajectiq; sangvine herilem cruentat pileum, qvem in lacum Ullissöe projicit, ephippio phalerisq; hinc inde per sylvam sparsis, fidem hac arte sagacissimo facturus commento. Hinc domum non sine lacrymis & singultibus reversus, habuisse se in sylva eqvites prædatores obvios, qvibuscum sibi intensissimus diu fuerat conflictus, qvoniam verò contra tantam oppugnatorum vim, viribus longè superiorem, nihil efficeretur, relicto, qvem frustra defenderet, hero, concitatissima se fuga elapsum, conqveritur. Nec mora Rostgardum qvæsitum mittitur; inventus autem eqvus trajectus pileusq; sangvine turpatus haud obscuro fuerunt indicio, occisum omninò Rostgardum stagnoq; immersum. Tristissimo se conjux nuncio perculsam simulans omnemq; evasura suspicionem, pullatam illicò induit vestem, convocatis, qvi funus in aqva venarentur, agricolis. Viduitatem crocodilino haud diu deploraverat fletu Christina nostra, cum secundas ipsius nuptias exambiunt rivales bini sc. dictus antea Major, ut ita loqvar, & Præfecti Svecani Wrangelii Secretarius; illa, altera jam Penelope, vana utrumq; spe thalami lactat, sed, reddita pace, primùm scandendi, habito interea piscatorum Humlebecensium opera assiduo cum Marito literarum commercio. Inita demum pace, Ao. 1660 domum ecce! redit Ulysses, procaces uxoris procos naso feliciter suspendens adunco. Vide sis Vitam Joh. Rostgardi Danicis metris à Laur. Thura conscriptam, ubi hæ & aliæ non paucæ de eo prudentissimaq; conjuge, sexus sui ornamento, curiosæ eleganter exaggerantur observationes.

Epitaphium SARÆ MUTHUM *gentis Anglicanæ Conjugis olim* Davidis Melvini *Senatoris Helsingorani:*

Remember as you passe by
As we nou are so was J.
And as J am you schall bee
Prepare in time for to Dye.

In Templo Germanico DIVÆ VIRGINIS.

Obs. Sepultus est in hac Æde Palatii Magister PAULUS LAXMANNUS *anno 1502 Hafniæ depontanus factus, addito epiphonemate:* Salmo es abi in aqvam.

aqvam. *Vid. Harald. Hvitfeld. in fol. p. 104. Nec non* Columbula (*Duweke*) *famoſa iſta* CHRIST. IIdi *pellex ann. 1517 veneno, ut putatur, extincta p. 1117.*

In medio ambitu renident varia inſignia gentilitia Nobilium Danorum, qvorum hæc ſunt nomina.

Biörn Koes.
1578.
Johan Due.
Knud Grubbe.
1578.
Niels Pasberg.
1578.
Caſper Marchdaner.
Jochim Uleiſten.
1578.
Hans Skrockendorp.
1578.
Peter Rethz.
1578.
Gert Rantzow.
1578.
Henrich Löcke.
1578.
Gutlof Budde.
1578.
Chriſtof Roſengaard.
1578.
Jörgen Munck.
1578.
Jacob Wind.
1578.
Morten Schenckel.
1578.
Willem von Dreſſelberg.
Jacob Krabbe.
1578.
Chriſtof Gerſtorp.

1578.
Chriſto: Walckentorp.
1578.
Matthis Budde.
Arelt Witfelt.
Hack Ulfſtand.
Breide Rantzou.
1578.
Niels Skram.
1578.
Otte Oxell.
Frans Rantzou.
1578.
Andreas Lotte.
1578.
Magnus Swane.
1578.
Knud Rudt.
1578.
Reinhol Oxell.
1578.
Ditlef Brockman.
1578.
Adam Norman.
1578.
Caſper Wies.
Lorentz Skrall.
1578.
Jacob v. Lib.
1578.
Sten Madzen.

In lapide ſepulchrali ad Altare.

Reverendus & Clariſſimus

M. THOMAS LUNDIUS

Flensburgo-Holſatus Vir ad exemplum pius & religioſus, qvi poſtqvam Regiæ, qvæ Chriſto in arce Coronæburgo colligitur & huic Eccleſiæ Germanicæ ſumma fide & vivo exemplo non ſine inſigni emolumento Paſtor docendo

 præ-

præfuerat duodecim annos, annos 53, menſes 3 & 5 dies peregerat, peſte obiit d. 31 Auguſt. Ao. 1636.

Lapis ſepulchralis juxta Chorum, qvo tegitur CORNELIUS SIGVARDI ROSTAD *Norvego-Amſtelredamenſis Helſingoræ* 1645 *defunctus, ſeqventes exhibet rythmos:*

Laet lopen wie der lopen luſt:
Ich leg en ſlaep hier in de Ruſt,
All ander diſe aerde neer
Als Gott belleeff, ſoo reys ich weer.

Adeſt præterea lapis alius hujus inſcriptionis:

Dieſer Stein und Begrefnes höret
MOGENS MOGENSEN MAURMEISTER &c.
Zwiſcken Himmel und Erd Ich M. M. S. K. Gnade begerde und ich fant es. Ao. 1698. d. 19 April.

Ad hæc intelligenda ſeqvens faciet relatio: Ao. 1698 die 19 April: cum funus Centurionis Locum-tenentis, ut loqvuntur, nomine Smideberg, cœmeterio Johannæo mandaretur, aſcendebat in turrim æditiuus Magnus Magnæus ſonitum exſeqvialem excitaturus; ſed à principe mox campanarum in ſuperius templi tectum non ſine grandi ejusdem fiſſura per ſummam turris feneſtram excutitur, hinc in inferius devolutus tectum arbore excipitur vicina, qvæ eum tandem in terram juxta ſaxum maximum ſepulchrale dedit præcipitem. Fractis licet periculoſiſſimo lapſu coſtarum nonnullis, poſt aliqvantum temporis ſanitati reſtitutus ad annum usq; 1706 ejusq; diem 14 Jan. miraculo proximus vitam protraxit.

NB. Τὸ *Maurmeiſter*, ut habet lapis, ipſi forte fuit cognomen, niſi dixeris Æditiuum & fabrum cæmentarium ſimul egiſſe.

Tabula in Choro aqvilonem verſùs hæc habet:

Fridericus Secundus Dei gratia Daniæ & Norvegiæ Rex &c. in honorem Dei omnipotentis & Eccleſiæ Germanicæ uſum hoc templum inſtauravit anno à Nativitate Jeſu Salvatoris noſtri milleſimo qvingenteſimo ſeptuageſimo ſexto.

Oſtentat idem templum patellam & calicem Euchariſticum inauratum artificii & cælaturæ prorſus admirandæ. In patella vides charactere, ut vocant, monaſtico exarata:

† Hoſtia: ſalutaris: qve: hic: & ubicunqve: pro: fidelibus: immolatur: fratri: Petro: Regnert: &: omnibus: ſibi: junctis: amore: ſev: debito: ſpeciali † tam* vivis* qvam* mortuis* profit* efficaciter* ad* veniam* &* ſalutem* eternam* amen. M. CCC. XXX. III.

Calix ſiſtit Inſignia Megapolitana ſubjuncta inſcriptione:

So-

SOPHIA von Gottes Gnaden Hertzoginne zu Mechelenburg, Königinne zu Dennemargken und Norwegen &c. haben diesen Kelk zu Deutschen Kirchen in Helschöer zu Gottes Ehren geben d. 25 Julii Anno Salvatoris 1586.

In utroq; vase Passio Servatoris & qvidem in calice potiores istius actus, ut & resurrectio & ascensio in cœlos unà cum insignibus Datorum aliisq; figuris graphicè admodum sistuntur.

Inscriptio mediæ in turri campanæ:

Diese Klocke is van Koning FREDRICH den 2. to Dennemarck &c. Verbum Domini manet in æternum. Geven tot Düdschen Kercken in Helsingör 1578. und van Borchart Gel: Getter vorniret worden 1598.

In Cœmeterio Johannæo.

Sic dicto à Johanne qvodam Magnæo primò omnium ibi 1654 sepulto.

Anno 1698. die 14 Octobris hic in Cœmeterio Johannæo sepulcrum nancifcitur Comes Gallus (Marqvis) ANTHON de TISSEDRE ob perforatum Legati Gallici Secretarium, consveto nobilibus supplicii genere, sclopetis in Arce Coronæburgica transverberatus, negatâ, qvam sui proclamaverant, ipsi à nostris veniâ, & qvidem jure talionis, cum idem Nobili Dano in Galliis antea accidisset, nihilo singulari Regis Danici intercessioni dato.

Observatu dignum est, qvod OLAUS STEENWINCKEL *Architectus militaris (Ingenieur) hic Anno 1660 d. 4 Septembris sit humatus, cujus hæc fuere fata:*

Facta Ao 1658. 10 Sept. Arcis Coronæburgicæ deditione, nomen Svecorum Regi ultrò dedit noster STEENWINCKEL; transacto autem Coronæburgi in officio Sveci nonnihilo temporis, pœnitentia ductus tacitum cum Patriotis qvibusdam integrioribus tam Helsingoræ, qvàm ruri nuperum jugum aversatis consilium iniit de Coronæburgo ipsoq; Daniæ Oppressore CAROLO GUSTAVO cum conjuge & liberis in potestatem pristini sui Regis FRIDERICI 3tii arte tradendis, cum parum præsidii in præsidario milite, qvi admodum rarus erat, castellum habere videretur. Complices ejus in vindicandam patriam duce eo laudatissimè conspirantes inter alios hi erant: ISBRANDUS von HOLTEN, Mag. HENRICUS GERNERUS, SENECA KARSTENS &c. Cum vero in eo erant, ut excogitatissimum stratagema perficerent, &, rurestri veste induta, arcem personati & agricolarum horâ qvinta pomeridiana de valli roborandi opere rediturorum globo immixti astutè intrare constituissent, ecce! à Valentino Korn cive Helsingorano (qvi, redintegrata pace, matura salutem fuga qvæsivit) nec non per interceptas Studiosi Mag. Jani Tikiöb ad amicum Hafniensem literas eorum produntur machinationes. Hinc in supplicia itum, capite conjuratorum OLAO STEENWINCKEL ad rotas damnato. Patrem, cum jam daturus pietatis pœnam urbe educebatur, ad rubram usq; portam gnatum comitatum ferunt. Cum igitur ad locum carnificinæ destinatum ventum esset, decollatum carnifex mensæ imposuit, mox aperto alvo extractoq; fumimine, qvadripartitum in qvatuor civitatis angulis qvatuor pali, tristi

ſpectaculô, oſtentui elevant. Conſortum nonnulli Dániſmi rei cuſtodiæ in Arce mandantur, ſed qvorum pleriq;, recuperata pace, ad munia Regia ſunt evecti, qvos inter Mag. GERNERUS mitram obtinuit Viburgenſem, ISBRANDUS von HOLTEN & SENECA KARSTENS in Camerarios hujus loci evaſerunt. Finito bello Ao. 1660 juſſu Regio qvicqvid STEENWINCKELII ſupererat, rotis ereptum, dignis ſepelitur exſeqviis, ipſo Prætore urbano MARTINO OUWENO (id enim ipſi in mandatis datum) primô palos impetu aggrediente & arida oſſa ſuâ ipſius manu ſolio inferente, qvo facto, in cœmeterium Johannæum tandem perveniunt reliqviæ Viri, qvi tantis pro patria auſis exciderat. *Conf. Laur. Thur. in Vita Job. Roſtg.*

Inſcriptiones Famigeratiſſimi CASTELLI CORONÆBURGICI *ad Helleſpontum Danicam.*

Pandit tabula ad propugnaculum vulgò Den ſcarpe Norden, circa introitum ad portam Veterem, metra ſeqventia ab immortali Danorum Archimede TYCHONE BRAHÆO juſſu Regio compoſita:

Inclytus hanc celſam FRIDERICUS condidit Arcem,
Nomine qvi ſimul & ſorte SECUNDUS erat,
Rex pius & juſtus, mitis, robuſtus in armis,
Qvi tamen invitus prætulit arma togæ.
Cui Regina toro vixit ſociata Regali
Mechelburgiaca nata SOPHIA domo.
Qvæ pariter virtutis amans, ſtudioſa mariti,
Pignora conjugii plena decore dedit.
Ergo ubi placatos ageret Rex impiger annos,
Structura tanta mole peregit opus.
Munivitq; Arcem, velut adſpicis, haud qvod in iſta
Spem ſibi tutelæ præſidiiq; locet.
Nec velut antiqvo ſtructo Babylonis ovando,
Jactet ut humana robora facta manu.
Iſte dedit pœnas faſtus, dum ſeptimus annus
Cerneret amentem perſimilemq; feris.
Rex nihil oſtentat Danus. Se credit & optat
Præſidio tutum ſolius eſſe Dei.
Scit benè, ni faveat Numen, qvod robora nulla
Vel chalybe & duro facta adamante juvent.
Ergo det aſtrorum terræq; mariſq; Creator,
In qvo ſpem ſolo Rex FRIDERICUS habet,
Proſper ut ille diu & ſoboles ſeriq; nepotes
Has habitent firma pace vigente domos.

Tabula turris horoſcopa eidem venæ debet diſtichon:

Transvolat hora levis neq; ſcit fugitiva reverti,
Noſtra ſimul properans vita caduca fugit.

Inciſa ſunt inſolitæ molis ſaxo, qvod extra cunas ſuas in Loppen *præter omnium ſpem & exſpectationem raptatum in extremo ad Fretum Oreſundicum promontorio haud pœnitendum undarum inſultui, pedibus Arcis Coronæburgi alias metuendo, munimentum objecit glor. mem. Rex* FRIDERICUS SECUNDUS *anno* 1580, *ſeqventia hæcce:*

Anno

Anno MDLXXX FRIDERICUS Daniæ Rex curavit hoc saxum à primo suo loco, ubi vicissim alius surrogatus est lapis, ad hunc devolvendum.

NB. Comes Junior Palatinus, *qvi tum aderat, & Optimatum complures in translationem saxi tanqvam humanis prorsus superiorem viribus pignus cum Rege dederant, verùm stupendo pubis nauticæ robore Rex victor abiit. Locus huic facto parallelus est apud Saxonem Gramm. lib. X. pag. 185. edit. Soranæ.* "*Posthac Haraldus totam regni classem exerens, nè parvo apparatu magnæ molis pondus aggrederetur, junctis hominum boumq; copiis inusitatæ magnitudinis saxum Jutico litore repertum, qvò matris tumulum insigniret, abstrahi jussit.* Et post nonnulla:" *Inter hæc Haraldus circa tractum lapidis occupatus qvendam suorum è classe supervenientem arctuis percunctari cæpit, an tantam aliàs molem mortali manu tentatam conspexerit? Ille se majoris ponderis ductum humanis viribus effectum recenter oculis subjecisse commemorat. Qvod Rege crebris percunctationibus prosequente, nuper, inqvit, cum Dania tibi subduceretur, intereram, ipse, uter onerosior tractus extiterit, penses &c.*"

Supra Portam intimam:

Nach Christi Gebuhrt hat man geschrieben
Tausend Fünffhundert und siebentzig sieben,
Als FRIDERICH der Ander König war
Zu Denmarck und im selben Jahr
Das Schloß erbauet und Cronenburg nandt
Und damit solches blieb bekandt,
Lies er es hauen auf diesen Stein,
In Hoffnung fest zu GOtt allein,
Daß es unter seinen rechten Herrn
Dem Reich Denmarck zu Glück und Ehren
So lange soll unzerstöhret stehn
Als Sonn und Mond am Himmel gehn.

Supra Portam vulgò OBSCURAM.
Ad sinistram.

Hic ubi diffusum frenans ORESUNDA profundum
Balthica Thety tuis limina ponit aqvis,
Tollitur alta solo Regum Domus inclyta, Martis
Area & arctoi claustra vetusta maris:
Qvæ nuper belli sævis concussa ruinis
Nunc denuo antiqvum tollit honore caput.
Hanc tutam vis esse diu, vis Patria salvam,
Qvæ Dani Dos est Nominis adde fidem.
Condat castra, urbes, arces Bellona domosq;
Et varium dextræ bellipotentis opus:
Arx invicta una est, cui propugnacula cingit
Una fides, unum pectus & unus amor.

Ad dextram.

Sta domus antiqvis in cœlum educta columnis
Et belli memores dilue fronte notas.


Ac feros Tutela ingens solare Nepotes
Regis ad arbitrium nunc reparata tui.
Gratia sit, FRIDERICE, Tibi, qvi damna, ruinas,
Qvi regna è senio ruderibusq; levas.
Ut postqvam memoris cessarint tempora vitæ,
Qvosq; Tibi longas dent pia Fata dies,
Postqvam homines siluere & tot miracula famæ
Saxa tamen laudes nec peritura sonent.

Reparata est Arx Coronæburgi Ao. 1664. Rerum potiunte FRIDERICO ejus nominis TERTIO & primo Danorum Rege Hæreditario.

Supra aditum ad portam extremam.

Triin ind, om du est værd, jeg lader op min Bue
Og aabner Pladsen til det Cronet Slot at skue,
Tre Konger det har fort af Vand, af Ild og Skud,
Trods Havets Svelg, trods Brand, trods Fiendens Kugle-Brudd!
Nu har Kong CHRISTIAN den Femtes Magt og Moye
Net Kronet Verket, trods den avindsyges Oye,
GUd give Kongen og hans Slegt en ævig Rod,
Saa længe Oresund skal kysse Cronborgs Fod!

TH. KINGO.



FRIDERICIBURGI.

In media decantatissimæ per orbem arcis area ad sinistram aureis muro literis inscriptum legas:

FRIDERICH den Anden, god og from,
Hans Raade giorde dette Bytte,
At Hilderödsholm under Kronen kom
Og Herluf til Skov-Closter flytte:

NB. *Charles de l'Espine Gallus in Diversorum Regnorum Descriptione p. 175. affirmare audet*, vix similem Fridericiburgo *in mundo arcem inveniri.*

Cernitur inter alia splendidissimæ hujus Arcis emblemata canis catena alligatus, qvo symbolo alluditur ad servilem qvondam rusticorum in qvibusdam Daniæ provinciis statum, substratis rhytmis:

Bonden er som Hunden,
Var Bonden ikke bunden,
Saa var hand verre end Hunden.

Ger-

Germanicè ita reddidit Autor anonymus libelli, qvi inscribitur: Der Staat von Dännemarck (*scil. sub* Friderico IVto) *cap. 3. p. 34.*

Der Bauer ist wie der Hund, wär er nicht angebunden,
Würd er viel ärger noch als dieser Hund befunden.

Inscriptiones NOSOCOMII FRIDERICIBURGENSIS *Autore percelebri Poëta vernaculo* Dno. Georgio Frisio *Pastore Helsingensi.*

Fabrica Xenodochii primitus surgente.

Her kand I usle Folk Jër Sorg og Nød forglemme
Og Eders Uselhed for Verdens Øyne giemme,
Lad det og blive her i ævig Brug og Skik,
At takke Eders GUd og Fierde FRIDERICH.

Post incendium, qvo Nosocomium unà cum oppido Anno 1733 *conflagravit, proximo anno restauratum:*

Anno 1733 den 29 April:
Da drev en Vaade-Ild den arme fra sit Leye,
Den fattig fra sit Bord, saa hver gik sine Veye,
1734.
Lod Siette CHRISTIAN os denne Bygning sette
Og alting meget vel paa nye igien indrette.



SLANGERUPII.

Epit. Dni LAURENTII NICOLAI *Past. Slangerup. qvi obiit* 1591. *satis elegans:*

Me Deus à lacrymis placidas deduxit ad auras,
Nunc coram cerno facta stupenda Dei.
In Christo vivo nunc lubrica regna valete,
Nunc mea, qvæ voluit littora, puppis habet.



CALUNDÆ.

In Templo D. VIRGINIS, *structuræ rarioris & planè magnificæ, qvatuor, qvod insolitum hic terrarum, turribus spectabili, Fundatore* Esberno Snare *Absal. Archiep. germano.*

Inscriptio supremi subselliorum masculini sexûs:

Esaiæ XLIX. Kongerne skulle være dine Fosterfædre og Dronningerne dine Ammer. Anno Dni 1578.

Incisis præterea ab altera subsellii parte:

F.S. ɔ. Fridericus Secundus: *ab altera tribus Coronis:* NB.

NB. *Mirari subit solas tres coronas, exclusis reliqvis* Friderici Secundi *insignibus, hic comparere. Exarata nimirum hæc sunt, pendente adhuc lite de mutuo trium coronarum usu, qvam frustrato conamine ante sexennium scilicet 1572 in Colloqvio Brömsebroensi componere tentaverant Legati Sveco-Danici. Notum est ex historiis, qvantum & qvamdiu de terna illa corona collisi sunt Danus & Svecus, inprimis glor. mem.* Fridericus Secundus *&* Ericus XIV. *Danis relictum sibi à Semiramide Arctoa* Margareta *mnemoneuticum illud* Calmarianæ Unionis *symbolum urgentibus, Svecis injustam vetustissimorum Regni Sveo-Gothici insignium usurpationem contendentibus, qvorum causam tueri annisus est* Johannes Schefferus *in singulari libro de antiqvis verisq; Regni Sveciæ insignibus. Holmiæ 1678.*

In ARCE CALUNDANA *à Sveco jam diruta*

reliqvit celebris ille Gallus à Friderico Secundo *in bello Svecico captus* CAROLUS MORNÆUS, *qvem hic septennia tenebant vincula, verba isthæc parieti inscripta:*

Hic septennio comedi panem doloris.

C. D. M.



SLAGLOSIÆ.

In Æde S. Michaeli sacra.

Deo & Virtuti.

JOHANNES ANDREÆ

Dn. Klexbul, cum primam ætatem in pietatis & bonarum artium studio traduxisset: florentem verò perfunctus octennium Secretarii munere in Aula Augustissimi Dn. Friderici 2. & D. Christiani 4. Dan. & Norveg. &c. Regum laudabiliter contrivisset: vix ingressus virilis partis limites, Epidemico oppressus morbo in invocatione filii Dei Ao. Dni MDXCII. die 28 Sept. hinc abiit brevi ad gloriam resuscitandus.

Qvem Slesvigensis ditio produxit in auras,
Aoniæ studiis qvem coluere Deæ:
Regia Secretis exercuit Aula notandis,
Ingenii & generis qvem cumulavit honos,
Abriperis celeri, placidâ sed, morte JOHANNES
Hacq; Selandiaca contumularis humo:
Interea dum tu cura secretus ab omni
Cœli secretis in regione vacas,
Nos famam ingenua ferimus virtute paratam,
Nec patimur nomen succubuisse tuum.
I præ! conseqvimur talis vestigia cursus,
Dum loqvimur veræ meta salutis adest.

Christiano Holck Domino Höygaardi Supremo R. Maj. Secretario rogante & sumptus subministrante C. Machabæus

bæus Alp. hoc monumentum in memoriam Optimi & Svavissimi Amici M. P.

Intra januam Chori.

PHOCAS SOPHROF

Nobili in Moschovia familia natus, cum Magno Duce suo contra Polonos, Livonos & Svecos diversis in bellis strenuè militasset, in Osilia insula à præsidio Regio captus inq; aulam Potentissimi Regis FRIDERICI SECUNDI missus, cum singularis animi candor & virtutis amor in eo appareret, ex captivo Minister Regius factus & postea etiam inter Ministros Sereniss. Regis CHRISTIANI IVti habitus aulamq; Regiam seqvens anno MDLXXXXII. mense Julio in itinere morbo oppressus, anima Deo reddita, corpore verò heic sepultus lætam resurrectionem exspectat.

Epit. PETRI MAGNI

Vivo, valete mei, mihi mollia fata precantes,
Omnibus ereptus nunc benè vivo malis,
Abjicite è vestris conceptos pectore luctus,
Dicite: jam vitæ gaudia noster habet:
In gremio Christi reqviesco ad judicis horam,
Morsq; mihi lucrum, Tu, pie Christe, salus.

In Epitaphio CHRISTOPHORI GRAA

Senatoris Slaglos.

Qvod ros, qvod flos est, id te qvoq; noveris esse
Hic cadit, ille perit, tunc perennis eris?

NB. *Absolvebatur ejus testamentum 4 Syllabis:* SEQVIMINI.

Ad Tabulam Altaris hæc legas:

Anno millено qvingenteno qvoq; qvinto
Hoc opus insigne completum noscite dignè
Arte sub HENRICI grandi de *Resen. in Atl. Dän.* de ponte *fortè cognomen:* Langbro. parte periti
Ad Christi gloriam, Michaëlis & undiq; Divûm.

Inscriptio cistæ juxtà altare:

Archangele Michael constituit te Dominus Principem s. o. a. susc. *id est* super omnes animas suscipiendas.

Inscriptio campanæ:

Help † Jesus † Maria † Anna † oc Sancte † Susanna † Laurent.

Juxta Urbem Slaglosianam in colli vulgo Hvile=Høyen, *attollitur simulacrum Christi crucifixi cum Inscriptione:*

In memoriam Divi Andreæ qviescentis Joppæ & heic loci expergefacti.

Vide Gesta & Vestigia Danor. in Terra Sancta.

In area Arcis Anderschoviensis.

hæc muro inscripta sunt:

In nomine Domini Amen. Anno Domini MCCXX die secundo post Festum Petri Piscatoris in laudem & honorem SStæ Trinitatis, Beatæ Mariæ Virginis, Beati Clementis & Sti Johannis Baptistæ fundata est hæc arx à Reverendo Episcopo ABSALONE & Rege WALDEMARO (NB *postpositum nom. Reg.*) per venerabilem Priorem Jacobum Martini.

Legitur ibidem, sed in aliis, ut arbitramur, ædibus, alia inscriptio Resenio in Atlante Dan. Mss. observata, bujus, qvantum ex literis ferè obliteratis elici possit, tenoris.

In nomine Domini Amen. Anno ejusdem Domini M. CCCCLXX secundo edificata est ista domus in laudem sancte Trinitatis, beate Marie & beati Johannis Baptiste, imperante Serenissimo Rege CHRISTIERNO Dei gratia Rege Daniæ per venerab. Priorem Jacobum Martini.

NB. *Nomen Prioris* Jacobi Martini *utrobiq; occurrens scrupulum movet, sitne una eademq; inscriptio ob exesas ferè literas diversè excepta, nisi dixeris duos ibi ejusdem nominis fuisse Priores, tanto intervallo distantes.*

In Templo S. Petri Anderschoviensi.

Sepultus hic ultimus Pontificiorum apud Arusienses Pontificum Dominus AVO BILDE.

Lapis sepulchralis refert effigiem Præsulis pontificalia induti, dextra pedum Episcopale, librum apertum sinistra tenentis, positis ab utroq; latere insignibus qvatuor gentilitiis cum inscriptione:

Sepultus. hic. reuerendus. in. Christo. pater. dominus.

AVO BILDE

filius. Petri. bilde. de. Suanholm. qvondam. episcopus. Arhusiensis. obiit. A. D. MDLV. eius. anima. in. pace. reqviescat.

Antworschovii qviescunt seqventes ex Ordine Nobilium.

Dominus Ericus Bille
Dnus Folchmarus Mortensen.
Dnus Otho Rud.
Thorbernus Bille occisus.
Georgius Bille

Dnus

Dnus Michaël Rud.
Johannes Bille.
Dnus Petrus Archiepiſcopus Lundenſis.
Dnus Johannes Perſon.
Claudius Bille.
Dnus Nicolaus Bille.
Petrus Bille.
Herlovius Bille.
Jacobus Tidemand.
Paulus Bille.
Jonas Bille.
Chriſtophorus Anderſen.
Dnus Georgius Laurſen, mortuus Ao. 1480.
Avo Lunge unà cum Sorore.
Dnus Nicolaus Bille.
Dnus Henningius Rönnow.
Dnus Steno Baſſe mort. 1452
Ericus Bille, filius Petri Bille de Svanholm, mort. 1518.
Jacobus Daa.
Petrus Bille de Svanholm, mort. 1508
Domina Anna Conjux Petri Bille, mort. 1500
Thorbernus Bille de Svanholm Eq. Aurat.
Domina Cæcilia, Dni Thorberni Uxor, Dni Avonis gnata.
Dnus Tycho Lunge de Baſnes, mort. 1480
Thorbernus Nielſen de Wallerup.
Dna Chriſtina ejus uxor, mort. 1450.
Andreas Tidemand & Domina
Chriſtina Conjuges uno tumulo ſociati.
Andreas Jenſen Judex provinc. Sialandiæ.
Georgius Rud de Vedby, mort. 1508
Domina Chriſtina Roſenkrantz ejus Uxor.
Dnus Nicolaus Knudſen, mort. 1460
Domina Ingerdis ejus Uxor.
Domina Chriſtina, mort. 1327
Dnus Avo Bilde, filius Petri Bilde de Svanholm, Epiſcopus Aruſienſis, mort. 1555.

In lapide ſepulchrali hic olim obvio.

He Hu Ha Hö.

ɔ. Her Hviler Hans Hone ɔ. Hic reqvieſcit Johannes Höne ſ. Gallinaceus.

NB. *Hicce olim gallinis ac ovis uſui Monachorum coëmendis vacaverit.*

Supra Portam Templi Occidentalem.

Mors tua, mors Chriſti, fraus mundi, gloria cœli,
Et dolor inferni ſunt, meditanda tibi.

In tabella lignea obſerves fœminam in genua procumbentem, imaginis Marianæ *cultricem, addita epigraphe Germanica:*

Ach Maria vorbarm dich over mich ælenden.

Inſcriptio Sacelli Templo huic olim imminentis:

Hæc Capella edificata eſt anno Domini MCCCCLXXXX tempore Prioris Jacobi Martini in gloriam Sanctæ Trinitatis, Mariæ Virginis & Johannis Baptiſtæ.



SORÆ.

In Templo S. Jacobi.

Monumenta Regia.

E*pit.* CHRISTOPHORI II. *Reg. & Reginæ* EUPHEMIÆ *cum duobus filiis, ſc.* ERICO *in Regem electo, qvi obiit Chilonii &* WALDEMARO *qvi obiit Roſtochii, & duabus filiabus,* HELVIGE & AGNETE *Principiſſis, in lamina ænea partim mutilatum. Qvæ legi poſſunt, hæc ſunt:*

Stemmate dignos, corde benignos, req; potentes
Regia Regis hæc tenet ædes, morte ruentes,
Hiſce decorus - - - -
Qvi regno fuit heu proprio ſine crimine pulſus,
Alter ERICUS poſitus Rex hic eſt filius.
- - - cum matre pia ſua cui ſociatur
Progenies: utinam reqvies ſibi contribuatur,
Victor clarus, ſenſu gnarus, Frater Erici
Rex tumulum Patris - - - -
Iſtum vult & Chriſtus commodè venerari.

NB. *Soræ quoq; ſepultus eſt* ALBERTUS *Nepos* Chriſtophori *Regis.*

Epit. Waldemari IVii *Regis.*

D. WALDEMARUS

Danorum Rex, Pater MARGARETÆ, moritur GURRÆ Anno Chriſti milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo qvinto & primùm Varingburgæ, deinde huc translatus à filia MARGARETA tumulatur Soræ.

WALDMARUS Regum non infima gloria Danûm,
Qvem tenet extinctum conſtructa ex marmore tumba,
Ejectus Regno, magna virtute regreſſus
Obtinuit, pulſo forti de finibus hoſte

Hol-

Holsato, Patrias arces terramq; redemit
Expositam precio, ferunt Principis arma
Invicti gentes ponto terraq; diremptæ,
Vandalicæq; urbes opibus fastuq; superbæ.
O nimium! vitæ tandem pertæsus obivit
Gurræ, translatum recubat post funera corpus
Hoc tumulo Soræ, sed mens petit ardua cœli,
Fama solo remanet studiis celebranda nepotum.

C. M. B.

OLAUS

Illustrissimæ trium Regnorum Borealium Reginæ MARGARETÆ filius ex HAQVINO Norvagiorum Rege genitus, qvi primum Norvagiæ Regnum jure hæreditario ex morte patris obtinuit, regnante matre: Tum verò defuncto AVO Materno VALDEMARO, cum mater in Daniam ob heroicas animi dotes revocata esset ad imperium, præstantissimæ Dominæ Reginæ beneficio, Danorum Rex in adolescentia, accepto à proceribus Regni juramento, designatur & declaratur, qvo facto, ubi GERHARDUM Holsatiæ Comitem, ex voluntate & consilio matris ac procerum Regni, Ducem Regniq; Danici Vasallum solenni ritu creâsset, paulò post immatura morte ex hac vita evocatus hìc Soræ inter materni Proavi & Avi tumbam sepultus est, Dignissimæ Dominæ Matri Reginæ utriusq; Regni jus & imperium relinqvens. Anno 1307.

Danica Norvago genuit me MARGARIS illa,
Qvæ fuit HAQVINO tradita connubio,
Et jus Norvagum, sed Danum gratia Regem
Signat, ubi fatis cum Patre cedit Avus.
Sed mihi regna negat mors immatura, deinceps
Norvagia at Dano pareat imperio.
Ut Matris tanta regnantis laude triumphus
In Svecos toto notior orbe foret.
Inter Avum & Proavum nunc Soræ corpore condor,
OLAUS cœli lumine mente tegor.
At qvi me ob similes vultus se finxit eundem,
Nutricis ludens arte doloq; meæ,
Falsterbodensi cineres commisit arenæ,
Supplicium in ficto corpore ut ignis agat.

NB. *Rectè observat* Thormodus Torfæus *ad calcem Histor. Rer. Norvegicar. Partis IVtæ pag. 512. hos versus non nisi, adulto jam* Margaretæ *imperio, conscriptos inde colligere esse, qvod de excessu* Olavi *variatum per id tempus, nec defuisse, qvi vivere eum fingerent crederentq;, undecimum epigrammatis versum injicere. Historiam* Pseud-Olavi *homuncionis Borussi, cujus mater* Olavi *Regis, qvem se fingebat, fuerat nutrix, vid. apud Hvitfeld. in fol. pag. 621.*

Aliud in marmore Epitaph:

Hoc cubat OLAI parvo sub marmore corpus,
MARGARIDE Regis matre potente sati,
Hæres Regnorum fuerat Princepsq; duorum,
Hæredem at fecit mors properata poli.

In pavimento Chori ad sinistram altaris:

Hic jacet
OLAUS
Filius MARGARETÆ Reginæ, qvem ex HAQVINO Rege Norvagiæ genuit.

NB. *Regina* MARGARETA *Sora primùm sepelitur, per Petrum Episc. Rosch. Roschildiam translata. Jacent præterea hic* ANNA *Soror* Christoph. Bavar. *Item* GERARDUS *Dux de* * *Svartzburg.* INGEBURGIS *Comes de Blanckenburg.* CUNEGUNDIS *Ducissa Jutiæ Australis &c.*

* *Ita habet Wielandii Tabula Sorana, sed Resen. in Atlant. Dan.* Svenburg.

Monumenta Episcopalia.

Ao. 1179 *Soræ tumulatus est* FRIDERICUS, *Episc. Slesvicens. in mari Balthico submersus. Pontan. Histor. Dan. libr. VI. p.* 267. *tali epicedio eidem Soræ parentatum, se reperire testatur.*

Vandalus ut discat divini oracula verbi
Impius, en præsul mox FRIDERICUS adest:
Pòst ponto infelix submergitur ille profundo,
Percharus Regi, flaminibusq; piis.

Verùm dormitat hic bonus Pontanus, reperitur enim tantummodo hoc tetrasticon inter carmina, qveis Episcopos Slesw. celebravit Cypræus. *Conf. Hvitf. Chron. Ep. p.* 20.

Pone Altare obvius est lapis sepulchralis ABSOLONIS *Archiepiscopi, in qvo ipse Archiepiscopus infulis Archiepiscopalibus indutus unà cum appictis Insignibus conspicitur:*

Ad caput hæc extant:

ABSOLON hoc tegitur LUNDENSIS marmore PRÆSUL.

Ad latus sinistrum:

MCCI ABSOLON hic sepultus est.

Ad dextram:

MDXXXVI Lapis hic sculptus est.

Ad pedes:

Domini PETRUS & SCHELMO
Episcopi Arusienses, Nepotes hujus, hic sunt sepulti.

Epitaphium aliud ejusdem Archiepiscopi:

Epitaphium prædulcis memoriæ ac cum omni reverentia nominandi
D. ABSALONIS
qvondam Archiepiscopi Lundensis & Administratoris insi-

gnis

gnis Ecclesiæ Roschildensis nec non & hujus loci fundatoris, sub hoc ligneo sacro tumulati, qvi obiit anno 1201. 21 Mart. ann. ætat. 73.

Hoc ABSOLONEM tumulo post fata reclusit
Ultimus humanaæ conditionis honos.
Hic *Primas* sua prima tenens, docet ultima cunctis
Ingruere & nullum posse manere diu.
Corpore nactus humum, lustrat spiramine cœlum,
In duo divisus gaudet habere duo.
Par patris patriæq; Parens hoc pulvere pausat
Certa salus populi, plebis opima qvies.
Virtutis specimen, justi pater, auctor honesti,
Militiæ robur, Relligionis apex.
Hostibus excidium, tutamen civibus, æqvi
Arbiter, armorum gloria, pacis amor.
Non fuit in toto qvisqvam præstantior orbe,
Nulla magis clarum fudit origo Virum.
Omnis in hunc virtus confluxit munere pleno,
Nec qvenqvam vitio præstitit esse locum.
Qvicqvid Achillis erat, qvicqvid Platonis in ejus
Splenduit ingenio, moribus atq; sono.
Fortior extiterit, num doctior, ambigit omnis,
Pectora cui sacri nota fuere viri.
Ad sacra gentiles armis transire coëgit,
Hic mihi, ne dubites, RUGIA testis adest.
Excubiis cujus patriæ pax constitit, hujus
Dania jam fatis pressa revixit ope.
Hinc eadem tanto viduam se sole qveratur
Et lucem luci jure precetur ei.
Eximio cassum doleat se sidere mundus,
Ulterius simile non habiturus ei.
Lux, BENEDICTE, tua en præsens huic lumen ademit,
Donatura novum perpetuumq; sibi.

Aliud:

ABSOLON hic PRIMAS, speciei jure secundus
ABSOLON, ore Cato, probitate David, Samuel re,
Currus & Auriga, Pater & Patronus, Ovile
Et Pastor, Pax & Patriæ Dux, Legifer & Lex,
Fortibus hic Samson, Salomon sapientibus, Abram
Justis, perversis Phinees, fuit Anchora Danis.
Qvicqvid Achillis erat, qvicqvid Platonis, in ejus
Splenduit ingenio, testatur gloria famæ.
Nunc pater emeritus Danorum pulvere pausat,
Terris stans fama, meritò cœlestibus astat.

S. G.

Autor hujus fuit Saxo Gramm. *teste Wormio in Mon. Dan. lib. 3. p. 173. & versus:* QVICQVID ACHILLIS ERAT *&c. arguit eundem fortè etiam præcedentia condidisse, nisi alius hæc ex eo hauserit.*

Aliud:

Pontificum exemplar, doctorum norma virorum,
Ecclesiæq; decus ABSOLON iste fuit.

Unus erat pariter Cleri, populiq; patrumq;
Splendida, firma, vigens, gemma, columna, decus.
Invida mors, meliora magis, pulcherrima qvæq;
Ocius occidit, plus pretiosa premens.
Æqvat honoratis despectos, nescit honori
Parcere Parca, probans esse necesse mori.
Omnia mortalis finit mortalia finis,
In cinerem redigens, qvod fuit ante cinis.
Insignem pietate virum mors abstulit ipsis
E terris, ultra vivere neq; finit.
Legifero viduata tuo flens Dacia plora,
Præsulis ut pace potiatur spiritus, ora.

NB. *De sepulchro Absalonis hæc notatu non indigna. 1. Anno 1536 præsente Rege* Christ. III. *ab Henrico Abbate Sorano aperiebatur. 2. Ferunt Divum D. Janum Dionysium Jersinum Episc. Ripens. Piissim. cum juvenis in Schola Sorana Rectoris munere fungebatur, Musices amantissimus, sumtâ aliqvando vesperi citharâ, templum more suo non solùm intrâsse, verùm insuper hac vice, nescio qvo instinctu, Archiepiscopale accessisse sepulchrum, mussitantem secum, fidibus se in gratiam* Absalonis *nonnihil canturum; Cantumq; ipsum mirabili adeo fuisse effectu (revera an per imaginationem?) ut Jersinus læti aliàs ingenii, qvam antea exporrexerat, ab eo momento contraxerit frontem, taciturnior postea & atræ tantum non bili obnoxius. Hac occasione vanitatibus mundanæ scenæ ereptus, reliqvum vitæ piis litavit meditationibus, in aureo de Lucta & victoria Fidei scripto æternaturis. Vitam Absalonis alibi prosecuti heic tantùm addimus, majores ejus secundum Bryniolphum Svenonium in Conjectan. ad Saxon. ex Islandia fuisse oriundos.*

In Presbyterio Sti Johannis Evangel. reqviescit JOHANNES KRAG *Episcopus Roschildensis, antea Decanus, sub lapide nomine ejus & effigie insculpto. Mortuus est ann.* 1300.

NB. *Petrus Resenius in Atlant. Dan. MSS.*

Ex relatione Excellentissimi Viri Mag. Bryniulfi Svenonis, Diœcesis Schalholtinæ, qvæ in Islandia est, Episcopi Dignissimi constat, qvod Augmundus ejusdem Diœceseos qvondam Episcopus Pontificiorum ultimus, cujus mentionem facit Arngrimus Jonæ in sua Crymogea sub Sereniss. Christ. 3tio Daniæ & Norveg. &c. Rege, Soræ sepultus sit, saxeumq; monumentum cum hac Inscriptione extitisse: Hic sepultus est AUGMUNDUS Islandiæ Episcopus. Qvod Episcop. Mag. Bryniulfo visum esse, aut ex ipsius ore percepi, aut certe ex fide dignorum virorum relatione, qvi id se ex ipsius relatione excepisse tradiderant, hausi. Celebre adhuc in Islandia istius Augmundi nomen est. Perhibetur enim tanto robore præditus fuisse, ut, cum senio propemodùm confectus à Danis in captivitatem redigeretur, à multis collectim in eum irruentibus annulus, qvem gestare solebat, digito vix detrahi potuisset. Auctoritate verò tanta pollebat, ut cum fortè cujusdam Coloni villam prætergressus esset, amœnitatem loci prædicanti famulo eam statim donaverit, possessore nec cognito nec consulto, qvi cum postea ad Episcopum iter faceret, relatumq; sibi referret, qvod famulo suo villam, cujus ipse possessor esset, donaverit, regessit: Nunqvid id ipsi displiceret, & cognito colonum acqviescere, nec ulla ex parte suæ voluntati se opponere, longè majoris pretii fundum ipsi dono dedit. Successit Augmundo Gissur cliens ipsius, in cujus promotionem omnes vires intenderat, is verò cum in Dania dogma-

dogmate Lutherano imbutus esset, Magistratui clanculum insinuabat nullam spem fore religionis in Islandia promovendæ, qvousq; Augmundus in Islandia esset; Igitur Dani Augmundum jam oculis captum, cum prius Officio se ultrò abdicasset, Gissuroq; cessisset, in villa Sororis suæ, qvò se receperat, jam securum invaserunt & in Daniam avexerunt & unà pecuniam, qvam pro liberatione Soror ipsius solverat, ubi tamen honestè & benè habitus est Soræq; obiit. Cædis in Danos à præfecto suo Jona Resio Schalholti admissæ suspectus fuit, sed juramento & judicio absolutus est, adhuc tumulus visitur, ubi duodecim Dani, qvi illo tempore occidebantur, sepulti sunt, & ab Ephippiis nomen Sodla Höll ɔ: Sadel-Hey seu *Ephippiorum collis* sortitus est. *Hæc Resenius.*

Est etiam locus in Scania, qvi simili nomine vocatur Sadelsbierg, ubi eqvus sessorem ISARNUM Archiepiscopum Lundensem ob seditionem rusticorum in Stöwede, qvos boum loco aratra subire coëgerat, fuga sibi consulentem unà cum ephippio negligentiùs strato excussit vid. Magn. Matth. Ser. Episcopor. Lundens. à Th. Bartholino editam p. 110.

Adest Tabula vetusta authore Henrico Christierni *Abbate 1524, qvam descripsit, descriptam edidit* B. Joachim. Wielandus *Consiliarius olim Cancellariæ atq; Typograph. Regius sub hoc nomine:* Tabula Cistersiensium Sorana *exhibens Catalogum Abbatum Soranorum, item Catal. Illustrium Soræ sepultorum unà cum annexa* Genealogia Dni Absalonis *Archiepiscopi. Havniæ 1712.*

Inscriptiones parietum Templi.

In meditullio ad plagam australem.

Ds VALDEMARUS Rex Pater MARGARETE.
Ds Ebbo Oluff Glugsun.
Da Cecilia uxor Ebbonis.
Ds Olaus Pincerna Ebbisun.
Da Margareta uxor Olavi.
Ds Johannes Olaffsun.
Ds Andreas Pincerna Olaffsun.
Ds Andreas Anderssun.
Ds Johannes Andreæ frater ejus.
Da Margareta filia Olavi Ebbysun comitis Ernesti uxor.
Da Cecilia filia Margarete uxor Andreæ Nicolai.
Ds Henningus Potbusk Marschalchus.
Ds Hemmingus filius Olavi Ebbisun.
Ds - - - Snubbe Hemmingsun.
Ds Nicolaus Drukkin frater hujus.
Da Margareta filia Hemmingi Olaffsun.
Ds Henricus Arlwgsun.
Ds Jonas dictus Byng.
Ds Petrus Nicolassun de Almania.
Da Ingefrit uxor Petri de Nebby.

Ds Henricus Christierni Abbas hujus domus.
Ds Andreas Taghesun de Nebby.
Da Ingefrit uxor Andreæ.
Ds Thwly Akkæsun cum uxore sua Ingerta.
Da Kyæ Thelugs uxor Johannis Olafs.
Da Christina uxor D. Asceri.
Nicolaus Drukkin.
Eschillus Snubbe.
Ds Benedictus Byng.
Ds Johannes Rut.
Ds Geordius Rwt.
Ds Doctor Lagho Urnæ Episcop. Roschildensis.
Ds Michaël Rwt cum Elsebe & Katherina uxoribus suis.
Olaws Grubbe armiger de Kyby.
Jacobus Brimlæ.
Da Katerina mater hujus, uxor Dni Johannis Grim.
Ds Nicolaus Jurissun Canonicus Roschild.
Absolon Geratsun.
Nicolaus Hakensun.
Ds Joon Anderssun.
Da Wlff filia Dni Juris, uxor Dni Joon Gisler.
Ds Ericus Walkendorp Archiep. Nidros.

In meditullio ad plagam septentrionalem.

Ds Andreas Sunonis Doctor Theo. Archiep. Lund.
Ds Absolon.
Ds Johannes.
Ds Johannes Andreæ Grosu.
Da Lucia uxor hujus eximia & valde nobilis matrona.
Ds Petrus Andreæ frater hujus.
Ds Petrus filius Dni Petri filii Ebbonis Skelmsun.
Da Ingeburgh filia Dni Ernesti Comitis de Glykken.
Da Ingrith uxor Dni Petri Ebbysun de Knardrop.
Ds Alexander Nepos Dni Absolonis Archiepiscopi.
Da Ingyfrid mater Alexandri, soror Absolonis Archiepisc.
Ds Petrus Senior filius Sunonis Ebbis. Episcop. Roschild.
Ds Absolon Rööd filius Alexandri.
Da Margareta uxor Dni Alexandri.
Ds Ascerus frater Alexandri.
Ds Andreas Nicolai nepos hujus.
Ds Wongh Gallen.
Ds Arræ Staff propinqvus Absolonis.
Da Lucia uxor hujus valde nobilis matrona.

Ds Ni-

Ds Nicolaus Stabularius consobrinus Archiepiscopi.
Ds Jonas Hemmingsun.
Da Jaret uxor Jon Hemmingsuns.
Arma materna Dni Hinrici Abbatis Anno Domini MDXV.
Ds Jon Gisll.
Da Asa filia Jon Hemmingsuns uxor Sundwit.
Ds Johannes filius Jon Gisl.
Da Witz filia Jaret, uxor Jon.
Ds Petrus Otthæsun.
Ds Nicolaus Absolonis.
Nicolaus Jensun, dictus Iudas.
Ds Thuco dictus Pwst.
Da Rikytza Comitis Ernesti filia.
Ds Ericus filius Erici Barnunsun.
Ds Sckelmo, frater Dni Wlff Episcopus Arusiensis.
Ds Nicolaus dictus Hwitting.
Da Gertrudis, uxor Dni Erici Barnunsun.
Da Christina, uxor Dni Nicolai.
Johannes Hwitting.
Johannes Nawl.
Petrus Hinrici.
Ds Johannes Thorberni.
Ds Jacobus Iohannis.
Laurentius Henrici Armiger.
Da Catherina, uxor Dni Iohannis Thorberni.
Ds Fredericus, Episcopus Slesvicensis, sepultus in muro sanctuarii.
Anno Dni MDXV reparata sunt hec sub Dno Henrico Abbate hujus domus A anno suo.

Ad Baptisterium à parte boreali.

Ds Gerardus Dux de Svartzburg.
Ds Ernestus Comes de Glyken.
Ds Albertus, Ds Nicolaus, Ds Iacobus.
Comites de Hallandia hujus loci Promotores fidelissimi.
Da Margareta uxor Comitis Alberti von Gs Dotter.
Ds Thuco, filius Dni Skelmonis Hwidæ.
Da Gudæ, uxor Dni Tuchonis Skelmsun.
Ds Stygh, filius Tuchonis.
Da Christina, uxor Dni Stygh.
Ds Tucho Stygsun.
Ds Juris Stygsun cum Da Margareta uxore sua.
Da Gunild mater Hulmfrit uxoris Esberni Snaræ prime.

Ds Nicolaus Raalam cum uxore sua Iuliana.
Da Ellæ, uxor Ascel Juliensun, mater Nicolai.
Ds Karolus, frater Dni Wlff qvondam Dux Svecie.
Da Ingert, filia Cecilie de Petersburg, mater Skelmonis & Petri, Episc. Arusiens.
Ds Wlff, frater Dni Skelmonis Episcopi Arus.
Da Wna, uxor Dni Wlff.
Ds Christianus, filius Dni Wlff.
Da Margareta, filia - - -
Ds Tucho Stygsun Prepositus Roschild.
Ds Skeggo dictus Skeggie.
Ds Tolff Michelsun.
Ds Nicolaus von Glun, filius Ingert de Burg.
Jomfru Anna, Soror Regis Cristoferi de Bavaria.
Ds Petrus Hosöl D - - - - ost.
Dux Gutormus, pater Helene, uxoris Esberni Snaræ ultime.
MDXV. reparata est hæc Ecclesia sub Dno Hinrico Abbate. A°. 49.

Ad plagam australem.

Ds Petrus Lundens. Archiep.
Ds Petrus junior
Ds Hinricus
Ds Johannes Krag Roskiln.
Ds Petrus Arusien Epi. hujus domus benefactores Eccl. (etiam) præcipui.
Ds Olaws Glug gener Dni Ebbonis filii Skelmonis candidi
Da Gythæ filia Ebbonis, uxor Dni Olavi Glug.
Da Margareta filia Dni Olavi Glug de Bavelse.
Ds Thuly Boson filius Dne Margarete.
Anno Dni MDXV renovata sunt viglilia Michaëlis hec CMFIKS.
Petrus filius Dni Twly Bosun.
Da Kunegundis Ducissa Jutiæ Australis, qvæ obiit in Nordorp & hic sepulta.
Ds Ingvarus, filius Dni Olavi Glug.
Da Margareta, filia Dni Tuli Booson.
Ds Jacobus Ingvari.
Ds Esbernus filius hujus.
Ds Ebbo Söör, filius Esberni.
Nicolaus, filius Dni Olavi Glug.
Petrus Nicolassun.

Hem-

Hemmingus, frater Petri.
Ds Gummo, filius Dni Olavi Glug.
Da Christina, uxor Gummæ Olafsun.
Hic desunt nonnulla temporis injuriâ.

Ex Ordine Nobilium.

In medio Chori jacet SUNO EBBONIS *filius*, *Frater* Asceri Ryg, & *Pater* Andreæ Sunonis *Archiep. Lundens. cum uxore sua* Cæcilia, *qvibus elegantissimum hocce à* Saxone Grammatico *compositum est epitaphium teste Cel.* Thoma Barth. *Filio vid. Tomum Mss. Bartholinianum lit. D. insignitum in Bibl. Academ.*

Busta tegunt Cineres SUNONIS CECILIÆq;,
Qvos mors disjunxit fors combinaverat æqve,
Uxoris decus ille fuit, decus illa mariti,
Par decus amborum, generis par splendor aviti,
Strenua militiæ virtus effulsit in illo,
Illa pudicitiæ micuit signata sigillo,
Non hæc tanta fuit tanto nisi conjuge digna,
Tantos tamq; pares junxit fortuna benigna.

In Choro, ut vocant, Prioris.

Anno Domini MCDXXXV sepultus est hic Vir Nobilis THORBERNUS JENSUN cum uxore CATHARINA. Orate pro eis.

In medio Templi ambitu.

Hic jacet
HANS VAUNO
de Vesterbye, qvi obiit Anno Domini MCDLXXXIX, ac uxor ejus CECILIA, qvæ obiit Anno D ---

In Presbyterio pone Altare.

Epitaph. Nobiliss. Viri M. HENRICI CHRISTIERNI *Senatoris qvondam Regni Daniæ & Abbatis Sorani marmori unà cum insignibus & effigie ejus incisum:*

Una mihi spes est, cum Christo carne resurgam.
Progenie clarus, virtute clarior, alto
Abbas HENRICUS clauditur hoc tumulo.
Annis ipse novem * VITSCHIÆL, sex præfuit ESROM,
Huic triginta uno subdita SORA fuit.
M qvoq; D ter X simul octo, mense Decembri
Luceq; ter dena morte peremptus obit.

* *Monasterio* Vitæ Scholæ *in Cimbria, hodie prad. nobil. Biörnsholm.*

In medio Templi ambitu.

Hic jacet
NICOLAUS FIENDESUN
de EBBESLEEF, cum uxore sua.

Alii legunt: FRENDÆSUM & ERROSLEF, *item* ERNESLET.

In tabula circa Pulpitum.

Memoriæ æternæ, præclaræ indolis & ſummæ ſpei Adoleſcentis

JOHANNIS STYGGÆI

Parentibus Nobiliſſ. Præſtantiſſ. Dno Mauritio Stygge Hæreditario in Holbechgaard, Generalis fori Cimbrici Judice Primario Regioq; Præſide in Guddum & Dna Anna Lyche prognati, apud Parentes primùm ab ipſis ſtatìm incunabulis ad pietatem, artes, lingvas, honeſtatem cœteraq; bona & decora formatus, mox verioris inſtitutionis ergo Arhuſiam ablegatus reliqvis commilitonibus celerius ac promptius ſingula addiſcebat. Aſt peſtis ſævitia, fas fandi ſit, ei ſemper intenſa inde ad ſuos repulſus, apud eos privati Pædagogi ductu qvàm diligentiſſimè literis per biennium incumbebat, usq; dum Præceptor vir bonus & doctus legitimè ad Eccleſiaſticum munus obeundum vocaretur. Poſtmodum, qvod doctrinæ capeſſendæ ſtudio flagraret maximo, in Regiam hanc Sorenſem Scholam à ſuis transmiſſus, ſcientiis elegantioribus hìc gnaviter invigilabat, morum qvin etiam ſvavitate omnium gratiam ſibi conciliabat, ſummamq; de ſe exſpectationem excitabat. Verum ob hæc Deo, qvàm hominibus carior, in cœleſtem patriam peſte abreptus, corpus paulum ſaltem hìc commendatum donec ad familiare ſepulchrum in Holbecenſi templo transveheretur.

Hæc autem Viator inſpiciens vel meo exemplo, mundanis omnibus neglectis, vivere rite Deo diſce, rite mori. III Cal. Qvintil. A. CIↃ.IↃXCIII.

Jacobus Biorno de Steinholt Cognato deſideratiſſimo lugens, meritò mœrens p.

Ex Ordine Eruditorum.

In Choro Converſorum.

Anno Domini MCDXLIV in craſtino natalis beati Johannis Baptiſtæ ſepultus eſt hìc Venerabilis Pater

Dnus NICOLAUS CLEMENTIS

qvadrageſimus Abbas Soræ, qvi præfuit qvinqvaginta duobus annis, & profuit in multis, cujus anima Deo vivat. Amen.

Epitaph. marmoreum in medio templi ambitu.

Anno Domini milleſimo qvingenteſimo qvinqvageſimo ſexto, die triceſimo Junii ſepultus eſt hìc Venerabilis Pater

NICO-

NICOLAUS JASPERI

qvadragesimus octavus Abbas Soræ, qvi præfuit octodecim annis.

In medio templi ambitu conspiciendum se præbet marmoreum Abbatis OLAI KARSEMOSE *monumentum, ubi legas:*

Qvisqvis es! humanis noli confidere rebus,
Tam nihil est magnum, qvin qveat esse nihil.

OLAUS LAURENTII

qvadragesimus nonus Abbas hujus domus obiit die decimo Maji ætatis septuagesimo septimo, præfecturæ nono, Anno Domini millesimo qvingentesimo sexagesimo qvinto.

Ibidem curioso oculo se sistit marmoreum Fratris JONÆ *cujusdam Monachi Sorani monumentum tali epigraphe:*

Abbati gratus famulus jacet hic tumulatus,
JONAS ablatus nobis, sanctis sociatus,
Jerusalem repetit bis, ter Romamq; revisit
Et semel ad sanctum transiit hic JACOBUM.

Epitaph. Mag. HILARII JOHANNIDÆ, *qvi cum Hafniæ Mathesin aliqvamdiu summa cum laude professus esset, correptus mania, qvâ & ad vitæ exitum laboravit plurimis annis, Soræ mortnus est Anno Domini 1567 die Apost. Simonis & Judæ.*

Scania qvo multum docto gaudebat alumno,
HILARIUS fatis pressus & actus abit,
Floruit attamen hic Musis & clarior arte,
Dum mens in vegeto corpore sana fuit;
Ingenii primùm, tum vitæ lumine cassus
Occidit, ablatum reddit utrumq; Deus.

C. M. ɔ: Christ. Machabæus.

Vince bono malum!

Mag. JOHANNIS MICHAELIDÆ

Randrusiensis, Cantoris & Canonici Lundensis cineres hìc qviescunt, qvi primus Rector Herlufsholmensis Scholæ felici ac laboriosa opera juventutem in pietate, bonis moribus & literis instituit. Evangelium Filii Dei in Ecclesia Herlufsholmensi & Arce Friderichsburgensi cum fructu docuit. In aulam à Rege FRIDERICO IIdo sanctæ memoriæ vocatus, ut carissimum Filium CHRISTIANUM IV. summæ indolis Principem, qvi nunc feliciter regnat, bonis moribus & literis erudiret: periculosi officii munus tranqvilli animi probitate solerter & diligenter adimplevit. Post longos & benè transactos officii labores Præses hujus Regiæ Scholæ Sorensis constitutus, tandem piè & placidè

cidè obiit Anno MDCI ipsis Idibus Decembr. Hæredes benè merito posuerunt.

P. Memoriæ ergo Beato in Domino D. Doctori
ANDREÆ CHRISTIANI Filio
Ripensi, Philosopho qvondam & Medico Hafniæ excellenti ac demum Præfecturæ Sorensis per qvinqvennium Administratori integerrimo Marito suo longe desideratissimo ABIGAEL SVANINGIA monumentum hoc M. P. Obiit pleuresi XXVI Nov. Anno Domini MDCVI ætatis LV conjugii XXI.

Epitaph. Celeb. JOHANNIS MEURSII *Græcæ primùm lingvæ in Lugdunensi Batavorum inde Hist. & Politices in Alma Sorana Professoris Famigeratissimi:*

Adesdum Viator, Aspice heic
JOANNEM MEURSIUM,
Nec majora qvære elogia, testantur viri scripta, qvòd majus hoc nomine nihil habuerit Sora.
Natus CIↃ.IↃ.LXXIX. Denatus CIↃ.IↃ.CXXXIX.

In Cippo ejusdem legitur:

JOHANNI MEURSIO
Marito benè merito, cum qvo nunqvam redii in gratiam, annorum duodetriginta uxor, mater trium liberorum cum duobus superstes, post mortem etiam heic futura resurrectionis socia & conjux piè feci.
Anna Katharina de Bilderbeck
CIↃ.IↃ.CXXXIX.

Subjecta recubat CANUTUS molliter urna
PETREJUS, claræ qvem genuêre Ripæ.
Ingenium Musis cultum florentibus annis
Est ubi Balthiacis Hafnia cincta fretis.
Post Witeberga, viris semper fœcunda disertis,
Instituit, celebrem contribuitq; *Gradum;*
Sed tandem sacri Lectoris munere functus,
Soræ grassanti morte peremptus obit.

Conditorium
JOACHIMI BURSERI
Camentio-Lusati Med. D. qvi postqvam Annæbergensium Reip. Medicus Ordinar. lustra duo, terna verò Academiæ huic Soranæ primus tum Medicus, tum scientiæ naturalis Prof. Publ. inservisset, esse inter mortales piè desiit die 28 mensis Aug. Anno ætatis LVI. Æræ Christ. CIↃ.IↃ.CXXXIX.

Vidua

Vidua Christiana Seifarti Annæbergensis cum relicta pupillorum triga posuit.

Hic carnis universæ resurrectionem exspectat Vir plur. Reverendus, Clariss. & Doctiss.

M. NICOLAUS MARTINI SCHELDERUPIUS

p. m. qvi postqvam in Schola primum Hafniensi 2 annis Con-Rectoris, deinde in hac Reg. itidem Schola Rectoris munere 4 annis egregiè functus esset, tandemq; ob eximiam doctrinam moresq; probatissimos ad Professoriam dignitatem evectus in Eq. ac Regia hac Academia Sorana Logices Doctor 12 annis & demum S.S. Theolog. Prof. Verbiq; Divini Minister 8 annis immensos labores curasq; difficiles fideliter ac patienter sustinuisset, vitamq; sinceram & homine Christiano dignam totis 53 annis in his terris exegisset, fusis ad Deum Opt. Max. ardentibus precibus beatissimo fine supremum explevit diem Ao. Messiæ CIↃ.IↃ.CXL. 4 Nov. Vidua mœstissima Dorothea Johannis Wolffia cum qvatuor liberis superstes marito benè merito, qvi cum 14 annos, menses 5 sine ulla qverela in qvieto & honesto conjugio vixerat, monumentum hoc saxeum poni curavit.

Nobili & Reverendo Viro

JOACHIMO KRAKEVIZIO

Pomerano Histor. & Philosophiæ moral. in Academia Gryphsvald. primùm ac deinde in Reg. atq; Eqvestri Sorana S.S. Theol. Profess. ac Pastori Primario Marito desideratissimo piè vita functo V Iduum Febr. An. Servatoris CIↃ.IↃ.CXLII. amori testando posuit mœstissima Vidua Maria Viri Clarissimi Joachimi Burseri filia.

BENEDICTO & NICOLAO ANDERSONIIS Friderichstadiensibus S.

Incluta mors! Frater Fratris dum funera curat,
Tam pulcris curis captus & ipsus obit.

Natus XVI Maji CIↃ.IↃ.CXXXIV.	Natus IX Jul. MDCXXXVII.
Denatus V Oct. CIↃ.IↃ.CLIV.	Denatus IV Oct. MDCLIV.

Terra, parens, Schola, mens, studium, qvadra, fama favorq;
Forma & temperies una fuere duûm.
Una valetudo, mors, bustum, tempus humandi,
Una resurgendi restat utriq; dies.

p. NIC. STUB.

Inscriptio Calicis argentei.

Anna Maria i
Hesid Mekior Baltasar Josper Jhesus Maria Ann
Jhesus help Sãcte Volae
Ave Maria gracia plena Dominus tecum beneditata tv
Help Sancte Dorete Aamn
Jhesus Mari Anna Johanes Matie Morici helpo.

Inscriptio campanæ principis.

Feria tertia post festum Visitationis Marie Anno Domini MDX° Maria, Anna, Caterina. net pna.

Inscriptio Crucis.

Omnia in laudem Dei 1521 XPS. VICI.

Apposita sunt Insignia Nobilis cujusdam URNII.

Inscr. Capsulæ in muro Boream versus.

Victor ab invictis sociis Sabinaq; virgo
Claudimur hoc loculo. Solvite vota Deo.

Columna ad plagam borealem ostendit effigiem hominis in olla impositi cum inscriptione:

Altare S. Erasmi Sanctorum auxiliat.

Inscriptio Phialæ ligneæ in Sacrario sepositæ.

Saa ofte som JEsu Nafn det høres,
Da knælis alle Ting paa Jorden røres,
Retfærdighed er nu slagen til Død,
Sandhed har hverken Øl eller Brød.
Falsk oc Svig til Verden er fød,
Troe oc Lofve er plat forød;
Derfor see nu vel for dig,
Thi Troeskab er nu gandske underlig;
Judas Kyss fornyes endnu,
De faure Ord ere ikke alle sandrue.
En leer ad dig undertiden oc smigrer fast,
Ganter, var tilfreds du laae bunden i Bast.
Den, som hver Mand til Tache vil tiene,
Forster oc Herrer sine Penninge lene,
Oc mange Ilde tillige optænde,
Hans Sag paa det sidste faaer en underlig Ende.
Vilt du af nogen snarlig lære,
Hvad Grund oc Art i hannem mon være,
Da kand du aldrig bedre end saa,
End du lader hannem en Befalning faae,

Saa

Saa skal det strax give sig tilkiende,
Heller hand til got eller ont vil vende;
Thi dette Ordsprog bruges i alle Huus,
Kat knurrer ikke giern for hun faaer Muus,
Oc ingen Rage-Knif rager skarper eller verre,
End en Trygler, naar hand bliver en Herre,
Du finder oc ikke et hofmodigere Diur,
End en Tieniste-Pige, naar hun Hustru i Huuset blifver.

Peder Pedersen Svorer (ɔ: Dreyer *Tornator*) i Nestved giore dette Skaale Anno Domini 1557.

Inscriptio Altaris.

Vincla, alapas, flagrum, ludibria, vulnera, mortem,
Hæc ego non mihi sum, sed tibi passus homo!
Contortum nostrum, qvod stillat sangvine, prælum
Adversum æternam dat tibi pocla sitim.

1656.

In Tabula vicina penicillo adumbratam Apelléo offendas S. Cœnam, adjunctis carminibus:

Cœlestes epulas instruxit cœlicus Hospes,
Apponens animæ fercla beata piæ,
Qvi cupit huic dignus conviva accumbere mensæ,
E vili sursum corda levabit humo.
Corpus adest pani, sociatur sangvine vinum,
Hæc miro jungit fœdere sancta fides.

Inscriptio Arculæ, qvâ hostia servatur:

Jesu Christo sacrum. Ingens æternitatis thesaurus exigua heic arcula tegitur, ut detegatur eis, qvi animam corpore sanari volunt, qvod seriò exoptant Corporis Christi æstimatores.

Henricus Ernstius & Sophia Fabra.

1658.

In Monasterio Sorano legebatur olim distichon:

Doctorum famuli sunt omni tempore tardi,
Sudant qvando vorant, sed frigent qvando laborant.

Vid. Nath. Chytræi Delic. Itin. & Thom. Barth. de Med. Dan. Domest. p. 383.

P. S.

Ex Msto, qvod nuper sumus adepti, complura Nobilium Soræ *humatorum Epitaphia complexo, unum alterumve, qvæ potiora videantur, integra dabimus, momenta reliqvorum, cum pleraq; verbosa nimis, excerpsisse contenti.*

In aperto sepulchreto, qvod GEORGII ROSENKRANTZII *audit.*

Her under hviler Velædle og Velbaarne Mand
JÖRGEN ROSENKRANTZ

til Kielgaard, som den XI Julii Anno MDCVII er fød paa Rosenholm, og saaledes hafde anvendt sine Ungdoms Aar, at hand siden sin Livstid meriterede at tiene trende Høyloflige Herrer Kong Christian den IV. Kong Frid. den III. og vores Naadigste nu Regiærendes Arve-Herre Kong Christian den V. nesten et halfhundrede Aar for Secreterer, Oberste Rentemester, Amptmand over adskillige Lenne og endelig paa 20 Aars Tid for Hofmester paa det Kongel. Academie Soröe. Anno M.D.CXXXVII kom hand i Ægteskab med den Velbaarne Frue Fr. Christentze Juel, udi hvilken GUD hannem med 5 Sønner og 5 Døttre velsignede. Disse og andre Lykkens Gaver ansaae hand ikke som et Lykkens Barn, men som et GUds Barn hastede derfra til den, fra hvilken alle fuldkomne Gaver kommer; som hannem ved et Christ-ondskengt Endeligt den 8 Januar. M.D.CLXXV sit Alders LXVIII Aar til sig annammede. etc.

Ibidem sepulta est Vidua ejus Dna CHRISTIERNA JUEL, *filia* Jani Julii de Kielgaard *Pro-Regis Norveg. & Idea Langia de Wosborg, mortua 1680 d. 11 Novembr.*

Her under hviler Erlig oc Velbiurdig nu Sal. hos GUD
OVE ROSENKRANTZ,
som er fød af Erlige Forældre, hans Fader Erlig og Velbiurdig Mand Jörgen Rosenkrantz til Kielgaard, Hofmester for det Kongl. Adelige Academie Soröe, og Erl. og Velb. Fru Christentze Juel paa Kielgaard Ao. 1647 den 10 Martii, som ved god Optuctelse og medfødde dydefuld Inclination til sit Fæderneland Tienneste, efter at hand hafde udi sine Studeringer udi Herlofsholms Schole og Soröe Academie bragt sine Studeringer til en god Perfection, siden lod sig ikke fortryde udi Krigen at tiene fra Musqveterer de Under-Charger igiennem indtil Fendrich paa 5 Aars Tid, og for hans Dyders Skyld var elsket af alle, i synderlighed af hans Ober og Under-Officerer og underhavende Soldater, men nu uden nogen gifven Aarsag paa en u-lovlig Manering dødelig blef saaret den 13 Martii 1671. hvoraf hand siden den 29 Martii strax efter udi et Christeligt Haab saligen og sagteligen hensov.

Epitaphium Generosiss. & Eruditissima Heroina BIRGITTÆ TOTT.

Her under hviler Erlig og Velbiurdig nu Sal. Frue
BIRGITTHE THOTH,
som var Christian Toth til Boltinggaard og Frue Sophie

Below

Belov til Faarup deres Daatter, föd sammesteds MDCX. Kom i Ægteskab med Erlig og Velbiurdig nu Sal. Ottho Giöe til Turbigaard Aar MDCXXXII. hvor udi hun kiærligen levede udi 9 Aar. Döde siden paa Soeröe den 8 April Aar MDCLXII. efter at hun med sine herlige Dyder og Hoy Lærdom hafde giort sig et berommeligt Nafn. GUd give hende etc.

NB. *Illa inter omnes, qvas Dania nostra multas tulit, eruditas fœminas principem sibi locum vindicat. Inclaruit inprimis vernacula Operum omnium L. Annæi Senecæ versione Soræ 1658 in folio excusa, nec non Tabulæ Cebetis Thebani Hafn. 1661. in 12. & Epicteti de animi Qviete Enchiridii aliisq;, de qvibus cum editis tum ineditis consulendus Vir Clar. Mag. Alb. Thura in Gynæceo Dan. Literato p. 116. Moller. in Hypomn. ad Alb. Barth. p. 170. & Witten. D. B. Tom. I. ad ann. 1662. Epigramma, qvô* Tottiam *nostram olim celebravit ipsa eruditi Belgii gloria* Anna Maria à Schurmann, *Versioni Senecæ præfixum, subjungere libet:*

En Senecæ magnam nunc Femina Nobilis umbram
    Et cineres tanti est ausa ciere Viri.
Huic dedit illa novam Arctoo sub sidere Vitam,
    Atq; novo edoctum jam facit ore loqvi.
Corduba cede locum, Annæi te gloria liqvit,
    Dania qvam merito vindicat una sibi.
Cimbrica Musarum Decimæ gens necte corollas,
    Nympharumq; chorus præmia digna ferat.
Qvidni Parnassi sit digna cacumine summo,
    Qvæ parit huic vitam, sed sine morte novam?

Programma funebr. in Exseqvias Nostræ Soræ editum est d. 30 April 1662. ab Acad. Soran. Præside Georg. Rosenkrantz Olig. filio.

Her hviler den i GUd nu Sal. Velædle og Velbiurdige Herre

HOLGER ROSENKRANTZ

til Bruusgaard, föd paa Knuds Closter i Fyen den 1 Junii 1645. Hans Fader var Velædle og Velbiurdige Jörgen Rosenkrantz til Kielgaard, Hofmester paa Soröe, og Moderen Velædle og Velb. Frue Fru Christentze Juel. Fra hans Fodsel er hand bleven hos sine Forældre til hans Alders 15 Aar, da hand vilde forsöge, hvad Verden gav og der med gav sig under Militien, forst under Obrist Mogens Krag herudi Danmarck. Dernæst under Obrist Maximilian Rosenkrantz i Hallenske Tienniste, siden er hand gaaet i Lüneborgiske Tienniste, hvor hand som Fendrich, Lieutenant og Captein ved Obrist Podvilas Regimente til Fods haver staaed fra Aar 1667 til 1678, samme Aar giorde hand med de Danske Campagnen paa Rugen og derefter forlod hand Krigen og kom i Ægteskab med Velædle og Velbaarne Frue Anna Brahe, med hvilken hand har avlet 6 Born og kierlig levet sin Alders Maal. In Summa, hans Ungdom har hand tilbract i Dyd og Skikkelighed,

hans Manddom i Aarvaagenhed og Mandighed, hans Alderdom har hand fuldbract i Ærlighed og Oprigtighed indtil hans Døde-Dag, som skeede den 11 Februarii 1704. efterat hand havde levet 58 Aar 8 Maaneder 11 Dage.

Nu slummer ædle Rosenkrantz,
Som bar sit Nafn med Ære,
Vel er hand død, hans Æres Glands
Skal dog forglemt ey være etc.

NB. *Jacet ibidem filia ipsius Virgo Nobiliss.* IDEA SOPHIA ROSENKRANTZ *intra parietes Nobiliss.* Marqvardi (Marqvir) Göie & Juthæ Dorotheæ Thott *educata, nat.* 1688. *defunct.* 1706. 27 *Jan.*

In patulo sepulchreto, qvod TAGONIS TOTTII *audit.*

Det er et kosteligt Medhavende i Verden at være fød af et ypperligt Blod og en giæv Stamme, men det er et kosteligere Medhavende af Verden, at gaae ud af Verden med et ypperligt Nafn og berømmeligt Eftermæle etc. Af begge kand berømmes den Høyædle og Velbaarne nu Sal. Herre

Hr. TAGE TOTH

til Thurbyeholm, Ridder, Kongl. Majestts. Høybetroede Geheime og Estats-Raad, Amptmand over Holbechs Ampt og Lands-Dommer over Siælland og Moen, fød i Schaane af Høyædle og Velbyrdige Mand Herr Otthe Toth til Næszeude og Emchsholm, Danmarchis Riges Raad, og Høyædle og Velbiurdige Frue, Fr. Dorethe Rosenkrantz til - - Hand begyndte sit Lifves Laab paa sin Fædrenegaard Zeude 1648 den 5 Septembr. Hand endte sit berømmelige Lives Laab udi Døden paa Thurbyeholm den 23 Februar. 1707 etc. Ikke denne Sl. Herres Høyadel. ældgamle Biurd, ikke hans høye Ære og Værdighed, ikke hans fortreffelige Conduite og extraordinaire Forstand kunde skaffe ham et udødeligt Legeme her i Livet, men vel et u-dødeligt Nafn efter Døden etc. Hans berømmelige Liv og Omgiængelse iblant os skal staae som Jern-Stiil indgravet i vores Minde, sær udi hans Høyædle og Velbaarne Frues Fr. Petræ Sophiæ Reedtz hendes Hierte, med hvilken hand levede saa udi 10 Aar og 5 Maaneder, at hun altid hafde ønsket hannem at leve. Sær udi 4re velartede Børns Hierter, Høyædle og Velbyrdige Frøchner Dorethe og Anna Toth, Juncher Peiter og Otte Toth, som med salte Øyne-Taare begræder denne deres berømmelige Sal. Faders alt for tilig dødelig Bortgang etc. etc.

Marito associatur Conjux Dna Petra Sophia Reetz *filia Magni Cancellarii Dni* Petri Reetz & Annæ Rammel. *Ex rythmis Danicis loco Epitaphii positis hos tantum habe:*

Den

Den udaf Dyd ey mindre end af Ære og af Stamme
Høyædle og Velbaarne og nu Himmel-Salig Dame
Petra Sophia Reetz, som var en Ejer af
Et Næsbyeholm, et Bavelsöe, men sidst af denne Grav.
Høyædel udaf Fødsels Æt, af Adel giæv og gammel,
Af Canceller Hr. Peter Reetz og Fru Anna Rammel,
I Kiøbenhafn den Femtende i BLIDEL fød hun blev
Den Tid man sexten hundrede og fem gang femten skrev.
Høyædel udaf Ægte-Vall med den Høyædle Herre
Geheime-Raad Hr. Tage Toth, som hendes ægte Kiære
etc. etc.
Høyædel end og i sin Død, hun stridde her med Ære
I fiir og fyrgetiufve Aar og twende Uger fleere.
Aar Sytten hundred tiufve just paa Enochs Dag hun vandt
Paa Næsbyeholm sin Seyer og i Himlen Kronen fandt.

Ibidem sepelitur Generosiss. Heroina Dna ANNA RAMMEL. *Momenta epitaphii diffusioris hæc sunt. Nascitur 1643. d. 28 Aug. in Monasterio Sorano. Nupsit Generosiss. Dno* Alberto Scheel de Kalholm *Ao. 1662, Cui peperit* Ottonem Scheelium, *item* Dominas Elisam & Ideam Sophiam Schelias, *nec non Virginem* Birgittam Scheel: *Maritum unacum filio amisit 1667 in Aprili. Anno deinde 1672 in Junio in templo Thurbyeholmensi juncta Excellentiss. & Perillustri Dno* Petro Reetz *de Paltsgaard, Thurbyeholm, Borlum Closter, Equiti Aurato S. R. M. Cancellario, Consiliar. Intimo, in Collegio Cancellariæ Præsidi, Assessori in Colleg. Status & summo Tribunali & Præfecturarum in Norvegia (Haderland) Hadeland s. Hordaland, Rommerige, Buscherud & Ringerig Ephoro Regio, (qvem* Amptmand *vocant) cui peperit Beat. Virg.* Sophiam Reetz & *Dnam* Petram Sophiam Reetz. *Viduata denuo 1674 d. 10 Julii altero hoc marito. Denascitur Thurbyeholmi d. 8 Jan. 1702.*

In patulo sepulchreto, qvod MAGNI HÖEG *appellatur.*

Her under hviler Erlig og Velbyrdig nu Sal. Mand
MOGENS HÖEG
til Kielgaardholm, Danmarchis Riges Raad, Hofvedsmand paa Sancte Hans Closter udi Odense, som var fød paa sin Fædrenegaard Wang Anno 1593 den 3 Nov. og faldte GUD hannem paa Sancte Hans Closter Anno 1661 den 29 Januar.

Denne Ædelig og Gudfrygtig Mand
Som faa udi Verden har Lige,
Af alle Dyder og høy Forstand,
Det veed enhver at sige,
Hand hafver lefvet berømmelig
Sig vel forholdt imod alle,
GUD glæde hannem ævindelig
Med alle sine Udvalde.

Marito associatur Conjux Generosiss. Heroina CHRISTIERNA ROSENKRANTZ *de* Arreskof, *nata Anno 1609 d. 11 Februar. in Arce Neoburgensi, denata Arreschovii d. 15 Sept. 1679 ætat. 70.*

Her hviler den fordum Hoyædle og Velbaarne nu Sal. Herre
Hr. FRIDERICH von VIEREGGEN
Hans Kongl. Majests. til Danm. og Norge etc. hoybetroede Etats-Raad samt Cammer-Herre og Amptmand over Soröe-Ampt etc. som blev fod udi Lybeck Aar efter Christi Biurd 1630. den 20 Octobr. af de Hoyadelige Familier von Viereggen og von Ortzen, hensof saligen i HErren udi Soröe den 31 Maji 1684 udi sin Alders 54 Aar. Apoc. 20 v. 6.

In patulo sepulchreto, quod FALCHONIS GIöE *audit.*

Her under hviler Erlig og Velbiurdig Mand
FALCH GIöE HENRICHSEN
til Hvidkille, som var Hoffmester for det Kongl. og Adel. Academie Soröe og Kongl. Majests. Befalingsmand over Börlum Closter, som var Erlig og Velbiurdig Mand Henrich Giöe til Thurbygaard og Frue Birgitta Brahe deres Son, som blef fod paa sin Fædernegaard Schiöring Ao. 1602 den 8 Januarii. Og kallede GUD hannem udi Odense Ao. 1653 den 17 Sept. udi hans Alders 51 Aar 8 Maaneder og 9 Dage.

Marito associatur Conjux Dna KALDE BILLE *filia* Marci Bille de Hvidkilde & Susannæ Brochenhuus, *nata in Hvidkilde 159- denata in Engelsholm 1670. ætat. 72.*

Ibidem sepulta est Nobilissima ELISABETHA ENGLISCH, *nata in Thamsöe Ao. 1655. Uxor Generosiss.* Marci Giöe *Equ. Aur. S.R.M. à Consiliis intimis, Status & Justitiæ nec non Falstriæ Lallandiæq; Summi Præfecti* (Stift-Amptmand) *defuncta 1686 d. 15 Maji. In Rythmis sepulchralibus inter alia.*

Hun var en Venne-tröst, de armes Hielperinde,
Jeg tabte frem for alle den techeligste Qvinde &c.
Mœstus & fidelis posuit Marcus Giöe Falchsen.

Her under hviler den Velædle og Velbyrdig
MONS GIöE
Hans Kongl. Majests. Estatz-Raad, som var Erlig og Velbyrdig Mand Falch Giöe til Hvidkild, Hofmester for det Kongelig og Adelig Academie Soröe og Befalingsmand over Börlum Closter, og Frue Karen Bille af Naschebölle, deres Son, som er fod paa sin Fæderne Gaard Hvidkiel Aar 1637 den 12 Junii, og efter et Gudeligt, Christeligt Lefnet og tro Tienneste, som hand sin Herre og Konge udi mange importante Charger og Occasioner beviist haver, af GUD saligen

bort-

bortkaldet Aar 1683 den 26 Junii udi Odense i hans Alders 46 Aar og 2 Uger.

Her under hviler Erlig og Velbiurdig Mand nu Sal hos GUD
CHRISTOPHER GIÖE
til Asendrup, Kongl. Majests. Befalnings-Mand paa Sæbye-Gaard, som var Sl. Mogens Giöe til Gunderslefholm, og Hylleborg Kraus til Oxholt deres Søn, er fød paa Bollerup Aar 1684 in Nov. Begav sig i Ægteskab med Erl. og Velb. Jomfrue Karen Lange, som var Sl. Gunder Lange til Söfde og Sal. Fru Anne Hans Daatter til Faasisholm i Naare (Norge) deres Daatter, og stoed deres Brollup i Malmøe Aar 1621. og kaldet GUD hannem fra denne Verden 1652 den 1 Febr. der Klokken var tre Eftermiddag i Kiøbenhavn udi hans Alders 67 Aar, 13 Uger og 5 Dage.

Ibidem sepulta Virgo Generosiss. ANNA GIÖE *filia Domini* Henrici Giöe *de* Turbyegaard *&* *Dnæ* Birgittæ Brahe, *nata in Turbyegaard 1609 d. 18 Dec. denata in Hvedholm 1681. d. 9 Januar. ætat. 71. Item Adolescens nobiliss.* JANUS GIÖE, *filius* Falchonis Henricii Giöe *de* Hvidkild *&* Catharinæ Bilde Marci *filiæ de* Nacheböllе, *natus in Hvidkille d. 5 Nov. 1630. denat. Soræ d. 1 Sept. 1652 æt. 14. Item Soror ejus* BIRGITTA GIÖE *itidem extincta 1657. ætat. 21.*

In patulo sepulchreto, quod MARQVARDI RODSTEEN *audit.*

Her ved den alle Menniskers felles Dødelighed udi Opstandelsens Forvisning er til Hvile henlagt den ey mindre af stoer Renomie og mange Qvalitæter, end af høy uhrgammel Stand og Byrd bekiendt berømte Høyædle og Velbaarne Herre
Hr. MARQVOR RODSTEEN
til Elkiær Ridder, Hans Kongl. Majests. til Danmarch og Norge Velbestalter Admiral og Admiralitæts-Raad, Amptmand over Schanderborg og Aakiær Ampter, som var Erlig og Velbyrdig Mand Steen Rodsteen til Leerbech, og Erlig og Velb. Frue Fr. Margrete Urne deres Søn etc. Hans Sveed for sine Herrers og Kongers, samt Fædernelands velmeente Tienneste i adskillige Søe-Slagtninger, hans sær synderlige Tapperhed, hans inden og udenlands vigtige Forretninger, hans oprigtige, fromme og milde Forhold imod alle, har forhvervet ham tillige med høy Renomée det allerpriseligste Eftermæles Udødelighed i Efterkommernes Minde. Den Sal. Herre indtrædede i sin her beskikkede Timelighed paa Hörbyelund i Vensøsel Ao. 1625 den 31 Octobr. Hensov ved en sagte Død i Kiøbenhavn 1681 den 13 Maji.

Her under hviler Erl. og Velbyrdig nu Sal. Frue
Fru DORETHE SEHESTE
Velb. Marqvor Rodsteens til Leerbech, som var Erl. og Velb. Mand Hr. Christen Thammissen Sehestes til Stafgaard, Ridder, Hans Kongl. Majests. Rigens Raad, Cansler og Befalnings-Mand paa S. Knuds Closter, og Erl. og Velb. Frue Mette Rosenkrantz deres Daatter, fød paa Kallöe Slot 1637 den 10 Januar. og kaldede GUD hende i Kiøbenhavn Ao. 1664 den 21 Octobr.

Sepelitur ibidem altera Conjux Dni Marqvardi Rodsteen *Generosiss. Dna* BIRGITTA RETZ. *Inter Rythmos sepulchrales legitur non insulse:*

GUD mig til Verden lod af Adlig Herkomst fødes,
Lod mig af Lykkens Bierg og Ærens Slot ey stødes,
Velbaaren Fridrich Riss min ædle Fader var,
Den Kongens trofast Mand GUD og borttaget har.
Fru Birthe Moder min af Brahe Stamme baaren
Har Døden ved sin Lee for rum Tid og afskaaren,
En tapper Admiral og Ridder høy af Stand,
Hr. Marqvor Rodsteen GUD mig gav til Ægte-Mand.
Jeg ham ved Dødsens Bud til Hierte-Sorrig miste,
Og Enke-Standen saa med stoer Bekymring friste,
Jeg BIRTHE RISS har nu faaet Ende paa ald Sorg,
Min Siæl nu fryder sig i klaren Himmel-Borg. etc. etc.

Sepulta ibidem Virgo Generosiss. INGEBURGIS RODSTEHN, *nata in prædio Vandaliæ Cimbricæ Leerbech 1634. & denata Hafniæ d. 4 Febr. 1719 ætat. 85. filia ni fallor Dni* Marqvardi Rodsteen. *In cujus Epitaphio Rythmico hoc notabile:*

Kom see mig an
J denne Stand,
Du som saa vidt omvanker
Og lær her af,
Du til din Grav
Hver Dag lidt Muld opsanker.

Fra denne Vey
Min Byrd mig ey
Med ald Magt kunde hindre
Skiønt Ahner fleer
End sexten her
Den skulde vel erindre.

Hvis Kongen ey
Med Lovens Rey
Sligt nyss forbuddet hafde etc.

In patulo sepulchreto, quod dicitur JUSTINI HöEG.

Erlig og Velbyrdige Mand og Strenge Ridder
Hr. JOST HöEG
til Giorslöph, Danmarchis Canceler, Raad og Kongl. Majests. Hofvidsmand paa Kalöe Slot, Erlig og Velbyrdig Mands Tyge Höeg til Wang, og Annæ Wlstand deres Søn, som

som var fød paa fornæfnte deres Gaard Wang 1584 den 8 Septembr. og blev igien af den aldmægtigste GUD hedenkaldet i Kiøbenhafn Aar 1646 den 25 Maji udi hans Alders 62 Aar.

Marito associatur Conjux Geneross. Heroina ANNA LUNGE *filia Dni* Georgii Lunge de Odden, *Eqv. Aur. Regni Daniæ Mareschalli & Senatoris nec non Dnæ* Sophiæ Brahe de Birkels, *nata in Monasterio Vestervig 1610. d. 1 Febr. denata in Arce Trygerveld 1652 d. 6 Aug. æt. 43. Item binæ eorum gnatæ Nobiliss. Virgines* Anna & Sophia Höeg, *qvarum illa obiit Hafniæ 1647. æt. 14. hæc Soræ 1638 d. 15 Decembr. nata ibidem d. 15 August. ejusd. ann.*

In patulo sepulchreto CHRISTIANI FRISII

Her under hviler Erlig og Velbyrdig Mand Sal.

Hr. CHRISTIAN FRIIS

til Lyngbygaard, Ridder, Danmarches Riges General-Felt-Zeugmester og Kongl. Majests. Befalningsmand over Mariager Closter, som var Erlig og Velb. Mand Hr. Christen Friis til Kragerup, Ridder, Hoybem. Kongl. Majests. Canceler, Danmarkes Riges Raad og Befalnings-Mand over S. Knuds Closter og Erl. og Velb. Frue Fr. Barbara Vitterup til Ingerstopht deres ældste Søn, som er fød i Schanderborg den 24 Januarii 1617 og døde i Kiøbenhavn den 16 Dec. 1657. og efterlod sig sin hoytbedrøvede Hustrue Erlig og Velbyrdig Frue Fru Øllegaard Gyldenstiern Axelsdaatter til Lyngbygaard.

Filio associatur mater Barbara Vitterup, *nata in Engeltofte 1591. denat. 1653. una cum sorore Virg. Nob.* Anna Cathar. Friis *def. 1624.*

Her under hviler Erlig og Velbyrdig Mand og Ridder

Hr. CHRISTEN FRIIS

fød den 4 Nov. MDLXXXI. Kongl. Majests. Canceler, Danmarches Riges Raad udi XXII Aar, kalled af GUD den 1 Octobr. MDCXXXIX.

Ibidem situs est Vir Generosiss. GREGORIUS FRIIS *de* Aalstrup, *S. R. M. Præfectus Præfecturæ* Brunlaugleh*n*, *filius Dni* Christiani Friis *de* Kragerup *& Dnæ* Barbaræ Vitterup *de* Enggerstophte *natus Hafn. 1614 & denat. ibid. d. 12 Maji 1654, relicta Vidua Dna* Elisabetha Sophia Urne Christophori *filia de* Faareveile.

Item Virgo Nobiliss. BARBARA JUEL, *filia Dni* Axelii Juel *de* Wolstrup *& Dnæ* Elisabethæ Frisiæ *nata Lindholmii Sællandorum 1632. & denat. ibid. eod. ann.*

In sepulchreto qvod Mathesii audit.

Sepulta hic Conjux Celeb. Doct. Henrici Ernstii *Prof. Sorani & Consiliar. Reg.* SOPHIA FABER, *cujus pater (nomen in epitaphio prætermissum est) fuerat Reginæ* Sophiæ *Cancellarius & Consiliarius, defuncta 1694.*

Item Vir Nobiliss. DANIEL MATHESIUS *S. R. M. Consiliar. Justitiæ & Cancellariæ, Assessor in Supremis Daniæ Norvegiæq. Tribunalibus* (Højeste-Ret & Hoff-Retten) *& Præses inferioris Collegii Admiralitatis natus Hafn. 1673 Patre* Henrico Mathesio *S. R. M. Consiliario & Summi Tribunalis Assessore matre* Anna Sophia Ernstia, *qvi intra parietes Avi Doct.* Ernstii, *in Acad. Sorana ut & German. Belgio & Gallia studiis incubuerat, denat. 1714 d. 20 Febr. Nec non frater ejus Juvenis Nob.* Henricus Ernstius Mathesius, *studii Politici cultor, qvi Variolis decessit in Langebech 1689 d. 15 Aug. ætat. 21.*

Ibidem.

Her under hviler Erlig og Velbiurdig

HENRICH RAMEL

som var fød paa Helne Kirke Anno 1634 den 12 April af disse Erlige og Velbyrdige Forældre, hans Fader er Erl. og Velbyrdig Mand Henrich Ramel til Becchefchovf, Hofmester for det Kongel. Adelige Academie Soröe, hans Moder Erl. og Velb. Frue Margrete Scheel, Hr. Otte Scheel til Hammelmose Daatter, og bortkaldte GUD ham paa Soröe den 5 Decembr. 1648.

Item frater ejus OTTHO RAMEL *natus in Helne-Kirche 1635 & denat. 1648. Et Soror Virg. Nobil.* BIRGITTA RAMEL *defuncta 1645.*

Her hviler den af Dyd som Byrd og Blod Hoyædle og Velbaarne

OVE RAMEL

til Bekkeskow og Ugerup, Hans Kongl. Majests. til Danmark og Norge Velbetroede Estatz-Raad, som ydte Naturen sin Skyld, i det hand efter en fornuftig Affkeed fra denne Verden sødelig hensov paa Borrebye udi Sædland den XXIX Januar. Ao. MDCLXXXV. udi sin Alders XLVIII. efterat hand havde levet i et kiærligt Ægteskab med sin hoybedrovede efterlatte Hustrue Mette Rosenkrantz udi XXII Aar, og ere de imidlertid af GUD velsignede med ti Born, IV Sonner og VI Dottre, og saasom den aldmægtige GUD haver efter sin Guddommelig Villie behaget at deele halft igien med dem, saa lever nu tilbage V Born -- Sonner og -- Dottre etc.

Associatur illi Conjux MEDEA ROSENKRANTZ *de* Borrebye *&* Espe *defuncta 1730 d. 25 Jan. æt. 84. adscripto tetrasticho:*

Nobilis à proavis & origine clara parentum
Dotibus & mentis condecorata bonis,
Ingeniosa, vigil, jucunda, benigna, modesta,
Casta, pudica, gravis, condita, pulchra, proba.

Ibidem humata Matrona Nobiliss. ANNA CHRISTINA STOKFLET *nata in Bragnes apud Norvegos 1690, nupta Perillustri Dno* Oveno Ramel Sehested

ſted *S. R. M. Tribuno Eqvitum Locum-tenenti (Obriſt-Lieutenant) Toparchæ in Holby, mater 7 liberor. denata in Borrebye d. 18 Dec. 1717.*

Inſcriptiones Scholæ Soranæ.

In prima Claſſe.

Hæc loca, qvæ rebus ſtudiisq; dicata fuere,
Divinis, pietas qvod ſanxit priſca fidesq;,
Invaſere greges FRATRUM mercede rudentûm,
Qvi (Veneris / Ventris) ductum, pulſa pietate, ſeqvuti
Barbariem ſpretis ſparſerunt artibus orbe.
Hos procul hinc pepulit mediis lux orta tenebris,
Lux veri & recti, Scripturis eruta ſacris.
Hos porro hinc abiget Muſis inſtructa juventus,
Qvam fovet & format veteri nunc reddita formæ,
Dives agris, ſylvis, piſcoſis dives & undis
Sora tuis Rex auſpiciis, FRIDERICE, Secundis
Atq; tuo nutu. Te ſervet ſancta moventem
Fundantemq; ſcholas & Danica ſceptra regentem,
Imperii frenis magnum qvi temperat orbem,
Et fructu oblato faxit Schola cœpta redundet.

CHRISTIANUS MACHABÆUS ALPINAS
Ejus Monaſterii Præſes f.

Anno 1586 menſe Majo hæc Schola fundata eſt.

Af Muncke-Reſt oc Roffver-Kule,
Hvor mangen Siæl blef myrt,
Haffver Kong FRIDERICH ſtiftid en Schole
Oc den Misbrug forſtyrt.
Hvor nu i frii Konſter oc Lærdom,
Hofviſke Sæder oc GUds Dyrcke
Opdrages med Fliid den Danſke Ungdom,
At fordrifve Barbariſke Morcke.
GUd hannem gifve Lycke oc Raad,
Langt Lif, Fremgang oc hoy Forſtand,
At hand med ſaadan Chriſtelig Daad
Forfremmer GUds Ære oc ſine Land;
GUd gifve oc at denne Schole nye
Motte ſkaffe ſlig ydelig Frucht,
Der af kunde gaae langt Rychte oc Rye,
Diſſe Lande at prydes ret ſmucht.

Anno 1620 renovata. p. MIS.

Auſpiciis magni Regis, qvi nomine Chriſti
De Sacro Qvartus nomen & omen habet,
Ecce SORANARUM felici lumine ſidus
Prodit Athenarum Præſide RAMELIO.
Ecce Scholæ facies nova nunc exſurgit & illi
Ad decus æternum panditur alma via.

Adſpice cum fano triclinia cumq; palæſtra
Sacra Lycea, gradus, priſca periſtylia,
Muros, tecta, fores, habitacula, ſtrata, feneſtras,
Ut nova conſurgunt ſedulitate pia:
Pulpita caſta ſonant arguta voce docentûm,
Fornix diſcentûm vocibus ipſe ſtrepit;
Lex hinc deſidiam procul arcet & edomat omnem,
Partes qvisq; ſui muneris exſeqvitur.
Culpa recidetur pœnâ, ſi contigit ulla,
Nec deerunt unqvam prœmia digna bonis.
Hæc bona contingunt Chriſto Duce & auſpice Chriſto,
Et nutu Regis, Præſide Ramelio.
Hæc æterna tuo populo ſit, effice Chriſte,
Hinc æterna tibi gloria lausq; fluent;
Fama penetrabit Regis cum veſpere & ortu,
Ramelii nomen non Libitina teget.
Creſcet laude recens Rex, qvem Padus, Iſter & Indus
Et Rhodani potor diſcet Iberq; ferox;
Hoc juvenes puериq; canent, qvibus hocce doceri
Contigit in ludo Pieriæ artis opus;
Et qvicunq; cupit patriæ benè civis & exter,
Ramelii laudes gratus ad aſtra feret.

Anno CIↃ.IↃ.CXLIII. p. E. P. V. R. S.

5. Eraſm. Pauli Vinding. Rect. Scholæ.

Triclinii Inſcriptio.

Guſtate & videte, qvàm ſvavis ſit Dominus, qvàmq; felix ſit homo, qvi ei confidat. Filii, cum huc conveniſtis & terreſtri cibo ac potione hæc terrena corpora mox à vermibus corrodenda paſcatis, nolite cœleſtis pabuli, qvo immortales animæ reficiuntur, eſſe immemores. Ea vobis ſola Numinis benignitate contingere, ut in tantorum beneficiorum - - - - - - - - Ordimini diem cum precibus & laudibus, cum laudibus & precibus eandem finite: Eccleſiam, Patriam, Magiſtratum, Parentes vosq; & veſtra omnia Deo piè commendate: Conceſſuri ad capiendum cibum, qvæ illata ſunt, qvæq; mox inferentur, divinis verbis & precibus ſanctificate, & dum paſcimini religioſè attendite ea, qvæ è Verbo Dei ex Cathedra recitantur, & cum paſti eſtis, Deo gratias agite ejusq; laudes ad cantus ſacros perſeqvimini. Sic Deus vos tuebitur, ſic Deo veſtra pietas ſtudiáq; cordi erunt. Hæc domus exercendæ pietati & reficiendis corporibus deſtinata, renovata & exornata eſt Anno CIↃIↃCXLIV. Præſide Magn. Henrico Ramelio.

E. P. V. R. S.

Cir-

Circa Portam ad viam Regiam ducentem.

A Sereniſſimo Daniæ Rege
FRIDERICO SECUNDO
fundata,
Ab Auguſtiſſimis Succeſſoribus
CHRISTIANO QVARTO,
FRIDERICO TERTIO,
CHRISTIANO QVINTO,
conſervata,
A Glorioſiſſimo Monarcha
FRIDERICO QVARTO
Novis beneficiis aucta
SCHOLA SORANA.
C. 6.
Porta de novo exſtructa
Ao. M.DCCXXVIII.

Munificentiſſimam
Tantorum Principum
Pietatem
admirabunda ſuſpicit,
ſupplex veneratur,
ut
Devotos Regum Regi,
Obſeqvioſos Patriæ Patri
Alumnos reddat,
qvotidie allaborans:

M.DCCXXVIII.
S. M.
Picta & exornata
Ao. M.DCCXXXI.



RINGSTADII.

In Æde olim Divæ Virgini, poſtmodum Sto Canuto Duci & Martyri ſacra.

Monumenta Regia.

Indicem Regiorum, qvæ magno heic numero humata ſunt, funerum exhibet membrana Monaſtica, parieti affixa, hujus tenoris:

1.

ANno Domini MCXXX. VII Idus Januarii Sanctus CANUTUS Dux Dacie filius Regis Erici Egothæ in Cypro mortui martyriſatus fuit à Magno filio Nicolai tum Regis Danorum in ſilva Haralſtathæ & ſepultus eſt Ringſtadii ante ſummum altare, qvod tum ibi erat in Eccleſia beate Marie Virginis, qvam edificavit Sveno Noricus Epiſcopus Roſchildenſis, ſed anno Domini MCLXX dictus Sanctus CANUTUS ad aram eſt translatus VII Kal. Junii.

2.

Ad pedes iſtius precioſi Martyris ad orientem ſepulchri jacet glorioſus filius ſuus WALDEMARUS PRIMUS Ampliator hujus Eccleſie, qvi obiit Anno Domini MCLXXXII. IV Idus Maji, poſtqvam regnaſſet ann. XXVI.

3.

Ad ejus ſiniſtram jacet nobilis Regina SOPHIA uxor ſua, filia Swerchonis Regis Suetie, qve obiit anno Domini MCXCVII. III Idus Maji.

4.

Ad dextram iſtorum jacet filius ipſorum CHRISTOPHORUS Dux Jucie, qvi obiit Anno Domini M.C.LXVI. III Idus Aprilis.

5.

Infra iſtos ad orientem infra valvas jacet CANUTUS filius Waldemari Primi Rex Danorum & Slavorum, Pomeranorum ac totius Holſatie, ſed & Dux Eſthonie, qvi obiit Anno Domini M.CCX. Anno vero Regni ſui XXI III Idus Novembris.

6.

Ad cujus lævam jacet ſoror ſua RIGITZA Regina, uxor Erici Regis Suetie, que obiit Anno MCCX. VII Idus Maji.

7.

Ad orientem circa iſtos jacet frater eorum WALDEMARUS SECUNDUS Legislator Danorum filius Waldemari antedicti, qvi obiit Anno Domini MCCXLI. VI Kal. April. & regnavit XXXIX annis.

8.

Et ad lævam ejus jacet prima uxor ſua DAGMAR, filia Regis Bohemie, qve obiit Anno MCCXII. IX Kal. Junii.

9.

Et ad dextram ejus jacet uxor ſua ſecunda BERINGERA, filia Regis Portugalie, Soror Ferandi Comitis Flandrie, qve obiit anno Domini MCCXX. VI Kal. April.

10.

Infra iſtos ad orientem jacet WALDEMARUS III, filius Waldemari Secundi, qvi ſeqventi anno poſt coronationem ſuam in venatione in ſylva Rosnes per militem de baliſta caſu percuſſus in pede. Obiit Anno Domini M.CC.XXXI. IV Kal. Decembris.

11.

Ad dextram ejus jacet uxor ſua ELEONORA filia Regis Hiſpanie, qve obiit Anno Domini MCCXXXIX. III Idus Maji.

12.

Ad ſiniſtram ipſorum verſus ſeptentrionem jacet CANUTUS Dux Lalandie, filius Regis Waldemari Secundi, qvi obiit anno MCCXL. Idus Octobr.

13.

Et cum ipſo jacet filius ejus ERICUS Dux Hallandie, qvi obiit anno Domini MCCC.IV.

14.

Ad pedes ipſorum jacet Domicellus WALDEMARUS filius

filius Christophori Regis, filii Waldemari Secundi, qvi obiit XII Kal. Januarii.

15.

Deinde ad orientem reqviescit beatus ERICUS Rex filius Waldemari Secundi, qvi interfectus est & submersus à Fratre Abele in Sliæ Anno Domini MCCL. V Idus Augusti. Anno Regni sui X. Sed translatus est Ringstadium de Sleswigh per fratrem suum Christophorum Regem Danorum sub anno Domini MCCLVII.

16.

Ad pedes beati Erici jacet ERICUS Rex filius Erici Regis interfecti in Finderup MCCLXXXVI. Cujus Erici filius obiit Anno MCCCXIX. Idus Novembr. qvi regnavit annis XXXIII.

17.

Et ad sinistram suam jacet mater sua AGNES Regina uxor Regis Erici Wibergæ sepulti, filia Alberti Marchionis Brandenburgensis, qve obiit Anño Domini MCCC. III Kal. Octobr.

18.

Sed ad dextram ejusdem Erici jacet INGEBURCH uxor sua, filia Magni Regis Suetie, qve obiit Anno Domini MCCCXIX. Non. April.

19.

Et juxta eam ad austrum jacet germanus suus BYRGERUS Rex Suetie, qvi obiit Anno Domini MCCCXXI. Pridie Kalend. Junii.

20.

Et cum eo jacet uxor sua MARGARETA filia Regis Erici & Agnetis predictorum, qve obiit Anno Domini MCCC. XLI. VI Nonas Martii. Horum anime qviescant in pace perpetua.

NB. *Reg. VII. Reginæ VIII. Duces V.*

Epitaph. Sti CANUTI LAVARDI *Reg. Obotrit.*

CANUTUS

filius Regis Danorum Erici Ejegod, Dux Slesvici, Slavonie & Wandalie nominatus & coronatus Obotritorum Rex ab Imperatore Lothario, ob suspicionem Regni Danici à Patruele suo Magno filio tum regnantis Danorum Regis Nicolai simulatione secreti amiciq; collegii ad insidias evocatus VII Januar. MCXXX nefarie trucidatus in vicina silva Haralsted, inde translatus hic sepelitur, sed relatus est in numerum Sanctorum cultusq; & honores Divinos accepit

Anno MCLXX, filio ſuo Waldemaro id petente à Pontif. Romano.

WALDEMARUS PRIMUS.
Rex. Daniæ.

SOPHIA.
Uxor. Waldemari Primi.

CHRISTOPHORUS.
Filius. Waldemari Primi.

CANUTUS.
Rex. Daniæ. Filius. Waldemari. Primi.

WALDEMARUS. SECUNDUS.
Legislator. Danorum.

Regina. DAGMAR.
Prima. Uxor. Waldemari. Secundi.

Regina. BERINGERA.
Uxor. Waldemari. Secundi.

WALDEMARUS TERTIUS.*
Rex. Daniæ. Filius. Waldemari Secundi. * *pagg.172.num.10.*

Epit. Reg. ERICI Vti *cognomento* PLOGPENNING *in Slyam ſubmerſi; authore* Lagone Urne *Epiſc. Roſchild. columna in Choro inſculptum:*

Illuſtris Dacie Princeps Rex Divus ERICUS
Flumine, fraterno livore necatus & enſe,
Qvem variis ſignis ſcelerum decoraverat ultor
Chriſtus & hac condi cœlibe juſſit humo.

Epit. Reg. ERICI VII *cognomento* MÆNDVED, *ipſiusq; Uxoris Reginæ* INGEBURGÆ:

Ego ERICUS.

qvondam Rex de Dacia regnans XXXIII annos, rectus juſtitiarius pauperum ac divitum ubi jus habuerunt: Rogo omnes illos, qvibus aliqvid fortè feci (*), ut mihi per ſuam gratiam indulgeant & orent pro anima mea, qvi obii Anno Domini MCCCXIX in die beati Brixii Epiſcopi & Confeſſoris.

(*) *Ita legi & legerunt mecum plures, ſed perperam. Eſt autem foreſeci ab obſoleto verbo foreſacio, ſive forisfacio, id qvod, teſtantibus Iſidori gloſſis, idem eſt ac offendo, noceo. Hinc Galli hodieq;, licèt rarius, utuntur verbo forfaire* i. e. *pecca-*

peccare & forfaits peccata. Usus est eadem voce, sensu qvoq; eodem, divus Bernbardus, Epistola CXC. Omnium unus ille peccata portavit, nec alter inveniatur, qvi forefecit, alter, qvi satisfecit, qvia caput & corpus unus est Christus.

Ego INGEBURCH

nata de Suetia, qvondam Regina de Dacia, rogo omnes, si aliqvid eis forefeci, qvod invitè fecissem, ut mihi per suam gratiam indulgeant, & sint memores anime mee, qve obii Anno Domini MCCCXIX in die Assumptionis beate Marie Virginis.

BIRGERUS
Rex Svecie cum uxore sua
MARGARETA

NB. *Pontanus Libr. VII. p. 429.* Ejus rei (*sc. filii Magni ob scelera, ut habet Joh. Gothus, paterna capitali supplicio affecti*) nuncius ubi ad Byrgerum, qvi in insulam Gotlandiæ se receperat, esset delatus, confestim & ipse ejusq; Regina Margareta, datis vento velis, in Daniam abiere, deposita jam omni spe in Sveciam postliminio redeundi. Rex Christophorus (*sc. II.*) cui soror erat Margareta Regina, ne officio consangvinitatis deesse videretur, præfecturam Holbekensem (Spicaborch castellum Gothus vocat) ipsis permisit, non tamen eo affectu & charitate, qva frater ipsius laudatæ memoriæ Rex Ericus (Menved) qvi eorum nomine nihil non egerat. *Et pagg. 431.* Obiit anno Dni MCCCXXI Byrgerus Sveciæ qvondam Rex, sepultura honestatus Ringstadii juxta Mausoleum affinis sui Erici Regis &c. Conjux ejus ac Regina Margareta pluribus exinde annis supervixit, mortua demum anno M. CCCXLI. VI Id. Martii, eodem, qvo maritus, loci funerata. Esse verò uterq; exemplo ac documento principibus omnibusq; in excelso collocatis debet, ut commissum sibi à summo Numine imperium prudenter moderentur, qvod id, exorbitantibus ipsis, aut nimia subinde fortuna ebriis, qvàm facillimè mutari ac vertere vultum, qvæ blandita fuerat, fortuna soleat.

Ex Ordine Nobilium.

Anno Domini MCCLXXXI. sculptus est lapis iste, sub qvo reqviescunt Dominus
JACOBUS JONTZONIDES SCAWE
& KIRSTINA
uxor ejus. Orate pro iis.

Hic jacet
TEFS ROSENGAARD
de Qverckeby armiger, qvi obiit Anno MCDXX.

Hic jacet
JOHANNES SCAWE

armiger de Simentorp cum uxore sua
CHRISTINA
& cum dilecto filio eorum
PETRO.

Hic jacet Dominus
JOHANNES SCAWE
miles cum uxore sua
Domina CHRISTINA
& filio suo
Domino NICOLAO SCAWE
milite, qvi obiit anno Domini MCDLII.

Hic jacet nobilis vir
HERLOGUS SCAWE
armiger de Agilstorp, qvi obiit anno MD. & uxor ejus
Domina ØLGAARD HEMMINGSTORP.

Anno 1514 døde
Fru ANNA MOURIDTZ DATTER
Her Oluff Stigsons Ridders Efterleffverske aff Aagaard.

Hic jacet Dominus
NICOLAUS PETRI
miles de Aagaard in Jutia.

Her ligger begraffven
Sl. TORBEN OXE,
som var Hr. Johan Oxes Søn til Nielstrup oc døde paa Gisselfeld den 9 Januarii 1547. GUD giffve ham en salig Opstandelse.

Anno 1550. døde
Her MOURIDTZ OLUFFSON
Ridder af Bollerup, Hoffvitzmand til Skioldeniß.

Anno 1553. døde
Fru ELLEN GIØE
Her Mouridtz Oluffsons Ridders Efterleffverske aff Clausholm. Begge begraffne under denne Steen.

Her ligger begraffven Erlig och W. Mand
OLUF MOURIDTZØN

til

til Bollerup, Brentved och Clausholm, som var Hr. Mouridtz Olufsson Ridders Søn til Bollerup, och var hand den sidste aff den Slect paa Sværdsiden med sin Elskelige Frue

ANNE HARDENBERG

Sl. Corfitz Hardenbergs Daatter af Skioldemose, och kaldede GUD hannem paa Clausholm den 25 Junii 1573. Och lod samme hans kiære Huusfrue bekoste oc giøre denne Sepultur Anno 1575. och kaldede GUD hende 1585.

Her ligger begraffven for dette Altere Erlig og Velb. Mand

Sl. THEUS ROSENGAARD,

som var Sl. Jens Rosengaards Søn, som var fød paa Hagerup och døde i Aastoffte Søndagen effter Kyndelmiß Dag Aar 1583. GUD unde ham en salig Opstandelse.

Her ligger begraffven Erlig och Velb. Mand

JOHAN BECH

E. och W. Lau Beck til Forsløff och Fru Agatha Grubbes Søn, som døde her i Ringsted den 26 Januar. 1600.

Her ligger begraffven Erlig och W.

PREBEN URNE,

som var Axel Urnes Søn och Fru Brigitte Gyldenstiernis til Rygaard, som blef fød paa Ringsted Chloster 2 Jul. 1620. Och døde der sammesteds den 12 Febr. 1621. Under samme Steen ligger ochsaa

Sl. AXEL URNE

med hans Daatter begraffven.

Index Alphabeticus NOBILIUM RINGSTADII *sepultorum, quorum ex parte nomina & arma gentilitia in templo conspiciuntur, partim non item, quos tamen heic sepulchreta invenisse vetus docuit MSS. Posterioribus distinctionis ergo asteriscum præfigere lubuit.*

A.

Viri.	Fœminæ.
Hr. Anders etc.	Fru Anne Mouridtz Daatter
H* Anders Nielsøn.	Fru Anne Thue Renebeks Hustru.
H. Axel Krumpen.	Fru Anne Her Hendrich Meyenstrups Daatter.
Axel Urne Lands-Dommer udi Siælland.	Fru Anne Hardenberg Sl. Oluff Mouridtzøns Frue.

B.

Bertel Svecher.	Fru Bente af Farrigløse.
Bent Bille.	Fru Bente Bagge.
Bent Joensøn.	Fru Bente Her Peder Grubbis Hustru.
Bent Skaffve.	

Biørn - - -
Boe Dyre
Boe Torbensøn

C.

Casten Gouffiin.
Christopher Jensøn af Sørup etc.

E.

Erich Skaffve.
Esbiørn Knudsøn.

F.

Folmer Smecher.

G.

H.

Her Hans Beghne
Her Hans Skauffve etc.
Hans Skauffve
Hansich van Geuffen.
Haqvinus Raffsburch.
Her Hendrich.
Hendrich van Osen.
Henning Pedersøn.
Henning Spytaff
Hr. Hendrich Meyenstrop etc.
*Hendrich Buch
H. Herloff Skaffve etc.
H. Herlof Nielsøn etc.
Hans Bagge.

I.

Jacob Skaffve etc.
Jacob Skriffver etc.
Ottestrup.
H. Jens Girstinge.
Lands-Dommer i Sælland.
Jens Guffe vel potius Kyste.
Jens Lenorsøn.
Her Johan Balthorn.
*Her Jens Skaffve.
Jens Skaffve.
Jens Skaffve.
Jens Meyenstrup.
Johan Oxe.
Iffver Bertelsøn
Befalingsmand her i Closteret.

K.

Fru Cibele Niels Skaffvis Hustru.

Fru Ellen Giøe Mouridtz Oluffsøns Hustru.
Fru Ellen af Toberup.

Fru Giesse af Fridsgaard.
Fru Gyde Her Oruff Nielsøns Hustrue.

Fru Ide etc.
Fru Inger.
Fru Inger.

Fru Karine Jens Girstingis.
Fru Karine Christopher Jensøns Daatter af Sørup.
Jomfru Karine Fru Ibis Daatter.

Fru

Fru Kirstine.
Fru Kirstine.
Fru Kirstine.
Fru Kirstine aff Loffve.
* Fru Kirstine aff Battersloff.
Fru Kirstine Her Hans Skaffvis.
Fru Kirstine Hans Skaffvis.
Fru Kirstine Jacob Skaffvis.
Fru Kirstine Her Peder Grubbes.
Fru Kirstine Her Niels Axelsons.

L.

Her Lauridtz Stud.
* Lydich Hauffndorp.

Fru Lene alias Juliana
Fru Lunde forte Gundel.

M.

Matz Friis, som kaldes Spenner.
Mogens Holgersen,
Hendrich Meyenstrups Daatter-Søn.
Hr. Mogens Oluffson sive Gluffson.

Fru Margrete.
Fru Margrete Her Andersis.
Fru Margrete Her Hendrich Meyenstrups.
Fru Margrete Peder Herluffsons.

N.

H. Niels Druchen.
H. Niels Fofften.
Niels Grubbe.
Niels Herluffson.
H. Niels Herloffson.
H. Niels Jenson.
Niels Butze.
* Niels Næb.
H. Niels Pederson af Aagaard.
H. Niels Pederson.
Niels Skaffve.
H. Niels Skaffve.
H. Niels Skaffve.
H. Niels Willomson.

O. Ø.

H. Offve.
H. Offve.
Oluff Moritzon.
Otte Rauffnsburg.
Otte Svane.

Frue Øllegaard.
Frue Øllegaard H. Herloff Skaffves.

P.

Peder Bagge.
Her Peder Grubbe.
Peder Herloffson.
Peder Hvedeploug.
* Her Peder Jenson.
Her Peder Jorendtzon.
H. Peder Jornson.
Peder Skauffve.
Preddiorn Wrne.

S.

* Her Stiig Andersen.

T.

Teufs Rosengaard etc.
Teufs Rosengaard Sl.
Jens Rosengaards Søn
H. Thomas Trudsen.
Torben Oxe til Gisselfeld.
Tygge Jensen.
Tygge Trætte.
*Her Thuli Ebbesen.

Fru Thale Teufs Rosengaards Huusfrue.

Summa.

Eqvites &
Viri Nobiles - - - LXXXII.
Mulieres ac Virgines generosæ XXXVII.

NB. *Decem Ringstadii qviescunt Abbates, in eodem Mss. enumerati:*

Frans Pedersen	-	incerti temporis.
Lauridtz Pedersen	-	1408.
*Niels Pedersen	-	incerti temp.
Magnus N.	-	1415.
Peder N.	døde	1425.
Byrge N.	-	1482.
Peder Nielsen	-	1518.
Hans Maartensen	-	1537.
Niels Jensen	-	1540.
Hans Lauridtzen.	-	1561. 2 Sept.

Ex Ordine Eruditorum.

Hic jacet Frater
LAURENTIUS
qvondam Abbas hujus Loci, qvi obiit Ao. Domini MCDVIII.
in die beati Johannis Apostoli ante Portam Latinam.

Hic jacet Frater
PETRUS NICOLAI
qvondam Abbas hujus loci, qvi obiit MDXVIII.

Hic jacet Frater
JOHANNES MARTINI
qvondam Abbas hujus loci, qvi obiit anno MDXXXVII.

Hic jacet Frater
NICOLAUS JOHANNIS
qvondam Abbas hujus loci, qvi obiit anno Domini MDXL.

Corpus JOHANNIS LAURENTI hæc saxea moles
Condit, qvi & Abbas Ringstadiensis erat,
Othoniæ ac civis, septenis præfuit annis
Vir gravis ac prudens, relligione pius.

Sar-

Sarcophagus putridam carnem sumit ossaq; claudit,
Mens gaudet cœlo perfruiturq; Deo.
Obiit anno 1561. 2 Sept.

Monumentum Mag. IVARI BARTHOLINI *seqventia continet:*

IVARO BARTHOLINO,

Viro doctrina, pietate & omni virtutum genere laudatissimo, Regio hujus loci Præsidi, in Domino sanctè defuncto 28 Septembr. ann. salutis 1583. sacrum:

Pone sacros veterum tumulos & funera Regum
IVARI cineres relliqviæq; jacent.
Nempe velut scriptis illorum nomina fastis
Extulit & vivum fecit habere decus;
Ex bustis accedit honor solennibus urnæ,
Qvæ brevis exuvias cutis & ossa tenet.
Huic primos fœcunda Fionia contulit ortus,
Hic ubi contracto sunt freta pressa sinu.
Acriter excoluit florenti tempore Musas,
Ut studiis animi luxuriaret acer.
Arguto tandem satiatus melle Philippi,
Hausit doctrinæ nobilioris opes.
Huic artes, censura gravis, facundia lingvæ,
Huic natum sanæ relligionis opus.
Huic moderata fuit civilis vita decusq;,
Sinceriq; mores ingenuusq; lepos.
Consortem lecti sancto complexus amore,
In sua pro Divis pignora cara fuit,
Officiisq; sibi Proceres devinxit honestis,
Et studiit cunctos demeruisse bonos.
Munera solerti studio commissa peregit,
Illæsam tenuit cum integritate fidem.
Sustinuit varios infracto pectore casus,
Finiit eventu qvos Deus ipse bono.
At pietas reliqvas inter clarissima dotes
Enituit, cœli Phœbus ut ante faces.
Hæc radiis ditata Dei luctumq; metumq;
Abstulit, in cœlis reddidit atq; locum.

Officii ac æternæ memoriæ ergo M. F.

Parenti suo dulcissimo liberi, extremi & debiti officii ergo mœrentes posuerunt:

Inscriptio lapidis sepulchralis:

Her ligger begraffven under denne Steen Hæderlig och Hoylært Mand

M. Jffver Bertelson

Befalingsmand offver Ringsted Closter, som døde den 28 Sept. 1583. med sin Kiære Hustrue ELSE MULE etc.

NB. Pila fortunæ fuit variè exagitata BARTHOLINUS noster. Primum Hafniæ Professor erat Pædagogicus ab anno 1558., ubi cum Collegis

Professoribus non illi benè convenit, adeo ut post causam ipsius diligentius examinatam concluderent ann. 1561 d. 3 April: denunciandum illi esse, ut sibi de alia conditione prospiceret intra diem Johannis Baptistæ. Ann. 1562 decreverunt illi 60 Joachimicos pro lectione Virgiliana, ut si nollet eo stipendio docere, conferret se qvocunq; vellet. Lectionem Rhetoricam petiit, qvæ ipsi denegata est. Postea Stegensis Eccles. in Insula Mona Pastor factus eodem anno: In eo munere accusatur à Regio loci Præside cum ob non consummatum cum desponsa femina conjugium, tum ob exclusa Exorcismi verba in administrando Baptismo. Hinc morti primum, ut ipse alicubi qveritur, destinatus, Soræ in custodiam traditur asperiusq; tractatur, ut etiam veste, qva hybernorum vis frigorum arceretur, indigeret, testibus ejus litteris ad Hemmingium & alios. Tandem cum coram Rege FRIDERICO SECUNDO Soram fortè delato, sqvalore ac sordibus deformis, eruditè & disertè verba fecisset, veste statim nova donatus ann. 1572. Sorano ac Ringstadiensi Cœnobiis præficitur: Fama est, eundem Regem, adstantibus sibi aliqvando Cancellario & BARTHOLINO, dixisse, in Regni negotiis plurimum se fidei illius tribuere, sed in pietatis ac conscientiæ rebus hunc omnibus aliis præferre. Edidit Hypomnesin de extremo Judicio Vitebergæ 1565. Propositiones ejus adversus Exorcism. ann. 1566. scriptæ ut & Respons. ad invectivam Hemmingii habentur MSStæ. Conf. Er. Vinding. Acad. Hafn. p. 100 & Johann. Molleri Hypomn. ad pag. 94 Albert. Barthol. de script. Danor.

Hic jacet venerabilis Pater & Dominus Frater

PETRUS

qvondam Abbas & Restaurator hujus loci, qvi obiit anno MCDXXV die translationis S. Canuti Ducis 7 Jan. qvod indicatur verbis cuidam columnæ in Choro juxta altare ad austrum inscriptis.

Hic jacet

JACOBUS JOHANNIS

mercator, qvondam Consul Ringstadiensis, qvi obiit anno MCDXXV. tertia feria ante festum Johannis Baptiste cum dilecta uxore sua. Orate - - -

---

Columnæ in Choro inscribitur:

Anno 1242 brente Ringsted Closter aff

In Schola Ringstadiensi

templo vicina haecce visuntur Epitaphia.

Hic jacet Frater

MAGNUS

qvondam Abbas hujus loci, qvi obiit Anno MCDXV. Cujus anima reqviescat in pace.

Hic

Hic jacet venerabilis in Christo Pater & Dominus
BYRGERUS
qvondam Abbas hujus loci, qvi obiit Anno MCCCCLXXXII.

Hic jacet
JOHANNES GERSTINGE
Rector placiti Generalis Terræ Siælandiæ cum uxore sua CATHARINA. Orate pro iis - - -

NB. *Rector placiti generalis audiebat olim Judex Provincialis, vernaculè* Landsdommer. *Fora enim dicebantur* placita *&* *litigantes* placitantes. *Tribunal verò provinciale vocabant* generale placitum, *pro qvo malè legit* qvale *placitum M. Christ. Erici in Descript. Vib.*

Hic jacet Dominus
HENRICUS MEYENSTROP
miles qvondam Legislator Selandiæ, qvi obiit Anno M.CD.XCVII. & uxor ejus
Domina MARGARETA
qvæ obiit Anno Domini M - - -



NESTVEDIÆ.
In Æde Petrina.

In lapide sepulchrali:

Her hvilis tilsammen y rolighed Erlige og Welbyrdige Mand
MICKIL SESTED
til Gaffnö med sin kierre Husfrue
Fru RIGISSE GYLLENSTIERN,
som levede eth Christid eckteskab tilhobe fra thet Aar 1553 indtil GUd Almecktiste kallede hende aff thenne forgengelige Werden then 17 Dag Junii Aar 1576 og hannum ther effter Aar 1583 then 27 Dag Novembris. GUd giffve dem baade med alle sine udvalde Christne en gledellig Opstandelse paa then yderste Dag.

In lapide sepulchrali.

Hir rowet
CASPER PASELICK
auf Lidow und Rennebecksholm erbssen 1599.

In lapide sepulchrali in Choro conspicitur par Monachorum suos indutum cucullos, quorum alter calicem, alter Rosarium manibus tenet. In medio lapidis legitur distichon:

Est commune mori, mors nulli parcit honori,
Debilis & fortis venient ad limina mortis.

Circa oram abbreviaturis Monasticis:

Hic jacent reverendi Patres frater
MATIAS OLAUI
qvondam Provincialis Dacie Prior & frater
NICOLAUS BU (*)
lectores hujus loci cum
Domino MARTINO NICOLAI
Curato Ecclesiæ Beati Martini 1522.

(*) *Ad nomen* Nicol. Bu (*vel fortè abbreviatè* Brun, *cum* n & u *eadem hic pingantur figura, deficiente tamen solito abbreviationis signo*) *in extremitate lapidis adjiciuntur illa*: OB.XL. A. *Lege:* Obiit qvadraginta annorum vel qvadragesimo anno scil. ætatis.

In Baptisterio leguntur versus:

Anno milleno qvingentenoq; secundo
His fons est fusus, Baptismi constet ad usus,
Præside non pravo Claustri Silvestris Olavo.

Altera linea:

Qvarto Jacobo tunc residente probo,
Hunc causat Sveno Proconsul corde sereno,
Hujus fautorum merces Deus esto piorum.

Campanarum antiqvissima, qvâ meridies s. hora duodecima proclamari solet, hæc ostendit:

Anno Domini MCDLXXXVIII. feria tercia Dominice Trinitatis hoc opus completum fuit per manus artificum videlicet Magni & Pauli.

NB. *Restat adhuc linea, qvam nondum accepimus.*

Inscriptio januæ austrum versus ligno incisa:

Opus est istud completum anno Domini 1524 Erasmo Abbate.

In Atrio templi vulgò Baabenhuuset *parieti appictum:*

Aar 1261 tredie Nat effter Paasse om Natten effter S. Marci Evangelistæ Dag blef Nestved-Kloster brendt, siden er det flytt fra Byen til Skoven og kaldet Skov-Kloster. Aar 1271 brændte Nestved og S. Peders Kirke. Renovatum 1719.

In antiqva Sacelli ara circa imaginem Deiparæ assistunt qvatuor viri qvatuor schedulas tenentes, qvibus inscribitur:

(1) O flos florum, o electissima mulierum.

(2) O

(2) O florens roſa, mater Domini ſpecioſa.
(3) Ave Roſa ſine ſpina, egrotorum medicina.
(4) O virgo candens lilium, placa tuum filium.

In Templo S. Martini.

In epitaphio ſexti ad hanc ædem poſt ſacrorum reformationem Paſtoris B. Domini GREGORII CHRISTIANI *fil.* BROBYE *occurrunt hæcce:*

Nati Brobye penes Soram 1587. Denati Neſſapoli 1640 d. 17 Apr. æt. 53.

Ubi Jō Neſſapoli *ducit ad etymologiam hujus urbis deducendam à vicino amne* Nes-Aae, *qvi etiam pago* Nesbye *& prædio* Nesbyeholm *nomen fecit. Hinc* Neſted *quaſi* Locus *ad amnem* Nes, *& ita vulgò pronunciatur. Sed receptus ſcribendi modus* Neſtved, *qvi rectiùs ſe habet, ſvadet concurrere hic vocem antiqvam jam obſoletam* Tved (*Islandis* Tveitur) *qvæ campum vel tale aliqvid denotat, in qvam plura locorum deſinunt nomina v. gr.* Langtwed, Routwed *vel* Rugtwed, Brentwed *&c.*

Inſcriptio Baptiſterii:

MD ter qvinis annis Domini numeratis,
Hic fons eſt fuſus, Baptiſmi conſtet ad uſus.
Abbas dum reſidet vir dignus ERASMUS honore,
Cumq; JOHANNES erat populo prædicare ſalutem,
Curati dum MAGNUS erant PORS cognominatus
Et JONAS BONDE tutores Eccleſiæq;.

Schola Herloviana *olim* Monaſt. Silvaticum Skou-Kloſter *ſeqventibus gaudet Inſcriptionibus:*

In Templo.

In teſtudine Chori:

Her HERLOFF TROLLE
och
Frue BIRGITTE GIOE,
ſom gafve Friderichsborg, og Græſesgaard med meere Gods och kallede dette Herluffsholm.

Monumentum hoc in memoriam mariti erigi curavit uxor BIRGITTA GöE Ao. 1568. 12 Junii.

Dominus HERLOVIUS TROLLE

natus eſt Anno Domini 1516 die 14 Januar. Patre qvidem Viro Nobili & Eqvite Aurato JACOBO TROLLE Domino de Lillöe, Matre verò Nobili Fœmina CHRISTINA de Familia SCHAVORUM. Hic à parentibus piè primùm educatus, deinde & literis diſcendis eſt adhibitus. In qvibus cum feliciter profeciſſet, à Patre in aulam Regis Daniæ CHRISTIANI

TERTII missus est, in qva fortiter, piè & honestè se gessit. Provectus ætate animum ad uxorem ducendam appulit ac Anno Domini 1544 Dominica proxima à Festo Martini ex amicorum consilio duxit in uxorem Nobiliss. & Castissimam Virginem BIRGITTAM GÖE, Filiam Domini MAGNI Domini de Krenkerup Viri nobilissimi ac Eqvitis Aurati, olim Magistri Curiæ Regiæ & METTÆ DYDELSBACH. Postqvam autem Dnus HERLUFFUS TROLLE & Dna BIRGITTA GÖE pio sunt juncti conjugio, cogitabant nulla re magis ornari posse conjugium suum,' qvàm vera pietate erga Deum, mutuo amore & veris officiis erga omnes homines. Et qvia non solum præsenti statui Ecclesiæ & Regno benè cupiverunt, verùm etiam omni posteritati voluere consultum, fundarunt ambo ex hæreditariis suis bonis hanc Liberam Scholam Herlufsholmensem in gloriam Dei & regni utilitatem. Cum autem feliciter 21 annis in matrimonio ambo vixissent, D. HERLUFFUS TROLLE (cujus sapientia, justitia, fortitudo animi, authoritas, felicitas cum in Senatu Regni tum in aliis muneribus, qvibus perfungebatur, multis annis perspectæ fuere) præficitur Classi Regiæ adversus Svecum, & aliqvoties re feliciter gesta, tandem globulis bombardicis in brachio & in coccendice vulneratus rediit Havniam, ubi cum magno castissimæ conjugis luctu & ingenti cum Regis Optimi Divi FRIDERICI II. tum omnium incolarum regni dolore ex hac vita in invocatione Filii Dei discessit die 25 Junii Anno à nato Christo 1565.

Hic jacet HERLUFFI TROLLE sub marmore corpus,
Herois magna nobilitate viri.
Hic Auratus Eqves factus fortissimus hosti
Occurrit, patriæ gloria, fama, decus.
Hic fuit humanus, castus, pius, omnibus æqvus,
Cujus nunc castus spiritus astra colit.
Qvam genuit MAGNUS GÖE clarissimus heros,
Hac BIRGITTA viro juncta qviescit humo:
Nobilis enituit claris majoribus orta,
Sed pietate magis nobilis ipsa fuit,
Virtutis speculum matronas inter honestas
Emicuit fulgens dotibus eximiis.

Extra Chorum in lapidea tabella:

Domino HIERLUFFO DROLLE

pro sylvestri olim Claustro Monachorum illustris liberæq; Scholæ Hieruluffsholmianæ Fundatori ita de juventute ingenua benè merito singulariter.

JACO-

JACOBUS ULFELD
de Selsöe & Koxbölle Eqves literatissimus obiit 1593.
NB. *Ille est author Continuat. Saxonis MSS.*

Epiced. Divi HARALDI HVITFELDII, *Historici celebratissimi, hujus olim Lycei* Scholarchæ;

Her ligger begrafvit Erlig og Velbiurdig Mand
ARILD HVITFELD
til Odisberg, fordum Danmarkis Rigis Raad og Cantzeler og Hoffuidtsmand paa Dragsholm, som dode paa Herluffsholm den 16 Decembr. Ao. 1609. GUD forleene hannem og alle fromme Christne en glædelig Opstandelse!

Memoriæ Nobiliss. Viri
ARNOLDI HVITFELDII
de Odisberga qvondam Supremi Regis Secretarii pòst Regni Cancellarii & Senatoris. Nunc pulvis & umbra. Obiit XVI Dec. MDCIX.

Anno Domini MCDXIX. XIII Kalend. Junii
Frater MATTHÆUS
Abbas Nestvediensis per annos XXVIII magnus temporalium Provisor hujus loci constructionis reparator ruinosi, cujus anima in pace reqviescat. Amen. Orate pro eo.

Anno Domini MDL obiit Vir eruditus & præclarus
CHRISTOPHORUS JOHANNIS
Abbas hujus Monasterii, cujus anima in Domino vivit.

In marmore Oelaudico.
Memoriæ Viri Incomparabilis
D. D. JOHANNIS PAULI RESENII
Ecclesiarum Sædlandicarum Episcopi & Regiæ Academiæ Hauniensis Professoris Theologi. Is Herlovianæ pietatis admirator Scholam hanc an. 1627. binis Alumnis argento gravi redemtis locupletavit ponderéqve pari stipendium VINSTRUPIANUM Studioso Dano in exteris Academiis se exercenti hinc erogandum auxit. Evergeta eximius & illustribus meritò adnumerandus, cætera qvóq; maximus, ingenio felicissimo, judicio acerrimo, memoria firmissima, doctrina omnis generis stupenda, facundia expedita, animo in adversis infracto, in sententiis incorruptissimo, labori-

boribus officii indefesso, zelo pietatis ardentissimo, innocentia vitæ sanctissimo cum pari in literatos & orphanos munificentia, octuagenario propior Hauniæ anno 1638 animam Servatori reddidit, relictis ibidem Templo Academico exuviis mortalibus, Orbi fama & exemplo ac Scholis & Ecclesiis summo sui desiderio, hic etiam honorarium meruit, exspectans solidiorem operum mercedem in Resurrectione Justorum.

P. P. Ecclesiastes ac Præpositus PAULUS JANI COLDING 1639.

In lapide sepulchrali:

M. GREGORIUS MICHÄELIS

Hathersleviensis literis melioribus apud Roësfontes innutritus, cum pubi scholasticæ Roschildensi fingendæ novennium impendisset, Herlovianæ qvinqvennium præfuisset & cathedram hanc sacram ad decennium contrivisset, laboriosæ vitæ tædia anno ætat. 42, pater 5 liberorum, hic finivit, periturorum securus, beatæ æternitatis certus:

Viatori.

An radios intro vibret, nè qværito, qvintum,
Nam bis bina foris lumina marmor habet.
Nec dissolvendo qværes qvos morta ligavit,
Nam prima amborum nomina marmor habet.

Manes defuncti loqvuntur verum:

Iracunda redux summi fero jussa Tonantis:
Redde mihi mea sacra, nisi nova fulmina mavis.

Postremos duos versus, cum Satyrici sint & qvidem incipiant ab I R *Scholarcha* Jørgen Rosenkrantz *de se existimavit scriptos, qvòd hæredes offendisse visus esset, vidua in vocando successore nullam habendo rationem. Nonnulli qvoq; existimârunt* nova fulmina *respicere periculum, in qvo qvondam fuerat* Christianus Bollerus *tunc adhuc superstes & cujus filius erat, qvi* M. Gregorio *successerat, nam aliqvando fulgure & tonitru auriga currûs, qvo vehebatur* Chr. Bollerus, *repentè fuerat exstinctus: Alii aliò trahebant, qvæ interpretationes ut eluderentur, affinis viduæ vir Doctissimus se autorem declarans versuum, sic explicavit, ut contenderet mortuum auditores suos alloqventem se voluisse repræsentare:* Ego qvi decem annos apud vos perdidi, verbis enim & monitis surdas præbuistis aures, jam tandem à Deo irato remissus præsentissimum vobis denuncio supplicium, qvod tamen averti potest, si Deo sua sacra reddere potestis, id est, si probaveritis vos non tantùm verbo Dei attentas præbuisse aures, sed etiam in vita & moribus idem demonstrasse. *Ea data interpretatione, qvanqvam acutioribus se neutiqvam probante naribus, interqvievêre dictis de suspicionibus rumores & qverelæ.*

Inscriptio antiqvi in Chor. Altar:

Anno milleno qvingentenóq; vigeno,
Abbas me fieri jubet Erasmúsq; poliri.

NB. *Adsunt Effigies Regum* Christ. 2di & Frid. 1mi.

In-

Inscriptio Suggestus.

Anno 1623 lod Erlig og Velbiurdig Mand PALLE ROSENKRANDTZ til Glimminge, Befalingsmand paa Voringborgs Slott og Schole-Herre med sin kiære Frue, Erlig og Velbiurdig Frue, Frue LISBETH ROSENSPARR bekoste denne Prædickestoel.

In memoriam perpetuam.

E ſylvæ clauſtro AUTOLYCUS, ſed Regulus agnis
Hanc aulam pueris conſtituitq; ſcholam.
Arctois qvondam veniens ex ſtipite ab oris,
Tale cui eximii nominis omen erat.
Sic lupus ille agnos amat agnellosq; fovebit,
In ſinu ſemper, Gloria Chriſte, tibi.
Anno 1624. JOH. PAULI RESENIUS.

D. BIRGITTÆ GÖIÆ adeò illuſtri Heroinæ de tam pio conſenſu & verè virili exſecutione memorandæ ſimul meritiſſimæ:

Turris tu inſignis, tu gemma eris unica nobis,
BIRGITTA à GÖIA relligionis amans,
Majores, qvæ ſic viciſti ipſumq; Jacobum
Cum teſtis vacuis: qva tibi plena manus.
Per tanta hæc ex arce tua: ſic margaris una
Reſplendensq; ſolo ſplendidiorq; polo.
Anno 1624. JOH. PAULI RESENIUS.

In Sarcophago.

Her hviler
til en glædelig Opſtandelſe
alt det, ſom forkrænkeligt var
af Hands EXCELLENCE,
Den Höj-ædle og Velbaarne Herre,
Nu Salig hos GUd,
Herr MARCUS GÖE,
Herre til Brahesborg, Ridder, Hands Kongelig Majeſts. til Danmarch og Norrig, Geheime-Raad, Ober-Hovmæſter over det Kongelig Ridderlig Academie i Kiöbenhavn, Schole-Herre for Herlovsholms Schole.

Thi den Salig Herres Himmel-baaren Siæl, ſom her i en ond Verden altid haver oplöfted ſig fra Jorden til det ſom er her oven til, fuldkommede ſit Löb med Glæde, og blev optagen til de Förſteföddes Forſamling, blant de Rettfærdige Aander den 28 April, Aar 1698. da den næſten i 63 Aar igiennem dette Livs Beſværligheder, ligeſom Solen igiennem Skyerne, havde udglandſet med mangfoldige klare Straaler i alle Rettſindige Öyne, af höy Forſtand og berömmelig

melig Troeskab i mange og meget vigtige Forrettninger inden og uden Lands, til sin Konges Tieneste og Velbehag, af ypperlig Dyd og Forstand, og saaledes efterladt sig det mange söger, men faae naaer: et velfortient Navn; af höypriselig Nidkierhed i GUds Sager, berömmelig Vindskibelighed i Kongens höye Ærinder, ugemeen Forfarenhed og ved store Videnskaber udöved Fornuft og Veltalenhed i Raadet, ubevegelig Rettvished i Dommen, uforfalsket Kierlighed til sin Næste.

Og vil du Vandrings-Mand vide meere om ham, da spörg dennem ad, som kiendte ham, du skal fornemme, hvad hand var i Verden, dog Verden var ham iche værd.

Inscriptionem Monumenti Beati Herois Memoriæ erecti vernaculo metro prolixiorem vix qvidqvam commendat præter notatu dignum exordium:

Her hviler MARCUS GÖE, den sidste Mand af Stammen.

Inscriptio Campanæ:

Tempus ego noctis servandum prædico doctis,
Signo freta Dei prænuncia sum reqviei.

Inscriptio portæ Templi:

Anno Domini MD. Abbate ERASMO præsidente.

Inscriptio Ambitus Nosocomii.

Anno Domini MD Abbate CHRISTOPHORO.

Qvoad Scholam.

Inscriptio Portæ Herlovianæ A. 1625 à M. Paulo Jani Coldingio exstructæ:

Denne Schole er opreyst och stiftet for Herremænds och andre fromme Mænds Born GUd til Loff, den Christne Kirke til Gavn och Danmarkes Rige til Ære af Velbiurdig och Strenge Ridder Hr. HERLOFF TROLLE, Sl. Hr. Jacob Trollis Son til Lilloe, Danmarchis Riges Raad och offverste Admiral, och hans K. Hustru Fru BIRGITTE GIOE Velbr. Mands och Strenge Ridders Hr. Mogens Giöes til Krenkerup, som var Kongl. Majests. Hoffmester af Danmarch, Daatter den 26 Maji 1565.

In ambitu Collegarum vulgò Herrernes Gang.

Vive Deo, qvi est author vitæ tuæ,
Vive conscientiæ, qvæ est vita vitæ tuæ,
Vive famæ, qvæ est vita post vitam tuam.

Chri-

Chriſtum in cruce qværam,
Crucem poſt illum geram,
Hoſtes cum illo teram,
Palmam ab illo feram.

Memento	peccati tuì	ut	doleas
	mortis tuæ		deſinas
	Divinæ juſtitiæ		timeas
	Divinæ miſericordiæ		confidas.

Præceps Theologi Judicium,
Tardum Juriſconſulti conſilium,
Langvens Medici ſolatium,
Svave Philoſophi delirium,
Dic inter hæc qvid optimum?

Qv an di tri mul pa
os gvis rus ſti cedine vit.
H ſan mi Chri dul la

Subjungamus Inſcriptionibus Herlovianis ob curioſitatem & characteris perſonalis raritatem qvædam ex prolixiori illo epitaphio, non qvidem erecto, Domini Magni Bartholini Dálini *Schol. Herlov. 1608 Oeconomi Diabolicicis artibus infamis, qvi 1609 mortuo* Haraldo Hvitfeld *Scholarcha, Herlovia deſerta, contulit ſe ad* Chriſt. Friſium *ſeniorem in Borrebye, &, eò exſtincto, in Langelandiam ad* Envaldum Cruſium *de* Trancfiær, *ubi circa ann. 1619 moritur. Conſcriptum eſt illud Epitaphium à Clar.* Johanne Jani Alano *Profeſſ. Hafnienſ. ſed ex dictamine & inſtinctu Nobiliſſ. Dni* Stenonis Brahe, *qvi familiaritate* Dalini *Viteberga uſus eſſet :*

Reverendiſſ: Domini
MAGNI BARTHOLINI DALINI

Theologi magni, Myſtici, Eremitici, ſpiritualis, Philoſophì, Philologi, Politici, Juridici, Necromantici Clariſſimi, Conſultiſſimi, Ampliſſimi, Abbatis, Oeconomi vigilantiſſimi, Mechanici, Tormentarii, Bombardarii, Hydrophantæ ſolertiſſimi, conſummatiſſimi, Philophili amiciſſimi Memoriæ.

Qvi cineres & buſta legis, perſiſte Viator
Paululum & ex parvo monumento maxima diſces:
Invida fata virum clauſere, aſt neſcius orbis
Heros, an ſit Semideus, vel an omnia Dæmon,
Omnia nam parvo radiabant corpore MAGNI
Grandia, qvæ veniens tandem mirabitur orbis,
Rarus Philoſophus, Phyſicus, Cabbaliſticus ingens,
Opticus &c.
Dulce in amore mori dixit perfectus amator,
Urit voce, manu, tum greſſu, pectore ocellis,
Nec thalamis uſus juſtis, uſus nec iniqvis,
Doctus & ampullas dulci evacuare falerno
In multam noctem &c.

Divinus fuerat factus modò Practicus exlex,
Abſtruſis Sophos Magorum nigromantia nova.
Si digito attigerit ſylvam, incendit ſimul omnem,
Invitæ ſeqvebantur aqvæ, ſi ad ſydera vellet,
Dicto habiles altis piſces perſiſtere in ulnis,
Perſonat horribili ſonitu triſtiq; ululatu
Terra, tremunt montes & grandia mœnia ſaltant &c.
Dixeris invento hoc naturæ viſcera frangi,
Cum currus præcedat eqvos &c.
Ille eqvidem ſemper monſtroſa inventa DALINUS
Rettulit accepta hæc conſtanti dona Davidi,
Cui ſimilis vultu, veſtitu, mente, figura.
In parvo Magnus brevis & ſuffuſcus in albo
Corpore, fuſte potens, ferro, validusq; pharetra,
Dextris virgineum ſed neſcit volvere plectrum,
Qvo minor eſt Pſalti, non omnia poſſidet unus.
Vix ſuperi dare plura homini potuere creato,
Magnus abit, Magnusq; manet majorq; futurus,
Ultra qvis fueritq; futurus qværere noli
Scire vetant manes &c.
Huic vivo elogium poſuit veteranus amicus
STENO BRAHE.

Aliud eodem authore.

Qvicqvid habet tellus habuit qvoq; pontus & aër &c.
Vid. Reſenii Atlant. Dan. MSS.



Præſtoæ nonnullis Presbyteroneſi.

Lapis ſepulchralis effigiem Sacerdotis exhibet cum inſcriptione:

ANDREAS ANDREÆ
Curator animarum Præſtoe. Scio qvod Redemptor meus vivit.

NB. *Vixit circa temp. Reform. tam in Papatu, qvàm poſtea Paſtor loci, plurimam ſibi ſanctitatis & juſtitiæ relinqvens famam, unde & Sanctus Andreas dictus.*



COAGII.

In templo pone organum pneumaticum offerunt ſe ſeqventes rhythmi poëſeos antiqvioris:

Vaar tuſinde fem hundritt tho og halffierdſindſtiu
Tro du forviſt, jeg vil icke liu,
Denne Kircke og Torn aldſammen tillige
Blef leethet og tect, det vil jeg ſige,
Og renoveret inden fuld vell
Med Kalck og hvad der horer till.

Thet

Thet Aar halffierdsinds tiu og tryg
Blef thenne Tafle giortt af nyg,
Blef og Orgewærchet samme Tied
Renoveret med stoer Flied.
Peder Lunde, Peder Monsen tho Dannemænd gode
Samme Aar Kirchewærge baade,
Denne Tafle at bekoste til Hielp komme
Thisse effterskrefne Dannemænd fromme,
Thomis Pallesen, Peder Lunde Borgemester tillige,
Peder Persen, Niels Fransen, det vil jeg sige.
Oluf Persen, Peder Monsen, dett er sentt,
Troels Erichsen, Rasmus Sörensen alle Raadmentt,
Ther til Peder Nielsön Byefoget medt,
GUd vere med alle huer y sin Stedt.

Baptisterio nigri marmoris seqventia auratis literis inscripta:

Piæ & gratæ memoriæ, qvòd Deus O. M. Regem nostrum Clementissimum CHRISTIANUM QVARTUM, sæviente inter Danos & Svecos bello, ex infinitis & præsentissimis periculis liberatum custodierit, devictisq; arcibus Svecorum munitissimis, Calmariana, Elsburgensi, Gulburgensi & Borchholmiana, pacem nobis largitus sit optatissiam, opus hoc fieri & parari fecit cum conjuge sua BOTILDA NICOLAUS BAGGERUS AO. 1613. Psal. 71. v. 1. 5. 9.

Inscriptio saxi sepulchralis juxta Baptisterium Germanica qvidem sed minus Germanicè.

Unter diesen Stein ligt begroven der Wolgebornen ædlen gestrengen Heren Wensterman sehlig

MARTIN WENSTERMAN

gebohren in Lollandt auf Peterstrup Hof AO. 1586 auf Martini Abend, der alhir i Kiöge gewohnet hat, ist im HErren sehlig entschlaffen AO. 1648 d. 7 Marty, seines Alters 62 Jahr, mit seiner vielgeliebten Hausfrau Sehlig MARGRETA Henric Grabaus Tochter, gebohren zu Lubech AO. 1593 umb Martini, haben zusamen in der helligen Ehestandt geleben 37 Jahr, und in mittelst von Got gesegnet mit 6 Kinder, 3 Söhne, 3 Töchter, die alle schon in Got ruhen, ist sie auch im HErren sehlig entschlaffen AO. 16 - - d. ihres Alters Jahr, deris Seelen Got gnedig sei.

Testatur præterea in datis haud ita pridem ad nos literis Ecclesiastes loci Vir Rev. nostrarumq; Antiqvitatum amantissimus Dnus M. Haugaard, *usurpasse se qvondam oculis, qvi post refectum & adæqvatum ante hos qvatuor annos sacræ ædis pavimentum, disparuit, qvadratum lapidem, hacce literaturâ majusculâ complexum:*

MAARTEN WENSTERMAN.
1648.

qvem suspicatur eundem esse, de qvo in libro genealogico se legisse meminit, qvod Hafniâ Coagium tendens, cum in itinere de vehiculo velocior descenderet, præ festinatione hallucinatus in proprium, qvi ipsi in curru assistebat, inauspicatò proruerit gladium, illico transfossus, Coagiiq; sepultus.



INSCRIPTIONUM RURESTRIUM promiscua farrago.

Ad Arcem WALLOENSEM

(Ubi nuper institutus Nobilium Virginum conventus pietati & munificentiæ Serenissimæ Reginæ SOPHIÆ MAGDALENÆ *ortum, & post Deum omnia, debens) translatum est insigne illud Monumentum Runicum, qvod in aulâ* Tryggeveldensi *olim conspiciebatur, lapis videlicet figuræ fermè pyramidalis, longitudine qvatuor ulnarum, latitudine ulnæ unius cum tribus qvartis, vicino colli* Keyser-Heyen *à* Paulo Wobis *Præside Tryggeveldensi olim ereptus, qvi tot* Rogersiorum, Vulcaniorum, Lyscandrorum, Wormiorum *aliorumq; industriæ hermeneuticæ locum fecit. Diversis aliorum interpretationibus in Monumentis Wormianis lib. 2. pag. 107 seqv. obviis suam à cæteris diversam addidit Beat.* Helverskovius *S. R. M. Justitiæ Consiliarius in autographo, qvod penes nos est, Manuscr., qvod inscribitur:* Spicilegium eorum, qvæ Perfectissimus nostri Seculi Antiqvarius Wormius in Monumentis editis se fortè nescire aut simulavit aut dissimulavit. *Qvam verbis ipsius hic adducere lubet:* Trygveldense, *inqvit*, Monumentum hoc modo legendum & explicandum esse videtur:

Aug

Aug ſkeid doiſſ
daaſi aug gerdi haug dois einet
Rafnhilt L. ſuſur Ulfs ſiti ſtain
Gunul Fuil ſinglat mullen om
vidnar bi ſvair var Don Ufenti erdon Petri
ſa var die tritan ſeilti ſteindoiſſ
inc hidei Tregi.

Qvod hodierno, *inqvit*, idiomate ita ſonat:
RAFNHILT LITLE ULFS Søſter reyſte Steenene og ſkiød Doſen. GUNUL FUIL einglede Mulden om Doſen og giorde Hø-yen

ven. Dosen egnedes en hidde TRYGO. Vidner ved Leden vare Herr UFE (eller OVE) og Herr PEDER. Saa vare de tretan, som woldede Steen-Dosen.

Nos Latinè ita reddimus:

RAFNHILDIS cognomento LITLE (ɔ: PARVA, *cujus vocabuli* Lille *vel ut veteres* Litle, *nobilis hic olim floruit familia, qvam inprimis illustravit* Petrus Parvus Rosæfontanus) Soror ULFONIS lapides erexit & tumulum fecit. GUNILDA cognomine FUIL (ɔ: VOLUCRIS, Fugl, *quo adhuc nonnulli nostratium utuntur*) terram exaggeravit collemq; excitavit. Possessor tumuli fuit qvidam, cui nomen TRYGO. Testes - - (*Qvid Jô* Leden *hic sibi velit, nos latet, fortè pro* Steden. *In Runicis legit* Svair, *nescio an cespites intelligat, vernaculè vulgò* Grønsvær, *qveis fortè tumulum cumulaverint*) erant Dominus UFO (vel OVENUS) & Dominus PETRUS. Tredecim erant saxei tumuli fabricatores.

Ingenium sapit Helverskoviana illa explicatio, liberior tamen hinc inde & longius, ut videtur, petita. Mireris inter alia Hispanicam voculum Don *vernaculis hisce immixtam, nisi occidentales majorum nostrorum expeditiones redolere dicas. Ex* Trygone *hic memorato probabiliter deducitur nomen loci* Tryggewelde, *Bonav. Vulcanio Tiraqvellum; Jô* Welde *propriè ditionem notat, unde Dania ac Svecia olim audiebant Danavelde & Sviawelde. Nomen Tryggo hodie obsoletum, sed nostratibus olim freqvens, qvò inter alios clarus Pater Sti* Olavi Tryggesonii *Regis & Martyris.*

NB. *In memoriam instituti à Serenissima Regina Conventus Virginei Valloensis, Anno 1737 d. 28 Nov. solenniter inaugurati cusa bina Numismata, seqventia ostendunt, in gratiam curiosi Lectoris, licèt propriè hujus loci non sint, addenda.*

In Minore:

1. *Conspicitur hic crux à rubra pendens fasciola, in cujus media parte Augustissimæ Reginæ renidet nomen, cum epigraphe:* Candet & accendit.
2. *Altera facies hisce insignitur:*

Inaugurati. Ab. Augustiss. Regina. SOPHIA. MAGDALENA. D. G. Dan. Norv. V. G. Reg. Conv. Virgg. In. Valloe. Celsiss. Wurtenb. Ducissa FRIDERICA. Princeps. Piet. Ac. Virt. Clariss. Abbatissa. omn. Prima. Constituitur. MDCCXXXIIX. XIV. Maji.

In Majore repræsentantur:

1. *Effigies Sereniss. Reginæ seqventibus cincta:*
SOPHIA. MAGDALENA. D. G. REGINA. DAN. NORV. V.G.
2. *Regina soliò sublimis, porrigens diploma Abbatissæ, genu nonnihil inclinanti dextraq; pedum Abbatibus solitum gestanti, adumbrato eminus Conventus Walloensis ædificio splendido. Superius legitur:*

PIA. AUGUSTÆ. LIBERALITAS.

Inferius vero:

Funda. Conv. Virgg. in Valloe. M.D.CCXXXVII.
XXIIX. Nov.

In Templo pagi WALLöEBYE.

Juxta hoc marmor sepultus est genere & virtute Nobilis Dominus

OLAUS ROSENKRANTZ

Eqves

Eqves Auratus de Wallöe cum uxore sua

IDA LANGE

& liberis. Anno Domini MDXLV. 8 die Novembr. obiit Dominus OLAUS ROSENKRANTZ. Anno MDLIII. 16 die Octobr. obiit Virgo CATHARINA ROSENKRANTZ.

Ibidem:

Arbos Genealogica Nobilium BILDORUM satis fabulosa:

De Bilders Stamme-Træ.

Herr THöRNE BILDE Admiral, som er den første Mand ved Navn, haver boet paa Allinge-Gaard udi Siælland, da de vare Hedninge, hvor hand og ligger begraven i en Hoy og over hans Grav staaer en stor Steen, paa hvilken de Bilders Vaaben er udhuggen og derhos skrevet:

Her ligger begravet

Herr THöRNE BILDE

til Allinge Admiral Ao. 700 og 81.

Er saa fra den Tid af indtil nærværende Aars-Dag 1695 forløben 914 Aar. Fra samme Herr Thörne Bilde feyler 3 à 4 Bilder paa hver Side, hvis Navne tillige med Fruers, Slegt og Herkomst ikke er bevidst, hvorudover man billig maa beklage vore gamle Forfædres stoere Forsømmelse, i det faae af dennem haver været omhyggelige for at optegne deres Forældres og Forfædres Navne, samt priselige og mærkelige Bedriffter Efterkommerne til Videnskab og Underretning. Dog er det alle vitterligt, de Bilder at være en med de ældste og fornemmeste Slegter, saa og at have været gode, oprigtige og troe Rigens Mænd i Dannemarch. GUd endnu formeere og velsigne denne Slegt, at den herefter saa overflodig af Toppen paa dette Træ kand udspire, som den af Roden til denne Top er oprunden.

Fides sit penes auctorem, qvi ut plura taceam, vel sola voce Admiral Ao. 781. certe inaudita, commentum prodit.

Ibidem:

Arbos genealogica Nobilium SCHEELIORUM:

De Skeelers Stamme-Træ.

Psal. 92. v. 13. Psal. 112, v. 2.

Dette er saa vidt, som egentlig vides om de Scheeler, som har været og boet i Dannemarck. De ere ellers kommen af Meissen af Begyndelsen, og er dette den rette Old-Linie fra Fader til Søn, som her oven tegnet er; Den første af disse hede Albret Scheel, som kaldes den Lange Scheel, som var

Rigens Raad i Kong Hanses Tid og hans Hustrue var Dronning Kirstens Cammer-Jomfrue. Efter ham ere alle de andre. Det er alle vitterligt, at de Scheeler har været gode, oprigtige Rigens Mænd udi Dannemarck. GUd formeere denne Linie, at den kand blive mangfoldig af Toppen paa dette Stamme-Træ, som den er og har været af Roden til denne Tid. Anno 1656 lod jeg Thale Ulfstand Palle Urnes til Giöleboe giøre dette Stamme-Træ til ærlig og Velbiurdig Mand Christen Scheel til Jusinge, Dannemarckes Riges Raad, Kongl. Majests. Befalings-Mand paa Tryggevelle hannem, hans Born og Efsterkommere til Ære og venlig Amindelse.

Inscriptio tabulæ cupreæ pervetusta in Templo

Högerupensi provinciæ Stevonicæ:

WALDEMARO QVARTO regnante & summa cum laude validissimum Hollatorum exercitum, capto Comite NICOLAO in Fionia, pessundante, hæc Ecclesia in extremo Steftonici promontorii littore consecrata est per Dominum HENRICUM GERHARDI Episcopum Roëschildensem in honorem sancti Johannis Baptistæ & sancti Clementis Martyris anno Domini MCCCLVII feria tertia infra octavam Nativitatis Beatæ Virginis.

NB. Olaus Wormius *in litt. ad Steph. J. Stephanium ann. 1642 datis, qvas vide inter Epistolas ejus ab Illustr.* Jo. Grammio *editas ordine CCXLV. p. 237. Ante mensem circiter negotiis Academicis occupatus ad Templum Hogerupense in extremitate Stevonicæ Provinciæ situm deveni, in qvo monumentum offendi* Historiæ Episcoporum tuorum (NB. Selandicorum) *lucis haud parum allaturum, qvod non potui, qvin tecum communicarem, præsertim cum erroris Hvitfeldium convincat, & rem memorabilem ab ipso omissam pertractet, cujus epigraphen hic adjunctam cernis* - - - - - - - - - - - - - -

Vides Henricum Gerhardi XXVI numero Episcopum Roëschildensem anno MCCCLVII templum hoc consecrasse, cum tamen Hvitfeldius eundem anno 1368 in Episcopum ordinatum referat. Si Historiam Valdemari 4. *ab eodem Hvitfeldio conceptam lustraveris, videbis eam favere huic inscriptioni, non verò catalogo Episc. ab eo publicato. Refert enim pag. 526 inter Episc. qvi anno 1352. die Annunciat. B. Virg. Calundburgi convenere, etiam fuisse Henricum hunc Roschildensem, tunc igitur Episcopali mitra insignis erat.*

In templo Cœnobii Esromensis

visebatur olim hybridum istud Epitaphium:

Hic jacet JOHN PREST,
Qvi dedit suum GRAA HEST,

Nec

Nec non de ſiligine TVE LEST,
Semper comedebat DET BÆST,
Reqvieſcit in pulvere SYDVEST.

Author eſt Helvaderus Sylv. Chron. Circ. Balth. p. 46. extitiſſe ibidem ante Monaſterii devaſtationem imaginem Fratris Ruſchii *Monachi qvondam & Coqvi Esromenſis. Hiſtoria ejus rhythmis vernaculis ultima vice impreſſa eſt Hafniæ 1730, qvæ inſcribitur:* Hiſtorie om Broder Rus, hvorledes hand haver tient for Kok og Munk i et Closter og hvad hand haver bedrevet derudi: *Nomen Cœnobii tacetur falſoq; dicitur ſitum fuiſſe in Saxonia. Narratur ibidem* Fratrem Rus *fuiſſe cacodæmonem Monachis in ſceleribus & ſcortationibus miniſtrantem. Mira aliàs de eo hiſtoria relata & credita P. Reſenio, qvòd nobilis alicujus ſtiterit currum inviſibili vi, cum per jocum ille minatus eſſet liberis ſuis,* Fratrem Rus *illos compeſciturum, qvod ad Hafniam accidiſſe ſcribit ante 40 tunc annos.*

Inſcriptiones Columnæ triangularis Thiſeveldenſis:

Lat. I.

Deo Optimo Maximo Statori
&
Auguſtiſſimis Regibus
Divo FRIDERICO QVARTO
&
CHRISTIANO SEXTO,
qvòd eorum juſſu, auſpiciis & impendiis
hæc loca exitioſo arenarum incurſu,
qvæ jam diu incredibili impetu effuſæ
agros, paſcua, ſylvas, domos, integraq; rura
obducebant,
nunc feliciter liberata
atq; ad culturam priſtinam revocata
ſecuritatem tantùm non omnibus deſperatam
accepèrunt.
Advigilante territorii Præfecto
FRIDERICO de GRAM
Ord. Eleph. Eqv. S. R. M. Conſ. Int.
Supr. Venat. Magiſtro,
opus vero ſolerter induſtrièq; peragente
JOHANNE ULRICO RÖHL.
Commune agricolarum totaq; vicinia
tanto Divini Numinis
Piiſſimorumq; Patriæ Patrum
beneficio obſtricta.
M. H. P.

Lat. 2.

Her saae det ilde ud for nogle Tider siden,
Med Sand var alting takt og Faren var ey liden,
Sandhavet voxte til, floy frem, naar Vinden kom,
Og drev saa mangen een fra Huus og Eyendom.
Hvorfor Kong FRIDERICH til Landets Gavn og Beste
Lod gribe Verket an med Vogne, Folk og Heste,
Og lod, saa vidt man kom, den lose Sand besaae,
At der, hvor intet var, nu voxer Græs og Straae.
Vor Siette CHRISTIAN, vor Herlighed i Norden,
Ved ham det gandske Verk til Ende bragt er vorden,
O! at hans Æt og Sæd saa længe blive maa,
Som man kand Stov og Sand omkring ved Havet saae.

* * *

Om nogen sporge vil og haver Lyst at vide,
Paa hvem i dette Værk MONARCHEN kunde lide?
Da haver Amptmand GRAM ey hvilet med sit Oye,
Og RÖHL, som velfortient, er lonnet for sin Moye.

Lat. 3.

Schau Leser dieses grüne Landt,
So du biß an die See sihest liegen,
War neulich noch ein Meer von Sandt,
So, wo der Windt sich hingewandt,
Sandt-Wellen ließ wie Berge fliegen,
Die überschwemten Feldt und Waldt,
Strohm, Acker, Wiesen, Dörffer, Hütten
Sah man im Sande gantz verschütten,
Das überströhmte Feld droht alsobaldt
Dem nechst anliegenden mit gleicher Sands Gewalt,
Biß König FRIDERICH der Vierte
Zu erst der Noth half ab,
Dem Sande feste Gräntzen gab,
Und hin und wieder ihn mit grüner Kleidung zierte,
Worauf Sein Großer Sohn der Sechste CHRISTIAN
Das fehlende hinzu gethan;
Biß er das schöne Werck vollführte,
Daß itzt der Sand, der Seelandt wolt verheeren,
Als ein fruchtbahres Feldt muß viele Thiere nähren.
Verehre so der Landes Väter weissen Raht,
Den GOttes Macht geschencket hat,
Und wünsche daß ihr Stam auf Erden
Mag wie der Sandt am Meer und unvergenglich werden.

* * *

Es dämpft den Fliege-Sandt
Auf König FRIDERICHS und CHRISTIANS Geheiß
Des Ampt-Mann FRIEDERICH VON GRAMMES Fleiß
Und RÖHLS geübte Handt.

1738.

Eidem columnæ deſtinata erant elegantia, quæ ſeqvuntur, Carmina Latina:

Qvæ volucris qvondam patuli ſuper æqvora campi
Undat & inſanos verſat arena globos,
Mons erat & cœlo minitantia culmina fundens,
Ruribus impoſitum triſte volutat onus.
Nunc Cereris Bacchiq; ferax ager ubere glebæ
Vomeris eſt patiens, paſcua tondet ovis.
Scilicet hic ſuperis labor eſt, hæc cura Regentis,
Sollicitat QVARTUS cum FRIDERICUS opus.
At nova CHRISTIANUS SEXTUS molimina ſeptis
Claudit & amplificat fertilitatis opes:
Mella fluant illi, ventura det arbos honores,
Et vireant Patriis ſtemmata clara locis;
Gramina dum tellus feret hæc, dum littus arenas,
Littora dum pontus, ſidera olympus habet.

In hoc opere gratam ſui memoriam poſteris commendavit Inſpector Vigilantiſſimus, Conſiliarius Regis Intimus
FRIDERICUS GRAMMIUS.
Studium & operam locavit Regali munificentia compenſatam
JOHANNES ULDARICUS RÖHLIUS.
Pennam appoſuit
JOHANNES SCHRÖDER.

Anno 1627 accuſatus eſt qvidam Jacobus Helgonis, *qvòd ad fontem medicatum famigeratiſſimum Thiſeveldenſem,* S. Helenæ *ſacrum, crucem erexiſſet ſuperſtitioſæ Inſcriptionis:*

I hvem, ſom hid kommer ſyge og arme,
JEſus GUds og Mariæ Sön og S. Helene ſig over eder forbarme.

De Sancta Helena gente Sveca videatur Vaſtovii Vitis aqvilonia. Peregrinatione ſacra in Palæſtinam apotheoſin ab Archiep. Upſalenſi Stephano *meruit. Funus ejus, cum ex templo Schedevigenſi aliò transferretur, huc naufragum appulit, in littore ſepultum; hinc Monachi erupiſſe fontem fingebant, cum antea extitiſſe Deaſtro Thiſæ olim ſacratum evincat nomenclatura pagi Thiſeveld. De hoc fonte librum* Fontinalia Sacra *vocatum ſcripſit Dnus Ericus Johannis Græſtedenſis in Sialandia Paſtor.*

Ante oſtium templi Blidſtrupenſis *ſaxo inciſum legitur ſepulchrali epicedium iſtud Mag.* Franciſci Kybnii, *parœciæ hujus olim Paſtoris, Poëtæ vernaculi longè præſentiſſimi, incompoſitis verò moribus:*

Inferri ſacris manes qvia turpe putavi,
Idcirco ante fores conditus hic jaceo.

NB. *Fertur hunc sepulchreti locum ipse elegisse sibi, qvippe qvem dignum judicabat, qvi illorum mortuus calcaretur pedibus, qvibus vivus, cum ædificasse debuisset, scandalo fuerat, qvò etiam tendit inscriptio, ipso, ni fallor, authore, qvi post dissolutiorem vitam ad agnitionem veritatis pervenisse videbatur.*

Dimidio occidentem versus à Friderichiburgo milliari, ubi civitas antiqva Ebelholtensis, *Cœnobio de Sto* Paracleto *inclyta, olim fuit, jam diu ab ann. 1562, cum Arx Fridericiburgensis strueretur, solo æqvata, superest hodienum saxum sepulchrale maximum bina ostendens insignia, alterum qvadripartitum, eminentibus duobus supra galeam cornibus (Heraldicè* Beſelhorn) *adjecto 1520. Alterum tri-pennatæ cassidis galeæq; Monstrantiam Papisticam seu Hierothecam gestantis, indicato anno 1511. Oras lapidis ista cingit Epigraphe:*

Hic sepultus est nobilis Vir
AGO ANDREE
miles cum dilecta uxore sua
ANNA DOROTHEA,
qvi obiere Dronningholm. Orate pro illis. Virgo ANNA BILS DATT.

Sepultus hic olim Anno 1202 Sanctus Wilhelmus *Abbas S. Thomæ vel S. Paracleti ibidem tale nactus est epitaphium:*

Parisiis natus, dictis factisq; beatus,
Mundo sublatus, jacet hìc WILHELMUS humatus.

In templo Thierebyensi *statua qvondam collocata erat* S. Wilhelmi *Abbatis, qvam propter superstitionem plebis illinc removeri curavit* D. Joh. Pauli Resenius.

NB. *Volumen Epistolar. S. Wilhelmi MSS. satis spissum in 4to superest in Bibl. Acad.*

Portam antiqvæ arcis Söeburgensis *istiusmodi olim superbiisse ferunt inscriptione:*

Vixit Aristoteles & Alexander dominatur,
Dum per gentiles castrum Söeborg fabricatur.

NB. *Stetisse qvondam ibidem non contemnendam civitatem ejusdem nominis, Senatu spectabilem, ex varior. dipl. subscriptione per consules Söeburgenses facta didicimus.*

Carmina vernacula satis curiosa supra portam prædii nobilis Sparresholmensis *lapidi incisa:*

Weifarendis Wen Mand eller Qvinde
Denne Steen du seer vil dig paaminde
Fordum Thydt stoed heer Borge och Feste
Bischoplig Sede alt med de beste
Mars Woldgestedt saa denne Sted
Och stød den neder under Fode treed
Der mand schreff Tusind Sex Hunder och Ny
Thend 18 Marty gaa ey forby

Da

Da lod Welbyrdig Jens Sparre bestille
Thenne Gaardt at byggis effter sin Wille
Pallas och Venus Steden gaff Naffn
Sparrisholm: Jens Sparre til Lycke och Gaffn
GUd giffve dem alle her bygge och boe
J Himmerig at finde den evige Roe. Amenn.

In LOCO-REGIO (*uti* Afferoo *audit in Inscr. Sæland*: Kongsted, *ni fallor, in Nomarch: Faxeherred*) *in tabula pensili*:

Epitaphium

CANUTI N. AQVILONI,

qvi placidè pièq; decessit 4 Idus Martii 1606.

QVid, Flacce, dicis? Nil Pietas juvat?
Sic est, opinor, nil pietas juvat
Culta: en pium dura subegit
Mors silice potens CANUTUM;
Ah! stulta vox est; qvod Pietas nihil
Augusta prosit: instar enim Boni
Tantum est, ut hujus & futuræ
Præmia colligat ipsa vitæ.
Haud imminenti ferre potest moras
Letho! inqvis. Immo ferre potest moras
Letho imminenti: qvippe letho
Ante moras tulit imminenti:
Regem Jehudæ Chitzkyan vide:
Nex imminebat; totaq; fluxerat
Clepsydra: præsens hora Regi
Indice notuerat Prophetâ.
Qvid demum? inanis num Pietas fuit?
Neqvaqvam: amici respiciens Deus
Cordis fidem, qvinos morari
Jura necis ter adegit annos.
Qvin plura disces; discere nî pudor
Vili magistrum à discipulo clarum,
Vim fati amaram Dia rumpit
Altivolo pietas meatu.
Illa ipsa, Mors ut morte vacet, facit,
Immo ipsa vitam morte parat bonis
Nil extimenda. Id fabulosi
Non tibi tradiderant Pelasgi.
Hem qvid CANUTI jam Pietas non mei
Non fecit? ejus Mors vacua est Nece,
Hac ille vitam morte, lætis
Auspiciis, subit æviternam.
Vitam perenni luminis enthei
Flamma sacratam. Sic homines beat,
Sic prosperans suos coronat
Nata Deo Pietas alumnos.

WILL. WESTHOVIUS B.M.P.

Extra Urbem Nestvediensem in via fere media, qva itur ad prædium Hagested, occurrit templum Bierne-Kirke *formæ ovalis, cui litt. qvadrat. inscriptum:*

Ebbo Schialmonis Søn och hans Hustru Rheinild thi bygte denne Kircke, hvilcken Suno theris Søn haffver siden opbygt af Steen til Guds Ære och Jomfru Maries och S. Laurents.

Supra portam prædii Hagestedgaard, *qvod olim erat* Thomæ Bartholini *Avi Tusculanum incendio instructissima Bibliotheca famosum:*

THOMAS BARTHOLINUS,
Qvi famam libris, libris protraxerat ævum,
Agricolis notus jam cupit esse suis.

Visitur ad prædium Hagestedanum *insolitæ molis saxum, cujus peripheria ad octodecim ulnas accedit cum inscriptione:*

Saxum hoc ingens
Gigantei corporis
Ad maris murmur obmutescens
Et hactenus immobile,
Nè posthac glebæ sit adscriptum,
Posteritati commendavit
THOMAS BARTHOLINUS
A. C.
CIϽ IϽCLXV.

In templo Hagestedano *visitur Epitaphium* Petri Galthii *Archithalassi Regii, ob Solœcismum bellicum Hafniæ capite plexi, inter ingeniosissima reponendum:*

Illustri Canonico
PETRO GALTHIO,
Poetæ & JCto nobili, qvi in navibus Regiis, qvibus infeliciter præerat, felicitatis naufragium faciens, elemento mutato, mutavit fortunam, Jure Canonico in Oceano uti nesciens, maris delictum in terra luit. Ad extremum ut disceret, qvod neglexerat, Juris Regii rubrica senex occubuit CIϽ IϽCXLIV. Hicq; spem præter sepulturæ invenit jus. M. H. P. C.

TH. BARTHOLIN. CIϽ IϽCLXVI.

Ibidem Inscriptio Crucis:

Crux maledicta cum suppedaneo raro priscæ antiqvitatis documento in honorem JESU CHRISTI Servatoris, ex Ecclesiæ hujus reliqviis voto pio THOMÆ BARTHOLINI protracta, ornata suspensa.

In-

Inscriptio Horologii ibidem:

Tempora signantur digito, sed temporis Auctor
Temperat æterna facta diesq; manu.
T. B. D.

Inscriptio Campanæ ibidem:

Hielp Jesus! Maria & Sancta Susanna ora pro nobis.

Inscriptio prædii nobilis Nesbyholmensis *in Nomarchia Tybergensi:*

STENO perantiqva genitus de stirpe BRAHORUM
Virtute & propria Stemmatis altus honos,
Cui BIRGITTA thoro socia est ROSECRANSA jugali,
Moribus exsuperans & probitate genus.
Hanc sibi structuram tibi posteritasq; locavit,
Lustra gerens vitæ bis qvater octo suæ.
Det Deus hic seros cum conjuge transigat annos,
Has habitetq; domos plurima progenies.

In Templo Nesbyensi.

Servabatur hic olim Hierotheca papistica regnante Christ. 2do. *affabre elaborata cum inscriptione abbreviaturis vetustioribus insculpta, qvæ hujus fuisse fertur tenoris:*

Anno millesimo qvingentesimo vicesimo secundo completum est hoc opus tempore Domini Johannis Jacobi Vittevadi.

NB. *Pastor ille Nesbyensis, cujus hic fit mentio, vernaculè audiebat* Hr. Hans Fitte-Fad. *Duraverat vasculum hocce per septem Daniæ Regum tempora.*

Major campanarum, JOHANNE REGE, *fusa hancce gerit inscriptionem metricam, Papatum redolentem:*

Stolter Kloche er mit Navn og i Nesbye Bommer,
Pater noster, Ave Marie klang Host, Vinter, Vaar og
Sommer.

Minor, qvæ sociam vetustate superat, hisce insignitur:

Anno Dni millesimo qvadringentesimo octuagesimo primo. Jesus, Maria, Anna. O! Rex gloriæ veni cum pace.

Anno 1683 *d.* 3 *Aprilis in templo hoc* Nesbyensi *sepelitur funus Beati Herois* HENRICI BIELCKE *Regni Daniæ qvondam Archithalassi; ex inscriptione sarcophagi prolixiore hæc sola digna visa sunt, qvæ adducantur:*

I dette Rom er lagt Hr. HENRICH BIELKIS Beene,
Det Nafn o Læser kand dig noch til Kundskab tiene
Og uden vidre Ord beskrifve tundelig
Det ingen Ord og Skrifft kand noch betyde dig.
Mens vil du vide meer og større Kundskab søger,
Hor fattig Folckes Suck, læs disse Tiders Bøgger,

See alle Danskes Sorg, see vore Fiender lee,
Hans Grav-Skrifft kand du saa paa hver Mands Ansigt see etc. etc.

I Strid og Krig
Mandhafftelig
Hans Hierte-Blod sig rørte,
I Drabstings Færd
Hans blancke Sværd
Fornufft og Manddom førte etc.
Hans Børn hand saae
Priis-planted staae
Paa Fædres Dyd at slegte,
Hans Livs gick ud,
Men deres GUD
Dem intet got skal negte.
Hans Alderdom
Graa-kronet kom
Med Fafnen fuld af Lykke,
Som Aar løb paa,
Hans Svaghed saa
Begyndte ham at trykke.
Saa fick hand nock
Paa Tidens Rock
Hans Leve-Traad blev spundet,
Ved JEsu Haand
Hans Lifves Baand
Blev løsnet og afvundet etc.

Ferunt OTTONEM BRAHÆUM *calici sacro Nesbyensi seqventia antiqvis characteribus insculpi curasse:*

Crucis ibi Dominus cruci affixus Dux vitæ tulit peccata multorum &c. *Desiderantur nonnulla, qvæ, confracto calice, disparuere.*

In Templo Sneesloviano.

Her ligger begraven ærlige og Velbyrdige Mand
HERLUF SCHAVE
til Eschildstrup, som var Mauritz Schaves Søn og døde paa Eschildstrup den 2 Martii Anno 1583. Og hans kiere Hustrue ærlige og Velbyrdige Frue
ANNE BRADE,
som var Hr. Tyge Brades Datter til Tostrup, som døde den 11 Octo-

11 Octobr. 1590. GUd give dem og os alle en glædelig Opstandelse.

Her ligger begravet Erlige og Welbyrdige
Hr. MAURITZ SCHAVE
til Eschildstrup, som døde Onsdagen nest efter Pinse-Dag 1532. og hans kiere Hustrue
Frue ELENE Sl. Steen Bildes Datter,
som døde i Roeskilde den 19 Sept. 1559. og begges deres kiere Datter Jomfrue SCHAVE døde og i Roeskilde den 8 Januarii 1560. GUd give etc.

Her ligger begraven Erlige og Velbyrdige
- - PASBERG,
som var Erlige og Velbyrdige Niels Pasbergs til Eschildstrup, og ærlige og Velbr. Frue Frue Kirsten Kaas deres Søn, som blev født paa Eschildstrup 1648 den 1 Julii og døde udi Odense 1657. den 7 Maji. GUd give dem og etc.

In templo AAGERUPENSI *circa suggestum legitur sententiosum distichon:*

Arma gregis Domini, Verbum, lacrymæq; precesq;,
Conscia nil sibi mens, dura parata pati.

JOHANNES GEORGIUS FAXE Ao. 1598.

In templo pagi BRöNDSHöY:

Jehova.

D. PETRUS PALLADIUS Ripensis, primus Evangelicus Episcopus Selandiæ, ordinatus à D. Johanne Bugenhagio Pomerano, misso à D. Martino Luthero Witteberga anno MDXXXVII. qvii obiit III Jan. anno J. Ch. MDLX. Ætat. LVII.

D. JOHANNES ALBERTI Haun. Successor, qvi obiit XXV Maji, anno MDLXXIX. Ætat. XLIV.

D. PAULUS MATTHIÆ Coag. Episcopus Rip. annis IIX. & post Selandiæ, qvi obiit ultimo Decembr. anno MDXC -- Ætat. LXIII.

D. PETRUS JOHANNIS VINSTRUPIUS Hafn. Episcopus Aarhusiensis annis IV. & post Selandiæ, qvi obiit die Johan. Baptist. anno MDCXIV. Ætat. LXV.

D. JOHANNES PAULI RESENIUS, Prof. S.S. Theol. annis XIIX. & post simul Episcopus, obiit XIV Septembris. - - -

Jesu Servatori Sacrum:

D. CASPARUS ERASMUS BROCHMANDUS in Academia Hauniensi literas Romanas & Græcas qvinqve, S.S. Theologiam tribus ac viginti annis, ingenio ac facundia incomparabili, eruditione ac fide magna professus. Lundensi & Roschildensi Canonicatu, Facultatis Theologicæ Decanatu, Selandiæ Episcopatu, vitæ hujus annis sexaginta septem integerrimè perfunctus: anno Salutis nostræ MDCLII. agni Paschalis Jesu sui feriarum secundâ, cum oriente Sole occidit; qvodq; habuit mortale, nono ac vigesimo Aprilis, bonorum omnium acerrimo luctu, maxima freqventia Hauniæ in Ecclesia D. Virginis, prope aram inter ipsa Principum mausolea tumulo suo contectum, immortalitatem exspectat, cætera æterna sunt. Ex præscripto Sanctissimi Præsulis Uxor & hæredes gratissimi, mœstissimi posuerunt, anno J. Ch. MDCLII.

Item D. CASPARUS ERASMUS BROCHMANNUS, Selandiæ Episcopus, hoc suum desiderium ultimum, qvo indulgentiam Dei pro Ecclesia ejus ac nomine Danorum & rebus suprema voce conveniebat, uti sacro suo, sed & ea propter Patriam universam propitius placatusq; respicere, &, qvanqvam alia omnia mereantur corrupti mores nostri, tueri tamen illa; & qvalia sunt hodie, tradere posteris ad mundi supremam lucem, qvæ propè nunc adest, non dedignetur, qvin pari qvoq; benignitate prospicere, uti perpetuò florens sit hodierna regnatrix domus, providus Senatus, obediens populus, fortis exercitus, deniq; justitia, fide, sanctitate, & Deo plena omnia. In ipso hoc monumento spectari & legi à posteris voluit, curante uxore piiss. & hæredibus suis, qvodq; ideo illi ex pietate inviti libenter posuerunt. Anno MDCLII. 1 Octobris.

Supra portam Arcis TROLLEHOLM *vel* HOLSTENBURG:

Ædificâre alii nobis, nos posteritati,
Sic nos acceptum reddimus officium.

In templo OLSTRUPENSI *provinciæ* Hammerherred *tabulæ Altaris inscriptum*:

Ora pro memoria Reverendi in XPO (ɔ: Christo) Patris
PETRI
Abbatis in Esrom anno Domini MCCCCXCVI.

NB. *Invitant non paucos spectatores integra heic bina Nobilium Matronarum cada-*

cadavera, diu supra tesimum annum, haud aliter ac Ægyptiorum Mumiæ, prorsus illibata:

In templo HERFÖGLE *visitur epitaphium Diligentissimi Antiqvarii* Mag. Claudii Christoph. Lyscandri:

CLAUDIUS CHRISTOPHORI LYSCANDER

Vramma-Sundanus serenissimi & potentissimi Regis CHRISTIANI IVti Historicus & Ecclesiæ Herfoglensis Pastor & Præpositus cum uxore dilectissima MARGARETA SCAVENIA Haunien. eorúmq; liberis dulcissimis Claudio Claudiano, qvi absolut. in patria & Germania studiorum cursu in Ecclesiæ consortium vocatus obiit anno 1619 ult. Aug. Ætat. 28 ab.

Ibidem:

Iratior Jehovæ jura, si precibus solvere possem, tristitia evocatum recludendo sepulchrum,

Dominum DANIELEM HIERONYMUM KNOFF

revocarem vivum. Sed nec ulla in hunc pietas fratrem restituet orbi. Omnibus linqvenda tellus. Qvid eruditio? Qvid lingvæ Iberinæ, Græcanicæ, Romanæ scientia? Qvid virilis animus? Qvid gloria? Qvid literatorum faventia? Qvid conjugii carior gratia? Proh! præmaturum illud mortis pomum! Tegatur humo funditus, honestissimum corpus Knofium. Animæ ipse Jehova domicilium. Clarissimus inter candidatos montanæ pacis evigilabit, intrabit assessor, regnabit æternum.

Frater defuncti, qvi epitaphium hocce excitasse significatur, fuit M. Daniel Knopfius *Christophori filius, S.S. Theol. Lect. Roschild. qvi obiit 1625, cujus ut & Patris illorum* Christophori Hieronymi Knopfii *Epitaph. vide inter Roschildensia.*

Inscriptio Altaris in Ecclesia GYRSTINGENSI.

Deficiente tandem & ad lucem Evangelii penitùs evanescente Porficia superstitione, in locum putridorum idolorum hanc tabulam, mensæ Domini destinatam, sumptibus ecclesiæ fieri curavit Christianus Machabæus Alpinas, primus illustris Gymnasii Sorensis Præses. Anno XCIII supra MD.

Ibidem juxta cathedram Diaconi s. Cantoris, depictæ Cacodæmonis imagini adjectam habet epigraphen:

Noli me tangere! cuncta mala mundi mea sunt.

Inscriptio campanæ majoris in templo SKEFVINNSI, *confusè sive scripta, sive exscripta:*

Anno Domini MDXVI. Plebanus Mattis hunc dilexit Andream Dominus in odorem ſvavitatis. Jannes nomine meo me fecit.

Templum BOESLUNDENSE *in Nomarchia Slagloſa undecim numerat altaria, horum unum ſervat receptaculum qvod, plumbeum inauratum, ubi linteo involuta offendes oſſa qvædam ac cines addita inſcriptione:*

Hi ſunt cineres antiqvarum hoſtiarum correctarum.

NB. *Adeſt ibidem fons medicatus* Sacræ Crucis, *vulgò* H. Kaars Kilde, *ægrotis olim freqventatus, unde impium illud adagium:* Hi nu GUd og Hellig Kors Kilde!

Inſcriptio campanæ in templo ALLESLEVIENSI *terrii Borſensherred.*

Maria Anna og Sancta Suſanna.
Herre Jeſus.

Inſcriptio campanæ templi ASMINDERöDENSIS (*in iqv. liter. membran. Asminderuth ex priſco nomine Asmundur ɔ: os Oa*)

Aſpice nosq; fave miſeris Dux gentis. Jonnes de Valkeno me fecit Anno Domini MCVXID.

Templum GRöNHOLTENSE *ſervat Lipſano-thecamplumbeam Sanctorum reliqviis nobilem, addita inſcriptione:*

De Sancto Petro, de Sancta Dorothea.

Hinc vetus prægnantium ſuperſtitio, minùs difficile ſibi futuri puerperium, ſi qvibusdam de Grönholtinæ ædis muro potirentur fruſtis.

Inſcriptio campanæ templi UBYENSIS *ab* Esberno Snare (*ut & Ædes Div. Virg. Calundana*) *olim fundati, territorii Arsherr*

Margrete heis ich Anno Domini MCCCC in m XL Jahre, na dem Gebort Chriſti.

Oſtendit eadem campana Deiparam coronatam, Jeſum ulnis ſtantem, nec non aliam coronâ itidem ornatam fœminam, ſiniſtrâ rotæ implicitiSanctam ſcilicet Catharinam, cui ad rotas damnatæ ſub Imperatore Maximino ca annum Chriſti 237 coronam martyrii obtigiſſe ſcribunt.

In templo AARSBYENSI *legitur epitaphium Paſtoris* Nicolai Thomæi *Ao. 1630 defuncti, ſatis elegans:*

Miles & hoſpes eram mundi, qvem lucta, viar,
Aſpera vexabat, rimula nulla fugæ.
Verum nec metui divino percitus œſtro:
Hinc me victrici vidit harena manu.
Nonq; fuiq; fui, qvantumvis ſim, tamen haud ſim:
Sic inter vivos morte peremptus ago.

Vita,

Vita, lætitia, reqvie, per vota ferenant
Clara, ampla, placida mors, dolor atq; labor.

Tabula Altaris Ecclesiæ FAXENSIS *ostentat imagines quasdam virgineas cum inscriptione :*

Ave virgo Sancta Barbara,
Ave virgo Sancta Catharina,
Ave gratia plena Maria,
Ecce ancilla Domini fiet &c.

Sepulti sunt hic Nobiles PETRUS JULIUS *defunctus* 1612. & GABRIEL LAXMAND.

Pastor quidam loci ejusmodi tulit epitaphium:

Rex tremendæ majestatis,
Qvi salvando salvas gratis,
Salva me fons pietatis.

Servat Ecclesia HYLLESTEDENSIS *Lipsano-thecam plumbeam ossa quædam condentem cum inscriptione:*

Sanctorum Maurorum.

Inscriptio Altaris in templo EGEDE.

O Maria flos virginum! O rosa fidelium.

In templo BIRCHERODIANO *è regione sacræ cathedræ visuntur, quos pro constantissima in patriam pietate olim tulit Beat. Doctor* HENRICUS GERNERUS *ex Pastore Bircherodiensi Episcopus Viburgensis, Svecani compedes, adjuncta tabula inscriptionis seqventis:*

Vincula Svecica.

Dette er et af de Svenske Fængsel, som Hr. HENRICH GERNER Sogne-Præst til Bircheröds Sogn haver baaret om Haand og Fod for sit Fæderneland udi 18 Uger Nat og Dag Ao. 1659 og 1660, der hand sad fangen paa Kronborgs og Helsingborgs Slotter udi 43 Uger.

Prov. 18. v. 14.

Hvo som haver et gladt Hierte, hand veed at skikke sig i Modgangen, men naar Modet ligger, hvo kand det lide?

Triplicibus ferri cinctus sua membra catenis,
Candorem mentis frangier haud voluit.
Ante oculos ferrum, carcer versatur & urna,
Infracto est ferrum, carcer & urna nihil.
Pro Patria dulci memorem tot tantaq; passo
Nominis hæc famam Svecica vincla ferunt.

De vinculis istis Gernerianis ita Beatus Ripensium Præsul Laurentius Thura *in Vita* Johannis Rostgardi *elegantissimo carmine vernaculo exposita. Havniæ 1726. pag. 133.*

Det Jern er dog endnu til Efterslegtens Minde
I HErrens Helliggom i Bircheröd at finde,
Som hand om Haand og Fod i keedsomt Fængsel bar,
Hvis Vægt to Lispund og end noget meere var.

NB. *Inierat tacitum cum Steenwinchelio superius nobis laudato aliisq; patriæ amantioribus (associatis, qvi Helsingoræ degebant, Anglorum trecentis) idemq; laudabile consilium Beatus Gernerus, excogitata arte qva Coronæburgum Svecanæ jam potestatis, haud difficulter recuperatum iri sperabant, qvod postqvam Svecis, proditore* Studioso Gregorio Johannis, *atræ in fastis memoriæ, inauspicatò innotuisset, in vincula trahitur noster, utq; complices proderet, acerbissimis subjicitur tormentis, qvorum in sinistra manu perspicuum remansit vestigium. Invincibili verò constantiæ capitale decernitur supplicium, destinato tristissimæ Tragœdiæ die 19 Aug. 1659, unde tamen post Providentiam Divinam sollicitudo* FRIDERICI Regis (*qvi* CAROLO *maturè nuntiatum misit, abstineret sangvine Gerneriano, ni nobilem Svecum, qvi Hafniæ detinebatur, similem prorsus carnificinam subiturum vellet) insecuta mox pace, immerentem liberavit, liberatum infulis ornavit Episcopalibus. Oratio valedictoria, qvam ad funestæ scenæ habiturus esset spectatores, habetur Msta. Perhorrescat animus ad hostiles istas, qvas bonus Gernerus exantlavit, injurias, qvarum ipse amplissimum recensum dedit in Templi Bircherodiani Libro memoriali vulgò* Kirke-Bog, *cujus copia nobis a Beati Viri non degenere Nepote Studioso* Henr. Georgio Gernero *ostensa, seqventi gaudet epilogo:*

Foruden disse og utallige andre Expenser, saa og Vold og Tyrannier, som paa mig og mit Huus er ovet, da er jeg (formedelst en Sag, som jeg paatog for mit Fæderne-lands og min Herre og Konges vegne, anlangende Cronborg, med 300 Engelske, som laa i Helsignør, sampt deres Officerer, som laa hos mig i Logement) tagen fangen af de Svendske (efter en Studiosi Grægers Hansens Forræderske og Skielmske Angivende, som intet hafde med den Sag at bestille) og sat fast paa Cronborg, den første gang udrede jeg mig saa fra hans Breve, at de kom hverken mig eller nogen til Skade, men der de fik ham selv, maatte jeg blive bortført igien den 29 Junii 1659. Enddog hand hafde intet med mig, hand aldrig hafde talt med Steenwinckel, som og var en Participant i dette Værck. Paa hans Ord blev jeg pjint udi 6 Tiimer, men vandt intet, paa hans Ord og Bekiendelse blev Steenwinckel dømt til Steile og Hiul, som ogsaa skeede, men efter at Freden blev sluttet, blev hand igien nedtagen, og hæderlig begravet. Jeg blev dømt fra min Hals, iligemaade Grægers selv, Dagen var sat nemblig den 19 Aug. paa hvilken jeg skulde døe, Kisten var færdig, og alting bered, jeg hafde taget Afskeed med min Hustru og Børn, og leveret til min Hustru mit Testamente, da 8 Tiimer tilforne for den bestemte Tiid blev jeg pardoneret, gik saa siden i Jern vejede 36 Pd. om Haand og Foed Nat og Dag i 18 Uger, sad fangen paa Cronborg baade sund og syg i 38 Uger, blev saa fordred Rantzons-Penge af mig: 1. 20000 Rdlr. 2. 10000 Rdlr. 3. 4000 Rdlr. 4. 2000 Rdlr. Men fordi jeg ej hafde meere end 1000 Sldaler, blev jegført til Helsingborg udi Jern paa nye igien, høyre Haand og venstre Foed sammen, sad saa der i 3 Uger, da med gode Venners Hielp og Raad rantzonerede min Hustru mig for 400 Sldaler; Udet efter tog General-Auditeur D. Huff mig i Arrest 3 Uggers Tiid udi Leiren igien, og maatte jeg

jeg give hannem 339 Rdlr. fordi hand agerede Sagen og dømte mig paa Cronborg: 3 ligger efter blev Freden sluttet. etc.

P. S.

In parœcia THORUP *visitur ara ethnica, à qva sepulchrum* Thoronis Deastri *non multum distare fabulantur. Qvemadmodum vicinæ parœciæ Brobyensis campus* Londbiengsvong *altari Deæ* Thisæ *vel* Disæ *inclaruit, vulgò* Diisdys *appellato.*

In parœcia MARKEVE *surgit collis vulgò* Heslevadshöy, *qvem ad culturam revocaturus agricola Nicolaus Ibson anno 1663, incidit vomere suo in costam humanam, binas cum dimidia ulnas longam, manum verò latam, unà cum gladio trium digitorum crassitie.*

In parœcia DAASTRUP *occurrit sepulchrum decantatissimi Gigantis* Langbeenriser, *de qvo in Cantilenis Heroicis. Longitudo sepulchri est sexaginta passuum, latitudo duodecim. Circumscribitur saxis 56. Rector Acad. Hafn.* Erasmus Envaldi Brochmannus, *facta Anno 1658 inqvisitione, circumdatam qvinqve lapidibus invenit urnam cinere & ossibus repletam.*

In templo RöRVIGENSI *Nomarchiæ* Odsherret.

Refert OLIGERUS PARSBERGIUS *in Collectaneis MSStis observâsse se Ao. 1683 in templo hoc* Rörvigensi *tabulam pervetustam, funus famosi Regicidæ* STIGOTI Mareschalli *justâ staturâ repræsentantem, assistentibus ab utroq; latere binis illius filiabus, habitu pullato, nisi qvod atrata capitum tegmina niveis distingvebantur margaritis. Appositis simul defuncti insignibus sc. Candida stella septies acuminata in solo cæruleo, galeam ornante alâ aqvilina rubea.*

Hvitfeldius in Fol. p. 304. Aar 1293 (dog somme Annales holde Aar 1294) døde Marsk Stig paa Hielm, hans Liig blev hemmelig fort fra Hielm og om Natte-Tider begravet udi Hindtzholm-Kirke af nogle af hans Svenne, thi de ikke vilde, at nogen skulde vide hans Leyersted, at ikke paa hans døde Legeme udi fremtiden skulde skee nogen Grumhed, dog fandtes der en Pige, som om Natte-Tide havde seet Lius udi Kirken og hannem at blive indbaaren: Hun gaf siden Præsten det tilkiende og blev hans Grav siden randsaget, dog Præsten ikke vidste hvem der laa, og det Fløyel hannem var paalagt, blef aftagen og Pigen fik sin Deel deraf. Det hændte sig at denne Pige siden fik een af Marsk Stigs Svenne, som kiendt samme Fløyel og saae det var sat paa een af hendes Puder: Hand spurde hende ad, hvor hun var der til kommen, da sagde hun hannem det, og befryctendes, at hun skulde aabenbare hvor hans Liig var, myrdede hand hende (*en fidei in Dominum exemplum stupendum!*) Andre ville sige, at hans Liig blev begravet i Rørvig Kirke i Dragsholm Lehn, hvilket ey heller er langt fra Hielm. Men her om maa saa være hvor det kand, der ligger føye Magt paa, hvor hand er begraven.

Tabulam æneam Templi in Fionia Stubberupensis *pro monumento ejus gratis haberi infra, cum eò perventum fuerit, demonstrabitur. Perhibent vulgò Monumenta ipsi variis in locis erecta, ne genuinus sepulturæ innotesceret locus, sed fortè huic traditioni occasionem dedit Nepos ex filio ejusdem nominis & officii Dnus Stigotus Andreæ Hvide Mareschallus ab ann. 1330 ad 1369 Dominus in Biörnholm, sepultus in templo Oerstedensi Diœces. Aarhus. vide infra. Fertur Stigotus Senior*

possedisse villam Mollerup *in paræcia* Fieldballe *Diæc. Aarhus. ubi lapis ostenditur, ex qvo in eqvum ascendisse dicitur.*

In insula Mona.

Templum KIELBYENSE *ostendit lapidem sepulchralem satis antiqvum cum inscriptione:*

Anno Domini MCCCXXIII. in die Francisci obiit

Dominus HEMMINGUS MOLTEKE

miles ætatis XLVI. Die annunciationis Mariæ obiit

ANNA ELSEBE

uxor suæ ætatis XLIII. (NB. *videntur nonnulla deesse*) obiit

Domina CHRISTINA

uxor Domini accumbentis.

NB. *Repræsentat lapis Beat. Heroëm, adstante à dextris utraq; Uxore, unacum Insignib. gentil. Insign. ipsius* Moltekii *tres aves sistunt. Comparet præterea in qvodam saxi angulo Virago bellica vulgò* Skioldmøe, *in alio Sagittarius &c.*



Mar-



Marmor. Danicor. Lib. II.
continens Inſcriptiones Fioniæ & Inſularum Minorum.

OTHINIÆ.

In Æde Cathedr. CANUTINA.

Monument. Reg.

Anno 1582 *d.* 22 *Jan. cum chorus templi Canutini reficeretur, urna ſepulchralis cuprea, auro obducta & pretioſis exornata lapidibus, in qva oſſa S. Canuti includebantur, inventa eſt cum hac inſcriptione:*

Anno incarnationis Dominicæ MLXXXVI in civitate Otthenſya pro zelo Chriſtianæ Religionis & juſtitiæ operibus in Baſilica Sti Albani Martyris, per eum paulò ante de Anglia in Daciam transvecti, glorioſus Rex & Protomartyr Danorum

CANUTUS

poſt confeſſionem delictorum Sacramento munitus Dominici corporis, ante aram manibus ſolotenus expanſis in modum crucis, latere lanceatus VI Idus Julii & VI feria mortem pro Chriſto paſſus & reqvievit in ipſo. Occiſi ſunt & ibidem cum eo, ſcilicet ejus nomine & gratia martyrii, Benedictus ac decem & VII ſui commilitones, videlicet Aſmundus, Blacca, Sonen, Aga, Thurgo, Bernhardus, Gudmer, Æſchill, Tochik, Palai, Ati, Suna, Roſtenulo, Radulus, Altoi, Thurgotus, Vilgrup, Arni. Omnes ſicut Dei gratia cum ſuo Rege ac Domino ſocii paſſionum martyrii fuerunt, ita conſolationis & præmii cum eo conſortes meritò erunt.

De Martyrio Divi Regis CANUTI, *dicti Protomartyris Danorum, exstat historia per Ælnothum scriptorem coætaneum, Monast. Canutini Othiniæ Priorem compilata, & opera Illustriss. Hvitfeldii Meursiiq; ter recusa. Eadem vestigia pressit Andreas Angelettus Italus, a qvo habetur* Vita è Miracoli de S. Canuto Martire, Ré della Dania. *ed. Romæ Ao. 1667. in 4to. Ipsum nefandum factum, circumstantiis qvamplurimis observatu dignissimum, rarissimisq; annumerandum, in primo Eccles. Dan. Annalium tomo, propediem D. V. edendo, fuse enarratum dabimus.*

Nullus dubito qvin præter Canutum, in eadem hac æde Canutina, licet loco ignoto, conditus sit alius Daniæ Rex, videlicet Ericus *cognominatus* Lam, *utpote qvi anno 1147. posita præ tædio corona, Benedictinis, hujus loci olim dominis, sese immiscuit, & Monachus factus mox exspiravit.*

Arcæ ligneæ, in qva reponuntur vestes sacræ, insculptæ sunt imagines S. Canuti, Valdemari Regis, Reginæ Helviæ & Nicolai Episcopi Othiniensis, additis insignibus Regiis, cum hac inscriptione:

Sante Knuto, Rex Valdemar, uxor Heylevig, Nicolaus Episcopus de Vüne.

Monumenta Episcopalia.

In aditu templi visebatur olim teste Resenio in Atlant. Dan. MSS. saxum sepulchrale hujus inscriptionis:

Hic jacet
Frater PETRUS PAGH
Episcopus Otton. qvi obiit anno Domini MCCCXXXIX. feria qvarta ante festum Nativit. Christi, cujus anima reqviescat in pace.

Refert Cel. Thom. Bartholinus Filius in Mss. Adversariis JOHANNEM ANDREÆ BELDENACK *Episcopum Othiniens. sibi ipsi concepisse Epitaphium parieti Theologici Lectorii Eccles. Cathedr. inscriptum, qvo rogat Lectorem, ut necis diem adderet, qvod præstitit* Georgius Vibergius *Superintend. Fioniæ, concludens eum anno 1537 die B. Fabiani Lubecæ obiisse. Vid. Danor. extra Dan. Vestigia.*

NICOLAO CASPARI VIBERGIO
Cimbro, Superintendenti Diœces. Fionic. & Uxoribus ejus dilectis Annæ Andreæ Fil. Slaglosianæ & Elisæ Johannis Fil. Otthoniensi monumentum hoc positum est, qvorum ille obiit anno 1587. 22 Nov. anno autem sui Pastoratus 43 & Episcopatus 28. Ætat. 69.

Mollia nec rigidum marmor premat ossa, nec illis
Terra gravis fuerit, qvos tegit ala Dei.
Ala Dei refovet, qvos, rupto carcere mortis,
Mortis Devictor suscitat atq; beat.

Sub hoc marmore est reconditus
Doct. JOHANNES MICHAËLIUS

nulli

nulli Theologorum noſtri ſeculi ſecundus. Qvi natus heic Otthoniæ Ann. 1579 ſcholæ urbis patriæ per qvinqvennium Rectorem egit. Inde Paſtor & Præpoſitus Asnenſis, mox - - - - - Hafnienſis Myſta & Græcæ lingvæ in Acad. Profeſſor ſimul. Hinc Concionator Aulæ tandémq; Diœceſis Fionenſis Epiſcopus per annos triginta qvatuor & menſes octo, ob ſingulares doctrinæ, fidei, prudentiæ & humanitatis laudes nomen ſibi inter mortales nunqvam periturum comparavit. Vir paucis comparandus, Deo & hominibus æqvè charus, ſenio tandem confectus, vitæ & moleſtiarum ſatur intra 7 & 8 Calend. April. noctu placidè dormiendo beatiſſimè obdormivit Anno 1651 hic cum vixiſſet ann. 73 menſ. duos dies viginti qvatuor. Nec non pientiſſimâ & honoratiſſima Matrona CATHARINA HENRICI F. qvæ Hamburgi nata 1582 cum conjuge dulciſſimo per integros 34 annos thorum ſervavit caſtiſſimum, qvatuor liberis ex alto beata, tribus maſculis & una femella. Poſt diſceſſum autem Viri Vidua ætatem egit reliqvam annis - - - donec humanis exemta rebus vitam ingreſſa eſt beatam anno MDCL die - - menſe - - æt. - - Ut & filius eorum dilectiſſ.

M. LUDOVICUS JOHANNIS

Con-Rector Schol. Othonianæ per integrum decennium digniſſimus, qvi animam Creatori, à qvo acceperat, inter preces & ſuſpiria reddidit anno reparatæ ſalutis 1652 die Nov. 7. æt. 34. Et filia dulciſſima CHRISTINA JOHANNÆA, qvam infantem vix annum cum trimeſtri natam ex mortali domicilio ad ſedem in cœlis æternam tranſtulit Suprema Sapientia Anno 1627.

D. O. M. S.

Et perenni memoriæ meritiſſimi Viri

LAURENTII JACOBÆI SS. Th. D.

Rudcopiæ Langlandorum olim annos XVII Paſtoris & Præpoſiti. Inde Potentiſſ. Dan. & Norv. Regum CHRIST. IV. & FRID. III. annos V Concionatoris Aulici, deniq; Fionenſis Diœceſeos ann. XII Epiſcopi & Arhuſienſis Canonici, qvi cœlo receptus beatorum numerum auget, poſtqvam terris commoratus ſingulari ſanctimonia, vita integerrima, inſigni eruditione, prudentia & gravitate laudatiſſimus ſuggeſtum religioſe animavit, humanum genus emendavit, populis venerabile exemplum fuit, Ottoniæ

piè placidéq; expiravit Jul. Calend. MDCLXIII cum annos XXIV & amplius ita transegiſſet cum Conjuge ſuperſtite, Matronarum decore, Anna Mulenia Georgii Mulenii Conſulis Othinienſis F. ut nunqvam cum eo in gratiam redierit, factus interea unius filiæ, Virginis lectiſſimæ Abigaelis, Pater. Anna Mulenia obiit ann. MDCLXXVII ætat. LXIV d. XXV Novembr.

Epicedia Divi JACOBI LODBERGII *Epiſcop. Fion. qvorum alterum chartæ æneæ B. Viri ſolio ſuperfixæ inſcriptum fuit autore Defuncti Fratre* Jano Lodbergio *Med. Doct. & Practico Alburgenſi Celeberrimo hunc in modum.*

Mortale hic depoſuit Vir verè Vir

JACOBUS LODBERG

Epiſcopi Filius, Epiſcopus ipſe, vita, doctrina, moribus inculpatus, Deo, Regi, Eccleſiæ, bonis charus. Qvem anno 1672 d. 27 Sept. natum Christiano Lodberg SS. Theol. Doct. & Epiſcop. Ripenſ. Patre, Johanna Eylerts Senatoris Hafnienſ. filia Matre, excepit Roëskildia, aluère Ripæ. Ibi primum publici officii gradum aſcendit Collega qvintæ claſſis in Schola Ripenſ. dein poſt peractas biennio peregrinationes Patri in Canonicatu Harſyſſelenſi in Diœceſ. Ripenſi anno 1693 ſucceſſit. Profeſſor Philoſoph. Extraordinarius in Acad. Hafn. 1695 eſt deſignatus. Lectorem SS. Theol. ann. 1698 ſuſcepit Arhuſium. Paſtor prim. foverunt Eccleſiæ Chriſtianienſis Norvegorum per 6, Hafnienſes D. Nicolai per 4. Div. Virg. per 7 annos. Epiſcopum 14 annis venerata eſt Fionia, ubi cauſam Dei, Cleri, Viduarum, pauperum ſtrenuè egit, maſculè defendit, benevolè promovit. Duxit uxorem ann. 1702 lectiſſ. Virginem Mariam Dorotheam Schöbeln Canonici Magdeburgenſis filiam, conſortem tori, fati, mortis, trina prole dudum denatâ beatam matrem. Tandem ſatur munerum & onerum placidè in Chriſto obdormivit Anno Ær. Chriſt. MDCCXXXI. d. XXXI Decembr. ætat. LIX ann. menſ. III. d. II. glorioſam exſpectans reſurrectionem. Matth. XXV. v. 21. *Εὖ δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστέ, εἰσέλθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου.*

Alterum cippo ejus ſepulchrali ad auſtrale Chori latus legitur inſculptum hujus tenoris:

Exuviis reqviem hic invenit Vigilantiſſimus Fionûm Epiſcopus

Divus JACOBUS LODBERG,

Filius magni Epiſcopi Ripenſis Doct. Chriſtiani Lodberg,

dege-

degener hoc unico, dum Ecclesiam non beavit pari Nepote. Sedit annos XIV. Decessit anno MDCCXXXI. Ætat. LIX. Parce pios scelerare manes!

Cimbrica Progenies, laus ordinis ampla sacrati,
Qvo doctrina potens vindice sacra fuit.
Cujus honorificam celebravit Musa juventam
Danica, mirata est extera terra virum.
In patria servat laudes animata Cathedra
Triplex, Presbyteri pendula ab ore pii,
Præsule munifico ter fausta Fionia Divi
Lodbergi dotes devenerata fuit.
Conditur haud igitur terrâ Lodbergius ullâ,
Cœlum animam, laudes utraq; Regna tenent.

P. O. M. V.
sic litat
G T. Vesterholt
Rect. Schol. Svenoburg.
in Fionia.

Epitaph. B. Doct. JANI BIRCHERODII *Episc. Alb.*

Vir Nobilissimus, Amplissimus & Eminentissimus

D. Doct. JANUS BIRCHERODIUS

natus est Othiniæ 15 Jan. 1658. Patrem habuit Virum Celeberrimum & Pl. Rev. Doct. Jacob. Bircherodium in Othin. Gymn. SS. Theol. & Lingv. Ebr. Professorem & in Colleg. Consist. Assess. Matrem primariam Matronam Sillam Risbrich. Post locata domi melioris fundamenta eruditionis Scholæ publicæ & postea Gymnasio heic traditus, ubi cum ingenuis commilitonum, cum votis Docentium, immo cum Parentum desideriis feliciter certans in album Studiosorum elatus est Hafniæ anno ætatis XVI. Heic intromissus non seculi sectatus est affanias, sed solidiorem in Theologia Lingvísq; Orientalibus cognitionem arsit, qvarum vasta latifundia, immenso redempta labore, intra suum, nihil transmittens, condidit cerebellum felicitate tanta, ut juvenem imberbem in his versatissimum sacris obstupescerent etiam apud exteros barbati viri, liberaliúmq; studiorum ipsius variæq; doctrinæ admiratores. Redux in patriam anno 1682 è manu Spectabilis Decani summa ipsi conferebantur Philosophiæ ornamenta, anno seqvente Communit. Reg. Præpositus factus & proximè subseqv. Lingv. Hebr. Profess. Ord. omisit hic nihil, qvo suam adornaret Spartam Bircherodius, cum oneri tanto pares haberet humeros, ne autem curis, qvibus non assveverat, succumberet œconomicis, devolvebat easdem providè sa-

tis in Virginem Nobiliff. SOSTRATAM BARTHOLINAM ALBERTI Filiam, cum qva anno 1690 matrimonium conjunxit & per annos XVIII ſine prole vixit, ſed prudenter, placidè, honeſtè & amicè vixit. 1692 in Acad. Eqveſtri & itidem in Univerſ. Hafn. Profeſſionem obtinuit Theologicam. Hinc ipſum ad ſe pellexit Alburgum Cimbrorum, cum anno 1693 ejusdem Diœceſis Epiſcopus ſit creatus, & anno 1697 ſummis in Theologia honoribus ornatus, ſtationi huic ſacræ maſculo animo, pio zelo, cura ſollicita, integritate incorrupta, auctoritate moderata & nulli ſuperanda induſtria annos XVI ſanctè præfuit, qvi Præpoſit. XII. Paſtores XCVIII & ſex ordinavit Rectores. At mortalem fuiſſe Virum tantum teſtatus eſt eheu! dies 22 Nov. 1708, qvo mundo ſe ſubduxit inſerendus Olympo. Memoriæ & meritis beati Conjugis hoc monumentum hìc poni curavit relicta vidua, qvæ apud nos poſt obitum mariti piè & caſtè vixit ad ann. ætat. LVIII. qvo placidè exſpiravit, mortem non timens, ſed adventantem ſpe melioris vitæ & reſurrectionis Chriſti feſto 1717 ſvaviter preſſit & ne turbarentur demortuorum oſſa ducentos thaleros huic templo legavit. Umbras adorat venerabundus, qvi hæc ſcripſit L. Luja in Reg. Othin. Gymnaſ. Phil. Prof.

Monumentum elegantiſſimum bina conjungit inſignia Comitiva cum inſcriptione ſubſtrata:

JOHANNES DE HOYA
&
NICOLAUS DE TECKELENBURG
Comites,
in hoſtili Lubecenſium acie cæſi prope Aſſens ad regionem Oxenbierg ibiq; ſepulti, CHRISTIANI III Regis Victoris pio juſſu huc translati ſunt.
Renovatum Anno 1596.

In Choro.

CHRISTOPHORO
Burggravio à Dohna,
Regni hujus inclyto Senatori, exercitus Regii Ductori, illuſtrium majorum imaginibus, liberalium artium ornamento, rei militaris gloria qvà domi qvà foris nobiliſſimo, religione in Deum, fide in Regem, pietate in patriam ſuósq; laudatiſſimo, ad faſtigium coronæ immarceſſibilis & æterni-

nita-

nitatis gloriam avitis passibus grassanti anno æt. 44. 1574 Neoburgi ex hac in cœlestem vitam evocato.

Achat. & Fabian. F.F. M.H.M.P.P.

Her ligger begrafvit Erlig oc Velbiurdig Mand

JYRGEN HERTVIGSEN

til Munchgaard, som döde her i Othense den 23 Februar. Aar 1596. med sin kiere Hustru Erlig oc Velbiurdige

Fru ANNE SESTED

BENEDICTUS SESTEDS Daatter til Melvedgaard, som döde den - -

Adest utriusq; effigies graphicè cælata una cum sedecim armis gentilitiis.

Lapis sepulchralis ostentat insignia stirpis UHLFELDIANÆ *cum inscriptione:*

Hic jacet

Dnus Magister NICOLAUS ANDREÆ

qvondam Decan. Otton. ecclesie Santi Kanuti anno Domini M - -

---

In Mausoleo longè superbissimo.

Æternaturæ memoriæ Perillustris & Generosissimi Herois

JOHANNIS ab AHLEFELDT

Domini de Glorup, Cathrinenberg & Anhof, qvi sub Romanis primum aqvilis militare stipendium suscepit, infimum militiæ eligens gradum, præclarum ratus ascendere per gradus & ab imo ad summum militaris gloriæ fastigium eniti. Sub Imperatoriis denuo vexillis Magistri Eqvitum nomen assecutus, Martis exinde castra in Gallia secutus est. Pro-Tribuni titulum sua virtute promeritus, Svecicis immixtus est legionibus, ubi Tribuni adeptus potestatem Gloriosissimi tandem FRIDERICI TERTII armis sacramentum dixit, ut partis in Austria, Gallia, Svecia ornamentis Dania superinduceret coronamenta. In obsidione enim Hafniensi obsidem toties dedit fortem & felicem dexteram datámq; liberavit dexterrimè, qvotiescunq; triumphum promiserat cruentà occasio. Hinc Divo FRIDERICO TERTIO charus, constitutus est Legatus in exercitu Generalis. Inde arcium Saltholm & Draxholm Præfectus, pòst Fioniæ & munimenti Neoburgici Gubernator, ubi tandem excedendum erat scenâ, palmarum satur, septuagenario major, minorem sui partem corporis reliqvias Anno MDC

 XCIV,

XCIV hic deposuit. Ut & recordationi ejusdem Herois Conjugis prioris Generosissimæ

Dnæ CATHARINÆ SEHESTED

Anno MDCL denatæ, thalami olim, nunc tumuli sociæ. Nec non Nobilissimi & Heroicæ spei juvenis

Dni CHRISTIANI ab AHLEFELDT

ex postoriore Conjuge Generosissima & Virtuosissima Dna ANNA RUMOHR Filii unici unicéq; dilecti, cujus virtutis tyrocinia vidit Germania, Gallia, Italia, supplementa expectavit Patria, sed in hanc rediens, cœlestem petiit Anno MDCXCV relicta Matre mœstissima, seculi nostri Tabitha, qvæ gemino implexa luctu, dum Virum lugebat, filium tumulavit, viduitatem simul & orbitatem raro patientiæ exemplo sustinens, hoc monumentum fieri curavit. Obiit Ao. 1711. d. 12 Dec. æt. 62.

Thomas Qvilinus invenit & fecit Ao. 1701.

De Retfærdiges Minde være i Velsignelse og dette Efterkommerne til Kundskab, at den Høyædle og Velbaarne Frue Fr. Anna Rhumor, da hun vilde lade see sin Ægte-Kiærligheds Pligt imod sin velfortiente Sl. Mand den Høy- og Velbaarne Herre Hr. General-Lieutenant

HANS von AHLEFELDT

og Moderlig Kiærlighed imod sin Søn

CHRISTIAN von AHLEFELDT,

haver bekostet dette Sted og Monument, de salige Afdøde til Efterminde, Kirken til Prydelse og Nytte og de Fattige til Gavn og Beste, saasom hun for dette Steds Frihed og Vedligeholdelse haver for sig og sine Arvinger legeret til denne Kirke Fire Tusinde og til de Fattige her i Byen Otte Tusinde Rigsdaler efter en oprettet Fundatz, som udi Stiftets Giemme, saavelsom udi Svindinge Præstegaard, saa og hos hendes Arvinger og Glorups Eyere er at finde.

Epitaph. Mag. Georgii de Stella aurea *s.* Gyldenstierne *Canonici Othiniani apprime literati, fatis functi in Majo Ao.* 1551.

CHRYSASTER Sophiæ studiisq; GEORGIUS ingens
Objecto tumulo hic abditus ipse jacet,
Qvem cum nobilitant præclara stemmata gentis,
Virtutum superat nobilitate genus.

In saxo sepulchrali cernitur effigies Christierni Pauli *Prioris qvondam Othiniæ Canutini, qvi Protocollum MSS. reliqvit, fata Monasterii, cui ille ultimus præfuit, complexum: Inscriptio lapidis hæc est:*

Festa

Festa Michaëlis cum nobis attulit annus,
CHRISTIERNUS PAULI cœperat esse PRIOR 1529;
Post annos septemq; decem fecit sibi sculpi
Hunc lapidem, mortis scit Deus ipse diem.
Spes mea Christus. 1575 d. 16 Aug.

Virorum optimo & clarissimo
Mag. JACOBO JOH. SPERLING,
cui Con-& Rectoratum eruditio, Professionem omne Sophiæ decus, Pastoratum primarium religio, Præposituram vigilantia, mortalitatem fatum, immortalitatem fama dedêre atq; Conjugi Hedvigæ Johannis F., qvam mulierum decora propugnavêre, oppugnatæ verò morte Ann. - - - hoc monumentum posuêre hæredes.

Hocce dormitorium sacrum sibi, Conjugibus & liberis, sartum tectum ut maneat, haud vili redemit pretio
Mag. GEORGIUS BARTHOLIN
TAVLOVIUS
hic Eloqv. Prof. Publ. qvi, superatis peregrinationum molestiis & exantlatis officii laboribus, in cœlestem patriam revocatus anno Christi M.DC.LXXX. ætat. LXXV.

Junguntur tumulo TAULOVIUS & CATHARINA,
Qvos pietas & amor junxerat in thalamo,
Jungemur cœlo, sanctorum sede recepti,
Audita Christi voce: venite mei.

Her ligger begrafvit Erlig og Velviis Mand
HANS FRIIS
fordum Borgemester udi Othense, som döde anno Domini 1551 den 30 Dag i Majus Maane, oc sin Hustru METTE, som döde Ann. 1563. 13 Jul.

Visitur in lapide effigies Consulis habitu antiqvo.

Sic ora ferebant anno MDCCI
THOMAS BRODERUS RISBRICIUS
Otthoniensium Consul ejúsq; conjux BIRGITTA ACTONIS F. SEEBLAD, conjugum par elegantissimum, ut & Filii OTTO BRODERUS & WICHMANNUS RISBRICII, filiæq; virgines CATHARINA & SILLIA, plura de iis nobiléq; defunctorum nomen cippus conditorium operiens infra loqvitur, qvi præter illos ibi memoratos beatas qvoq; fovet reliqvias Viri Nobiliss. & de Eccles. optimè meriti

JACOBI BIRCHERODII SS. Theol. Doct. & in Colleg. Consist. Assessoris, qvi lucem aspexit Anno MDCXXIV. d. 30 Sept. exteras regiones visitavit annos V. Cathedram Gymnasii Othiniani primò Phil. dein Theol. Profess. annos ornavit XXXII & post feliciss. cum SILLIA RISBRICIA conjugium, sanctissimam Deo reddidit animam. Anno MDLXXXVIII die 13 Junii.

In australi Ædis parte visuntur qvædam characterum monstra. Oedipo conjectore opus est. Videtur adesse literas nonnullas Runicas. Qvæ legere nobis licuit, sunt ex parte Latina, partim vernacula:

Rex & (*seu*) Rexit - - - - - -
spiritus allexit nos Mats
Aagt i Odese. (ɔ: Matthias cognomento Aagt in Othinia)

Ossa
CASPARI TIMMONII
Pharmacopolæ sub hoc marmore qviescunt, qvi in acie pestilentiali Anno 1602 d. 11 Sept. strenuè dimicando occubuit.

Inscriptio campanæ.

Fecit contundi me Frater Adamq; refundi,
Omni nempe die missam resonabo Marie.
Anno Domini MCDX.

In templo Franciscanorum.

Monumenta Regia.

Visitur lapis non exiguæ molis muro insertus, in qvo effigies gl. m. Johannis *Regis Daniæ ipsiúsq; Conjugis* Christinæ *ac Filii* Francisci *heic sepultorum justa staturâ exaratæ.*

Inferiori præterea sui parte seqventium ostentat imagines pereximiæ altaris tabula supra pleraq; hic terrarum artificis ingenio evecta. 1. Regis Johannis. 2. Regis Christiani 2di. 3. Ducis Francisci, *filii Regis* Johannis, *qvi anno 1511 d. 1 Apr. peste opprimitur Hafniæ & de Sto Francisco nominatus Franciscano huic templo convenienter infertur Othiniæ.* 4. Johannis *filii* Christiani 2di *anno 1532 mortui Ratisbonæ.* 5. *Reginæ* Christinæ *Conjugis Regis* Johannis, *qvæ dum vidua habitabat Othiniæ, ad tabulæ hujus fabricam pecuniæ bonam legavit summam.* 6. *Reginæ* Elisabethæ *vel* Isabellæ *Conjugis* Christ. 2di *Sororis* Caroli V. *Imperatoris, cujus Epitaphium Gandavi Flandrorum erectum qvære infra in* Illustrium Danorum extra Daniam Vestigiis. 7. Elisabethæ *filiæ Regis* Johannis, *Conjugis verò* Joachimi *Elect. Brandeburg. Spadovii defunctæ 1555.*

Parietes Chori exhibent insignia Regis Christ. 2di & *Conjugis* Elisabethæ *cum inscriptione:*

CHRI-

CHRISTIANUS
Rex Dacie, Svecie, Norvegie, Slavorum & Gothorm,
Dux Slesvici, Holsatie, Stormarie & Dithmarsie,
Comes in Oldenburg & Delmenhorst.

ELISABETHA
innata Regina Hispanie, Archiducissa Austrie, Ducissa Burgundie.

His è diametro opponuntur insignia Joachimi *Elect. Brandeb. ipsiúsq; Conjugis* Elisabethæ, *filiæ Reg.* Johannis.

Hinc ab utraq; Chori parte sequuntur insignia omnium Regis Johannis *ipsiúsq; Conjugis* Christinæ *majorum ad qvartum usq; consangvinitatis gradum, appositis nominibus titulisq; non levi ædis hujus ornamento.*

Supra januam in Choro legitur Epitaphium Francisci *Principis, Regis* Johannis *Filii, hunc in modum:*

Ao. MDXI pma die april iclit9 pnceps
Dnus FRANCISCUS
verus heres Nor. Dux Sle. Stor. z Ditm. ces in olde: z Delmen. aia coris eg-stlo solta an. sum alta hoice 9ditus e cui de phe gla cu beatz ei. id. fac. fu. dx holsa e fl9 reg Dacie.

Id est, interprete Clar. Petro Lucoppidano.

Anno 1511 prima die Aprilis inclytus Princeps Dominus FRANCISCUS verus hæres Norvegiæ, Dux Slesvici, Stormariæ, Ditmarsiæ, Comes in Oldenburg & Delmenhorst, animâ corporis ergastulo solutâ, ante summum altare honorificè conditus est, cui Deus perhibeat gloriam cum beatis, etiam idem FRANCISCUS fuit Dux Holsatiæ & filius Regis Daciæ.

Epitaphium Mag. GEORGII JOHANNIS (Jensøn) SADOLINI *sive* WIBERGII *primi Fioniæ Superintendentis:*

Conditur hoc tumulo GEORGIUS ille JOHANNIS,
Ista qvi celebris Præsul in urbe fuit,
Eximium Christi qvi defendebat ovile,
Jam tenet en! lætus regna corusca Dei.
Ætat. suæ 60.

Hæc leguntur circa oras saxi sepulchralis, ubi integra Beati Præsulis expressa effigies, substratâ inscriptione vernacula, cujus hæc sola supersunt:

Og døde Anno 1588 then 5 Martii.

Anno 1580 is der Erbar und ernfest GERDT RANTZOV tom Botkamb Pavolsson alhir entleibet:

GERHARDO RANTZOVIO
Pauli Fil. Johannis Nep.
qvi cum in hoc oppido Odenshe à Rege Daniæ FRID. II.

Ducatus Slesvicensis Principibus Holsatiæ JOHANNI & ADOLPHO in feudum concederetur, singulari certamine commisso cum alio nobili Holsato, qvem rursus graviter vulneravit, ense trajectus ac hic, præsente Rege ac Ducibus nec non Proceribus Daniæ & Holsatiæ, sepulturæ honorificè mandatus ab HENRICO RANTZOVIO patruo. BEATA mater, qvæ maritum, filiam & jam hunc filium natu majorem ferè spatio unius anni amisit, mœrens non sine luctu, dolore ac lacrymis collocavit. Decessit anno Domini 1580 d. 19 Maji æt. 26.

NB. *Antagonista ejus fuit* Fridericus Broktorf *Joach. F.*

Lapis in choro caruleus exhibet insignia ac nomina MICHAELIS Petri fil. AKELEYE de Schenerup *Ann. 1539 d. 10 Aug. defuncti nec non Uxoris ejus* MAGDALENÆ DRAGE *1560 extinctæ.*

Epitaph. pio, erudito & honesto Viro

Dno JACOBO FROSTIO

qvondam hujus Ecclesiæ Pastori Vigilantissimo, fidelissimo ideóq; dignissimo & honestæ Matronæ Catharinæ Langenbergiæ uxori ejus carissimæ conditum. Autore *Johanne Georgio Sadolino Poëta Laur. Dano.*

Nil magis exornat qvemqvam, qvàm candida virtus,
Purus & eximiæ relligionis amor,
Præcipuè Verbi decorat mens recta Ministrum,
Voxq; sonans vivi dogmata vera Dei.
Muneribus præstans JACOBUS FROSTIUS istis,
Dum vixit, Christi servus amicus erat.
In Monachos hostes Domini vafrosq; Sophistas
Suscepti belli prospera signa tulit.
Sed neq; divitibus pravis Satrapisq; pepercit,
Qvos tenuit studium, fœde Epicure, tuum.
Hic jacet atq; illi CATHARINA optabilis uxor
Vicino recubat consociata loco.
Henrico Langenbergo qvæ patre creata,
Moribus enituit conspicuaq; fide,
Qvando tubæ Angelicæ, Christo redeunte, sonabunt,
Cum reliqvis surget clarus uterq; piis.

Obiit hæc anno Christi M.D.XLVIII in Octobr. ille verò ann. XLIX prid. Id. April.

JOHANNES FOSSIUS

Alburgensis Cimber Ottoniæ mortuus Anno Domini 1559 die 8 Jan. &

GEORGIUS ERASMI

Ydstadiensis Scanus hac vita functus Anno 1577. 6 Ap. Viri excellenter docti, bonarum artium Magistri, Eccles. Chri-

Christi ad S. Alban. Pastores vigilantissimi hic feliciter dormiunt, qvorum uxor CATHARINA, M. JOH. TAVSANI piæ memoriæ Filia, in eodem strato, volente Deo, qviescere decrevit.

Her ligger begraven ærlige og velagte Mand
OLUF HANSEN,
som var Dronning KIRSTINES Kammersvend og var Raadmand her udi Odense i 6 Aar og siden Borgemester i 18 Aar, som døde Anno -- 53 den 13 Jan.

In Æde D. Virg. Sacra.

Superest teste Resenio in Ind. Biblioth. lit. Q. sepulchralis in Choro Ædis bujus Marianæ lapis, ostendens nomen & insignia JASPARIS HENRICI de Sandagergaard *gente* QVITZOVII *Othiniæ in Canonicorum Collegio defuncti. De illo ita Vindingius in Acad. Hafn. p. 56.* Jaspar Henrici de Sandagergaard *magno ac nobili genere natus, Magister artium liberalium, Beatæ Mariæ Hauniensis Decanus & Canonicus Ecclesiarum Roëskildensis atq; Othiniensis,* primus Rector novæ Academiæ, *Regis & Episcopi aliorumq; unanimi consensu constitutus est ann. 1479 per semestre. Iterum Rector fuit, jam Doctoris titulo ornatus, ann. 1483. Conf. Svaningii Chronolog. Refert. Cel. Brod. Bircherodius in Descr. Fion. MSS. in manus sibi venisse binos libros, argumento pariter ac veneranda vetustate commendabiles, qvorum possessor olim fuerat primus Acad. Havniensis Rector, qvi à limine scriptum reliqverat:*

Jaspar Henrici Decanus Hafniensis
Monasterio Mariboensi Anno Domini 1480.

Ad calcem verò manu ipsius itidem exarata fuisse seqventia:

Jaspar Henrici de Sandagergardh Rector alme
Universitatis studii Hafn. & Decanus Ecclesie
collegiate ibidem est *possessor hujus libri anno D.* - - -

Her ligger
JÖRGEN MARSVYN
og hans Hustru Fru ANNA.

Her ligger begraven Ædle og Velbaarne
ERICH BILLE
til Linnemidt med begge sine Hustruer. - -
Reliqva vetustate exesa.

Hr. ULRICH von DEVITZ
Fr. BIRGITTA von HANN
Ao. 1680.

Anno 1639 den 30 Aug. haver ærlig og Velbiurdig Jomfrue Jomfr. IDE SKIENKEL ladet dette Epitaphium opsætte,

sætte, sin hierte kiære Sl. Faders Søstre navnlig

Jomfr. { SILLE CARINE ANNE ABEL og METTE } SKIENKEL

til en hæderlig Ihukommelse, hvilke Sl. forbemeldte Jomfruer haver begyndt at holde Huus tilsammen her udi Byen Ao. 1601. og siden levet udi Gudsfrygt et ærligt og samdrægtigt Liv og Levnet, til saa længe GUD haver kaldet den eene efter den anden fra denne Verden, og var Sl. Jomfru Abel Skienkel den sidste, som vor HErre kaldet den 22 Januarii Anno 1638 udi hendes Alders 88 Aar, hvilke efter sin egen Begiæring ligger begravne i deres Fæderne Kirke Østrup. GUD give dem etc.

In Æde Sti Johannis.

Sub hoc marmore reqviescit nobilis Vir

EYLERUS BRYSKE DALGANT,

qvi obiit ante Esto mihi 1529 cum filio suo dilecto

CLAUS BRYSKE,

qvi ense æmuli occubuit 1537.

Illustrissimus, Generosissimus & immortalis memoriæ Heros

Dnus FRIDERICUS GEDDE,

Dominus de Hindemaa, Nordschou, Ord. Danebr. Eqv. Aurat. S. R. M. Consil. Int. & hujus provinciæ summus Præfectus. Natus anno - - - ibid. denat. 1717. Reqviescat in pace beatus Heros de Patria, de publico & bonis omnibus optimè promeritus.

Lapis sepulchralis repræsentat virum loricatum, inter binas conjuges suas medium, substratis insignibus cujusq; gentilitiis. Inscriptio hæc est:

Anno Domini M. D. hic est sepultus miles auratus

Dnus PREDBIÖRN PODEBUSK

cum duabus uxoribus Dna VIBECKE & Dna ANNA, qvorum animæ vivant.

Denne Steen her udi Kirken funden og ovenmeldte Epitaphium findes paa, er af Rudolph Abraham Frie-Herre von Putbusch og Anna Cathrina Krag Frie-Herinde til Kiorup de Døde og Levende til Afmindelse oprenst Anno 1674.

Du-

Denne Salige PREDBIÖRN Frie-Herre von PUTBUSCH, Ridder og Danmarkes Riges Raad, hans Fader var Niclaus Frie-Herre von Putbusch, hvis Frue var Birgitta Ebenhardi von Molchen, hans Hr. Farfader var Pridborius Tertius Fri-Herre von Putbusch, Kong ERICI til Danmark hans Raad, der fornyede det Freds-Fordrag med de Svenske Anno 1376. Hans Farfaders Fader Henningius Secundus Frie-Herre von Putbusch, Kong OLAI til Danmark Geheime-Raad og Drost, hvis Gemahl var Gisela von der Sundt. Hans Farfaders Faders Fader var Henningius Primus Frie-Herre von Putbusch, Landt-Raad udi Ryehn, som var Stoislai Primi og hans Gemahls en Grevinde von Gutschou deres Son. Hans Groß-Faders Faders Fader var Barontho Primus, Frie-Herre von Putbusch, som var VIZLAI Fyrste af Ryehn hans Son, der ikke vilde føre sin Fyrstelige Titul, formedelst ved stoere Krigers Besværinger og Krigs-Armaturer hans Fyrstelige Midler bleve svækkede, lod sig derfor kun kalde Frie-Herre von Putbusch, som endnu hans Efterkommere kaldes. Vizlai Fader var RAZE en Fyrste af Ryehn, der bekrigede og tvingte de Lübecher og deres Stad, som først var bygt af hans Fætter CRITONE, som da var Fyrste udi Ryehn, Mechelburg og Holstein.

Fyrstelig Stamme af runden Rod
  For Øyne her sees af hver Mand,
Ey optænkt, men giæv og god,
  Som gamle Skrifter viise for sand:
Kiæk af Dyd og mandigt Mod,
  Med Skiæl det ey negtes kand,
Var det ey saa, det ey her stod,
  Successorer Baroner næfner mand.

Verùm quantumvis imposturæ suspicionem amoliri annisus sit genealogicæ hujus inscriptionis faber, oculatioribus se neqvicqvam probabit chronologia.

Dominus JOHANNES NICOLAI.

Trelburgi in Scania natus, Lundæ literis imbutus, postea neglectis literis, castra seqvebatur, atq; interea toto triennio carcere & vinculis in Svecia coërcebatur, qvibus solutus ad Musas rediit, iisq; sedulo invigilans Rector postea factus est Scholæ Othinianæ, tandémq; Pastor Primarius ad Div. Johann. Othin. Uxorem duxit Catharinam Michaëliam. Obiit 1617 d. 14 Decembr.

Domus Gynæcei Othiniani *pristinis temporibus & qvidem ab anno* 1504 *sedes*

sedes Episcopalis ab Episcopo Johanne Andreæ Beldenack (ɔ: *calvæ cervicis*) *extructa istiusmodi insignita est inscriptione:*

R. P.
D. JOH. ANDR.
Episcop. Otthin.

hanc curiam cœpit erigere anno Domini MDIV. consummavit illam MDVIII. Erectionis anno primo valuit modius annonæ tres solidos, seqventi qvatuor, cæteris annis ut communiter.

Ex Epitaph. hujus Episcopi Lubecæ (qvod Vid. in Dan. extra Dan. Vestig.) hoc loco notandum:

In constantiæ suæ declarationem posteris seqvens *reliqvit* adagium:

Salve patientia gloriosa victrix.

Qvod in eminentiori loco aureis literis super portam Episcopalis curiæ scribi fecit, omnibus prætereuntibus legendum.

Ædes Pauperum *vulgò* Doctors-Boder, *utpote* Doct. Thenneri *beneficio surgentes, hisce gaudent inscriptionibus:*

Supra januam 4tam.

Deo Opt. Max. Jussu & Legato
HIERON. THENNERI Hassi

J. V. Doct. Reg. Consiliarii ædes has pauperum usui & commodo MAGDALENA HAMSFORTIA Cornelii F. extrui c. CIↃ.IↃ.XC.

Supra ostium 5tum.

Contra hujus legati sanctionem facere liceat nemini, si qvis adversus fecerit, infelix & maledictus esto, donec resipuerit. CIↃ.IↃ.XC.

Inscriptio Gymnasii Reg. *Othiniani.*

Deo ter opt. Maxim. & Ecclesiæ, hoc Collegium statuit Sereniss. & Potentiss. Rex Dan. & Norv.

C. 4.

Proxeneta Viro illustri & generoso Domino OLIGERO ROSENCRANTIO Domino de Rosenholm, Regni Daniæ Senatore & Otthon. Præsule Amplissimo Anno Domini MDCXXII.



NEOBURGI.

Inscriptio Arcis marmori incisa:

CHRISTIANUS Rex
Friderici I. Fil.

Turrim hanc instaurat atq; arcis ædificia, simul oppidi propugnacula posuit Anno Domini 1549 anno regni 14.

In templo, juxta Chorum.

Her under hviler ærlig og Velbiurdig Mand
JOHAN FRIIS
til Orritzlöf, fordum Kongl. Majests. Befalnings-Mand paa Tranekiær-Slot, dode paa Logtved 1635 i hans Alders 50 Aar, samt ærlig og Velbiurdig Mand
HOLGER ROSENKRANTZ
til Glimminge, som var Kongl. Majests. Befalings-Mand paa Hammershuus, dode i Othense 1647. hans Alders 61 Aar med deres Hustruer, ærlig og Velbiurdig
Fru LENE GYLDENSTIERN,
som dode paa Demmestrup 1640. hendes Alders 51 Aar, samt og ærlig og Velbiurdig
Fru KAREN KRABBE,
dode den 4 Maji 1662 i hendes Alders 65 Aar.

Juxta Suggestum.

Aar 1577 den 6 Dag Februarii kaldede GUD ærlig og Velbiurdig
HANS BARBYE,
Velbiurdige Anders Barbyes Son, af denne forgiængelige Verden, og blev hand hastig aftagen her udi Nyeborg af sine U-venner. GUD give hannem etc.

NB. Andreas Barbye *erat Consiliarius* Christ. III. *Cancellarius* Frider. II. *& demum ex* Præposito Viburgensi Electus Lubecensis, *cujus epitaph. vide supra inter Roëskildens.*

Her under ligger begraven ærlig og Velbiurdig Mands Eskild Giöes og Fru Sibylle Gyldenstiernes sex salige Born, hvis Siæle GUD have. Annó 1584.



ASNESIÆ.

In templo D. Virg. sacro.

Candelabra exhibent Hexametrum:

Hæc tribuit templo PETRUS cognomine KEMPO.

NB. *Fuit iste* Kempo *Presbyter Asnesiensis teste ipsius epitaphio in Choro.*

Anno 1577. 4 Apr. obiit

Dnus PETRUS JOHANNES KEMPE

Pastor Ecclesiarum in Assens & Kierndrop, Præpositus provinciæ Bogherredt.

Anno 1544 - - des Ni Jars Dag is de Erbar und Manhafftiger

REINOLT van d. HEDENSTORP

K. M. to Denm - - - - Oberster und Amptmann upp Hagenschow hir begrafen, dem GOtt gnedich und barmhertich si.

Anno 1550 den 12 Januar. starf die Erbar Frau

ANNA van ANEVELDE Benedicti Dochter

des Erbaren Jens Rotfelt sin Husfrawe gewest upp Hagenschow.

Lapis columnæ Chori insertus hæc habet:

Siste Viator! gradus, meditare mortem, communem mortalium sortem, qvod mori potuit, hic deposuit Vir zelo & pietate venerandus

Dnus BARTHOLUS LUDOVICI,

Parentibus honestis natus Othiniæ Fionorum Ao. MDCXXX. qvi postqvam apud exteros, Gallos, Anglos, Germanos, Batavos inter assidua Theologiæ & Philosophiæ studia nobile exegerat triennium, redux in patriam primùm vocatus Pastor Ecclesiarum Assens & Kierum, mox Præposituræ Bogensis mactus honoribus id egit unicè, ut animas pietati devotas formaret, formatas Deo sisteret. Uxorem in matrimonio habuit Matronam lectissimam BIRGITTAM LUJA, sociam tori fidam & unicè dilectam, ex qva numerosa sobole beatus, qvinq; filiis, tribus filiabus inter vivos relictis, serus & satur annorum rediit ad Superos, denatus ætatis LXXXI, Ministerii LIV. Præposituræ XLIV, relinqvens terræ ossa, bonis memoriam, egenis eleemosynam, liberis benedictionem, qvi mœsti monumentum p. p. Anno M. DCC.XXIII.

In medio templi ambitu pendet Lychnuchus, cujus ex inscriptione patet, templum istud Deiparæ fuisse sacratum:

Anno M.DC.LII. d. XIV Aug. er denne Crone af Guds Naade forœret til denne HErrens Tempels Beprydelse neml. Vor Frue Kirchis i Assens. Niels Iversen &c.



SVE-

SVENOBURGI.

In templo Divæ Virginis

hanc inscriptionem reliqvit NICOLAUS HELVADERUS.

Lectori Salutem.

SVEND TIVFSKIÆG Koning met stor Ære,
Der hand mon Danemarcks Krone bære,
It tusind Aar og wid den Trendt,
Effter mand at skrifve begyndt
Fra Christi GUds Sons Fødsels Tiid,
Svendborg hand bygte med stoer Fliid
Paa dette Sted, som Kircken staaer,
Der effter wid toe hundred Aar
WALDMAR SEYER, hvor af gaaer Nye
Bygd' Ørckel Slott for Østen Bye,
Og stifftet saa wor Fru til Ær
Den Kircke, som di seer nu her,
Bygde ogsaa et Taarn wid Strand
Som mand far ofver til Tossingland.
GUd give Svendborg maa staae i Roe
Med alle de, der bygge og boe,
Og give det gaaer dem altid vel!
Hr. Niels Heldevad ønsker dett. Anno 1630.

Circa Baptisterium visuntur nomina & effigies duodecim hujus templi Pastorum.

Hr. JÖRGEN RASMUSSEN levede 1532.
Hr. CHRISTEN SKROGH Præst — 37 (ɔ: 1537) levede 60 (ɔ: 1560.)

NB. Christianus *ille* Skrogh, *alibi* Schrock, *fuit unus ex Protestantibus nostris, qvi in Colloqvio Hafniensi 1530. cum Papistis publicè congrediebantur. Tum temporis Asnesiæ docuit* Schrockius, *inde anno 1537 Svenoburgum translatus, successor Mag. Joh. Gaas, qvi primus Nidrosiensium evasit Superintendens; Subscripsit Ordinationi Ecclesiasticæ hoc modo:* Ego Christiernus Skrogh Prædicator Svineburgensis, *auditq; primus Fioniæ Concionator Evangelicus in Ind. Bibl. Resen. Supersunt literæ Episcopi Johannis Andreæ datæ Anno 1524. ubi in laudes nostri diffunditur ipsiq; ad altare S. Birgittæ in Ecclesia Nicolaitana investituram confert, qvæ in Annalib. Eccl. Dan. locum inveniant.*

Hr. MICHEL CHRISTENSEN levede 1568 og 1575.

NB. *Ex patronymico qvis conjiceret, successisse patri filium, sed Michaëlem hunc ex recensione Pastorum hujus ædis apud Bircherodium in Descript. Fion. MSS. prorsus exulare deprehendimus. Reliqvos novem tanqvam minus memorabiles prætergredimur.*

Anno 1677 d. 14 Octobr. ist der Woll Edel geborner
PHILIP FERDINAND von HASENBEIN
Des Woll Edel geborn. und gestreng. Herrn Heinrich von Hasenbein Ihro Hoch S.R.S.L.G.N.D.Z. Munster und Corvey des löbl. Hoch-Graffl. Bentheimb Edenburgischen Regiments zu Fus Bestalten Capitains Eheleiblicher Sohn alhier zu Svendburg gestorben, in diese Kirke erlic begraben und begesetzet worden. Seines Alters 16 Jahr.

Gott liebt die Seele in seine Reich
Und ist den lieben Enggelein gleich.

Suggestus ostendit insignia gentilitia DITHLEVI SEHESTED & *Dnæ.* INGEBURGÆ ROSENKRANTZ, *qvorum impensis extructus est* 1605.

In templo Nicolaitano.

Tabulam altaris ex templo Monasterii Dalummensis huc transtulit Dna Eleonora Marsvin *mater Ducissæ* Christinæ Munck, *qvæ* CHRIST. IV. *gl. m. Conjux fuit ad morganaticam. Clauditur dicta Tabula binis foribus, qvarum altera Regem Daniæ* Johannem & S. Bartholomæum, *ipsius Patronum, altera Hujus Conjugem Reginam* Christinam *refert ejusq; itidem Patronum Papisticum* S. Johannem.

Vexillum in Choro suspensum hæc habet:

Hier ligget begraben der Edle, feste und Manhafft
DETLöF NISSEN
gewesener Ritmeister der Cron Polen, so gestorben in Svendborg den 26 Junii Anno 1654. Seines Alters 42 Jahr.

Visitur hic tabula imagine leporinâ & seqventi inscriptione Belgica:

TAMAS de HAES

Een van de vornemste Borgers der vortreffelycke Staadt Alcmoer de Wappenen dragende onder de Campag van den HoogEdle Geboren Heere Heer Jo. WILHELM van GENT legt hier begraben.

Graf Gedicht
op
TAMAS de HAES van Alckmar uyt Heelf overleden
d. 6 Janv. 1660.

Tot FREDRICX dienst en treck tot eer
Verliet dees Vaderland en Vrinden,
Hy hielp de Zweetse vom ter neer
En Fynnen van haer Jock entbinden.

E regione altaris ostendit lapis sepulchralis Nobilem qvandam mulierem, qvod ajunt, doliarem dextrâ Rosarium versantem, substratis insignibus

bus gentilitiis ungve aquilino alâq; insignitis, sed cujus nomen & ævum pes altaris saxo incumbens curiositati Spectatorum subduxit.



MIDDELFARTI.

In templo S. Nicolai.

Inscriptio Campanæ majoris.

Vivos voco, defunctos plango, FULGURA FRANGO.
Dum trahor, audite, voco vos ad sacra, venite.

Suspenduntur in templo Middelfartensi grandiora balenæ ossa, additâ epigraphe:

Anno 1603 den 30 April blev denne Hvalfisk optagen her i Medelfar-Sund ved Hindsgavls Skov og var Erl. og Velb. Mand JACOB ULFELD til Ulfeldsholm Befalings-Mand paa Hindsgavl samme Tid.

Excerpta de Origine &c. Danorum MSStum Cel. Thomæ Bartholino Filio in Histor. Eccles. affecta, quæ asservatur in Bibl. Acad. citatum, Regem Daniæ GORMONEM GRANDÆVUM *in Fionia prope urbem Middelfartensem sepultum tradunt his verbis:*

GORMO Rex mirabilis investigator rerum omnium mirabilium. Hic sepultus est in Gormbergh, qvi modo dicitur Hengispgavell apud Methelfaar in magna ætate.

Wormius autem Monumentor. Danicor. libr. III lapidis Höybyensis in Scania Runicam Inscriptionem, sepulchrale monumentum Gormoni Regi à Torchillo Adelfar *erectum designare credit, qvam ita legit:*

Kunungs Vin Holi Thurdr reisti Kerf. Disi. Uftir. Kunung GORM.

atq; hoc modo interpretatur:

Regis amicus Sanctus THORO signum hoc erexit in memoriam Regis Gormonis, *additq; probabile esse* Torchillum *Christianis dictum, Ethnicis vero* Thoronem, *Regi suo pro qvo tot acerba passus erat, hoc struxisse monumentum. Lubet. subjicere animadversionem laudati Bartholini loc. cit. ad Ann. Christi* DCCXX.

"*Conjectura hæc est, inqvit, & inscriptio, qvam ordine aliqvantum immutato legit Wormius, fortè rectius hoc modo legenda:*
" THVRDR. Rufti. Gard. thifi. Uftir Kunu ok GORM. *hoc est*
" Thordus *erexit sepimentum hoc in memoriam uxoris & Gormonis.*
" *Plura deesse videntur & qvatuor residua voces, qvas in tres redactas Wormius interpretatur* Sanctus Regis amicus, *revera adeo depravatæ sunt, ut nullum sensum admittant.* Thorkillum *autem ante gustum veræ fidei adhuc totum ethnicum idem nomen gestâsse Saxo Grammat. fidem facit & septentrionalibus adhuc paganis* Thorkilli *nomen non minùs, qvam* Thordi *vel* Thoronis *communissimum & Christiana religione inducta, utriusq; nominis freqvens remansit usus. Præterea si Monumentum hoc struxit Thorchillus tunc Christianus, cur nomen cum spurcitie Ethnicismi rejectum, nihilominus retinuit? Si apertè confiteri non ausum qvis dicat, omni populo adhuc veteri superstitioni addictô, at qva ratione* Holy *seu* Sanctus *cognominatur? an qvia ex primis Danorum Christo nomen dantium fuit, eò superbiæ pervenerat, ut ipse semet* Sanctum *in Inscriptione*

"*ad Ethnicismum ob metum plebis conformata proclamaret? Et qvo colore* Regis
"amicus *dicetur, qvi navigatione, mortalibus vix cognitu facili à Rege impositâ,*
"*ultimo periculo destinatus fuerat: sicarios, qvi se noctu opprimerent, Regis impe-*
"*rio subornatos, egrè eluserat: Ultimo cum Rege colloqvio eum omnem dæmonum*
"*rabiem aut belluarum sævitiam superare acerbè expostulaverat: ac deniq; relatione*
"*itineris Regi injucunda subitam mortem Regi acceleraverat? Præterea totius in-*
"*scriptionis incertam & inviolata veteri lingva parum convenientem expositionem.*

In templo Monast. Dalumens. Ord. S. August. hodie Christiansdal.

To Jomfruer Søstrer og Priorisser
Gudfrygtig, Velbiurdige af de Friser,
ALHED og ANNA deres Lægemer her roer,
Deres Siæle hos GUD i Himmelen boer,
Fra Barndoms Aar til Dødsens Tiid
De levede her og tiente GUD med Flid.

Jomfr. Alhed kom her ind i sit 7de (*ita hab. Mss. Bircherod.*)
Døde her i sit 80 Aar Ann. 1580. *sed fortè esset 17.*

Supra januam sepulchreti inferioris.

Anno 1646 haver
Konning CHRISTIAN den 4de
Selv været her i Dalum Kirke og naadigst bevilget mig IVER WIND dette Capell til min, min K. Hustroes og Arvingers Begravelse, hvorimod jeg loved, at give til Dalum Kirckis Reparation, som da var meget forfalden 400 Sp. Rdlr. Haver jeg saa dette Capell med Epitaphio og Ornamenter ladet opbygge GUD og Kircken til Ære, hvilket jeg og mine Arvinger selv skal holde ved lige, og til diss Conservation da er af mig der til lagt noged Landgilde af en Gaard efter den Fundation, derpaa giort er.

Lapis muro insertus legenda præbet:

Her ligger begrafen Erlig og Velbiurdig Mand
Hr. IFWER WIND
til Nörholm, Ridder, Danmarckis Riges Raad og K. M. Befalningsmand i Dalum Closter, Cantor i Wiborg, Canonicus i Ribe og Aarhuus og Vicarius i Roskild Capiteler, som tiente i CHRISTIANI 4ti Cantzellie første gang i 9 Aar fra Anno 1612 til 1621. og siden for øverste Secreterer udi fulde 18 Aar fra 1626 til 1644 hand blev satt i Raadet. Døde d. 17 Febr. 1658. Desligeste hans Hustroe Sl. og Velbr. Frue
Fr. HEDEVIG SCHINCHEL,
som døde den 28 Jun. 1677

In

In templo parœciæ FRAUGDE *prope Othiniam ad prædium Fraugdegaard, cujus possessor olim erat B. Doct.* Th. Kingo *Episc. Fion. vernaculi carminis majestate inclytus.*

Caveto Viator! ne novum hoc temere marmor credas, arte recens est, sed candore, fide & prisca probitate antiqvum, qvod Nobilissimo & Integerrimo Viro

Doct. CHRISTOPHORO BALSLOV

Domino de Fraugdegaard, Assessori in Colleg. Cancell. Regio, Medico apud Fionenses felicissimo, Socero suo incomparabili & Filiæ ejus longè Svavissimæ

BIRGITTÆ BALSLOV

Conjugi suæ sanctissimæ, pientissimæ, carissimæ THOMAS KINGO S.S. Theol. Doctor, Diœces. Fionensis Episcopus, nec sibi, nec illis in vanæ desiderium gloriæ, sed probitati in gloriosam exempli felicis imitationem erigendum voluit, pios sic affatus successores:

Nullo marmoreus fastu lapis hicce superbit,
Sed silet & muto vos monet ore Patres,
Collapso hanc cineri nostro concedite pacem,
Qvam petit, elingvis KINGO ubi factus erit.

In templo Svinningensi Nomarchiæ Gudmensis.

Epitaph. marmoreum.

Her ligger begrafed Erlig og Velbiurdig Mand

Hr. HENNING WALKENDORPH

til Glorup, som døde i Odense 1535 den 28 Sept., med sin kiære Hustrue Erlig og Velbiurdig Frue

Fru SISSEL FRIIS,

som døde paa Glorup 1562 den 27 Febr.

Tabula marmorea, qvæ in Choro suspenditur, quadrata seqventem continet scripturam:

Jeg haver opbygt Glorup oc Kirken af ny: Jeg haver bekommet ald Svinning Sogn under Glorups Herskab: Jeg haver ladet opsætte alle Steengierder om Glorups Fang. Af alt dette roser jeg mig inted, men takker GUD. Men jeg glæder mig i GUD, at jeg haver regieret mine Tiennere i Fred med Sagtmodighed og Kiærlighed.

Date Cæsari, qvæ sunt Cæsaris &c.

CHRISTOFFER WALKENDORF

D. R. H.

CHRISTOPHORUS WALKENDORPH de Glorup, cum hoc ſibi deſtinâſſet monumentum, non tam motalitatis, qvàm immortalis fraternitatis pius cenſeri avebat memor. Qvocirca duorum ſibi longè cariſſimorum fratrum effigies ſuæ adjungere ſatagebat, non obſtante ſepulturæ cujusq; delectu proprio. ABSOLON enim, ut erat miles egregiè animoſus ex acerrimo conflictu Falckenbergenſi glorioſum reportans vulnus, Roſchildiæ, qvod petiit, exuvias depoſuit Ann. Chr. M.D.LXV. JACOBUS verò, ut erat otii librarii ſectator felix & induſtrius, biennium ab hujus exitu placidè inter amicorum amplexus expirans hic ex voto qvieſcit. At monumenti Autor ſuperſtes ut convivere ita & commori qvaſi unà videri gaudebat cum eis, qvibus ex Divino pariter & materno præſcripto erat junctiſſimus. O vim amoris fraterni ſacram, qvam nec loci nec temporis compeſcuit Horizon. Ecce qvàm bonum, qvam jucundum, habitare fratres in unum in terris, dum licet, conſvetudine, in cœlis cum Deo neceſſitudine.

Imaginem Dni Chriſtophori Walckendorphii *Glorupii repertam, epigrammate Germanico ornavit, ornatam in Choro templi ſuſpendi fecit Mag.* Fridericus Brandt, *dubitat tamen Bircherodius in Deſcript. Fion. Mſſ. utrum ipſius Chriſtophori, an* HENNINGII *ex fratre Nepotis ſalutanda ſit effigies.*

In thuribulo papiſtico adhuc ibidem ſuperſtite vulgò Ild-Potte.

ᛘᛂᛋᛏᛂᚱ:ᛁᛆᚴᛆᛒᚢᛋ:ᚱᚢᚠᚠᚢᛋ

Meſter Jacobus Ruffus

ᛘᛂ:ᚠᛂᚴᛁᛏ:ᛆᚢᚡᛂ:ᛘᛆᚱᛁᛆ:ᚴᚱᛆ

me fecit auve Maria gra

In templo Heſſelagrienſi.

In Sacello Septentrionali.

Teſtudo oſtentat inſignia ſtirpis Friſianæ *ter depicta, una cum inſcriptione appoſita:*

OTTO FRIIS	JESPER FRIIS	HENDRICH FRIIS
dode 1503.	dode 1504.	dode 1454.

Ibidem

JOHANNES FRIIS,

ad qvem Curia cum tota parochia Heſſelager pertinebat, hanc ſacram Ædem Patronus inſtauravit Anno 1550.

In

In Sacello australi.

Lapis niger alabastro cinctus pandit tetrastichon:

JOHANNES FRIIS hæc posuit monumenta Parentum,
Qvos cum Conjugibus qvatuor hic reperit,
Séq; cupit juxta, dederint si fata, locari,
Sed Lector locus est hic tibi prope vale.

In tabella ex alabastro ibidem.

JOHAN FRIIS

aff Hesselager lod legge denne Steen her, fordi hans Fader og Far-Fader, hans Olde-Fader og Olde-Olde-Fader og deres Hustruer ligger alle her begravne. Anno MDXL.

NB. *Hæc ipsa itidem leguntur in templo Franciscanorum Othiniæ.*

Inferius:

Monumentum hoc Avorum Atavorúmq; seriem altè repetens, qvorum cineres felici, sed rara sorte collegit locus unus. Reparat. Ann. Sal. MDXL. à Johanne Friis de Hesselager qvondam Cancellario.

Ibidem.

Per qvem Divina providentia stirps hæc propagatur,

NICOLAUS FRIIS

de Hesselager suæ Conjugis insignia apponi & hoc loco collocari fecit: à liberis nepotum stirpem radici conformem pie exoptans. JOHANNIS verò FRISII Cœlibis, cujus virtute & meritis dignitas hujus Familiæ plurimum crevit, cineres Hafniæ in templo Divæ Virginis vocem Archangeli placidè expectant.

In Choro.

Her ligger begraven Welbiurdig

JESPER FRIIS

Hendrich Friises Søn af Ørlunde, som udi sin første Ungdoms Blomster af Vaade druchnede udi Lunde Molle-Dam den 24 Maji 1561. med sin Søster

Jomfr. MAREN FRIIS,

som døde paa Ørlunde den 16 Maji i samme Aar.

Ibid.

Erlig og Welbiurdig Mand

HENDRICH FRIIS

af Ørlunde, Jesper Friises Søn af Lundbyegaard døde den 9 Martii 1571. ætat. 75 og ligger her begraven med sin Hustru E. og Welb. Fru

MARGRETE BILD

Niels Bilds Datter af Raunholt og døde den 16 Maji samme

Aar æt. 63. efterat de havde levet sammen 39 Aar og avlet 6 Sønner og 7 Døttre. Deres Siæle GUd have.

Ibid.

JOHANNES FRIIS

de Hesselager Christ. III Danorum Regis Cancellarius auctis & ædificatis curiis & possessionibus suis Hesselager, Hagested & Borebye, qvod Hesselager antiqvior familiæ sedes est, hic posteris suis monumentum posuit anno Domini 1557

Omnes eodem cogimur.

In templo Gudmensi.

Georgius Scheel *Toparcha in Brobolm, gener Domini* Andreæ Bilde, *qvippe cujus filiam* Elisabetham Bilde *in matrimonio habuit, Genealogicam Familiæ* Bildianæ *arborem hic depictam voluit & qvidem his verbis & hac serie:*

Hr. Thörne Bilde er den første vi veed Nafn paa, har boet paa Allbingegaard i Siælland paa den Tid vi vare Hedninge og ligger hand begravet der paa Marcken i en Høy og der staaer en stoer Steen paa hans Graf med de Billers Vaaben udhuggen og der hos er skreven:

Her ligger Thörne Bille til Allbinggaard Ann. 781. Er fra den Tid og hid 912 Aar. Men nu feyler tre eller fiire Biller, som mand ikke veed Nafn paa. 1693.

1. Thörne Bille til Allbingegaard. 2. Hr. Peder Bille til Allbingegaard den 3die eller 4de Mand fra Thörne. 3. Erich Pedersen Bille til Allbingegaard. 4. Hr. Peder Erichsen Bille til Allbingegaard, Fru Anna Hr. Jens Clausöns af Loytsmose. 5. Hr. Bendt Bille til Allbingegaard, Fru Else Hr. Jon Lildis Datter af Bobedy. 6. Hr. Thorben Bille til Soeholm, Fru Sidsel Hr. Tygge Lungis Datter af Basnes. 7. Steen Bille til Soeholm, Fr. Margrete Hr. Claus Rönnovs Daatter af Faarevelde. 8. Claus Bille til Lyngsgaard, Fru Elsebeth Hr. Jens Holgersens Ulstands Datter af Glimminge. 9. Jens Bille til Billesholm, Fru Karen Eyler Rönnovs Datter af Hvidkield. 10. Erich Bille til Orelof, Fru Mette Anders Banners Datter af Giersingholm. 11. Hr. Anders Bille til Damsbo, Fru Sophia Jacob Rosenkrantzes Datter af Kierstrup. 12. Erich Bille til Lovitzmose, Fru Mette Holger Rosenkrandtzes Daatter af Glimminge. 13. Anders Bille til Lovitzmose, Fru Beate Margrete Hr. Henrich Bielckis Datter. Denne Stam-Tafle er endnu meget meere vidtløftig paa to Ark Papir, og samme

Bilde-

Bilde-Slegt næfnes for Christi Fødsel og udi Kong Frode Fredegods Faders Tid.

Conspirat initium hujus genealogiæ cum arbore Bildorum *Genealogica in templo Sialandiæ Walloebyensi superius allata, cui tamen nemo fidem temere habuerit.*

Ad nomen Domini Andreæ Bildii *hic bis obvium adjucendam duximus repertum in Veteri Codice observationem, quæ Ottbonis Sperlingii de Veteri Danorum vestitu Commentatiuncula Novis Litt. Mar. Balth. Ann. 1698. Mens. Novemb. insertæ locum fecit.*

Anno 1553 blev H. ANDERS BILDE Rigens Marsch oc var hans Klæder den Tid: Hans Trøye var af sort Fifflafft (panno ita Danis dicto à qvinqvelicibus filis, ex qvibus contexitur, *Boratt* Germanis Mercatoribus) med røde Trippis Ermer (panno satis noto, laneo, more holoserici parato) hans Buxer vare af Fillimut Bommersie (ɔ: femoralia bombacina coloris foliorum caducorum *fueille-mort* Gallis appellati) oc hans Kappe var af velbered Kalv-Skind. (NB. *Pallium ejus erat ex corio vitulino.*) Det siunis at denne H. Anders Bilde skal have været dend H. Anders Bilde, som Velb. Arild Hvitfeld i den Danske Kronicke mælder at være død i Octobr. 1555, saasom Velb. H. Anders Bilde tilforne i Kong Hanses Tid 1502 har været Overste over Artigleriet. Dog Velb. Hvitfeld mælder intet om hans Promotion til dend høye Rigens Marschis Charge, thi fra H. ERICH ERICHSEN BANNER, som var Rigens Marsch i C. 3. Tid oc døde 1544 finder mand ingen at have betient Rigens Marschis Charge førend HOLGER ROSENKRANTZ, som dertil er udvalt af F. 2. oc døde 1575.

Hvad ellers det ovenben: er anlangende om H. ANDERS BILDIS Befordring til Rigens Marschis Charge, som skeede i Skaane, saa oc om hans Klædedrackt den Tid: Haver jeg seet oc læst udi et gammel Charteche, som Præsident NANSEN i Kiøbenhafn fandt i een Bog, som jeg for hannem kiøbte paa Auction, imidlertid jeg for nogle Aar siden var i hans Huus.

Subjungit inter alia verbis istis Anonymi laudatus Sperlingius, ideo pallium Domini Andreæ Bildii coriaceum fuisse, qvòd vestigia vetustissimorum temporum adhuc seqveretur, ubi vestes omnes septentrionalibus pelliceæ & coriaceæ, id qvod de vestitu Germanorum & Borealium cæterorum testantur Cæsar, Strabo, Mela, Plinius & Tacitus. Allegato egregio Arnoldi Lubecensis loco de mutationibus vestium Danorum. Lib. 3. c. 5. *Dani*, inqvit, *usum Teutonicorum imitantes, quem ex longa cohabitatione eorum didicerunt, & vestitura & armatura se cæteris nationibus coaptant & cum olim formam nautarum in vestitu habuissent, propter navium consvetudinem, quia maritima inhabitant, nunc non solùm scarlatico, vario, griseo, sed etiam purpura & bysso induuntur.* Conf. Dissert. Gregor. Welleji de antiqvo Septentr. vestitu pelliceo.

Inscriptio Campanæ majoris in eodem templo Gudmensi.

Jesus Nazarenus Rex Judæorum miserere nobis. Maria Mater gratie, tu nos ab hoste protege. Anno Domini M. CD.XXXXI. factum est hoc opus in honorem Domini nostri Jesu Christi & S. Laurentii per Magistrum verum & Curator: Dn. Laurentium Mand. Amen.

In templo Egensi.

In Choro.

Ao. MD. starf de ernst-feste undt gestrenge
Her ELER RÖNNOV,
Herr MARQVAR des Sone. MDXLIII starf
Frow ANNE RÖNNOV
Herr TUGE KRABBE Dochter hir begrafne mit drey erer beider Kinder, dem Goth gnedich si.

Ao. 1565 ten 25 Octobr. da fallede GUD allermectigste Erlig og Velb. Mand
BENT NORBYE
til Lindskow af denne Verden. Anno 1572 alle Helgens Dag fallede GUD Erlig og Velbiurdig Frue Kirsten Bent Norbyes Hustrue og ligger her begraven.

Inscriptio vexilli exseqvialis:

Her under hviler Erlig og Velbyrdig Mand
HENRICH GIÖE
til Brandholm Kongl. Majests. til Danmark og Norge Velbestalter Major af det Sellandske Regimente til Fods, som var ærlig og Velbiurdig Mand Eschel Giöe til Brandholm og ærlig og Velb. Frue Emerentze Rosencrantz deres Son, som var fod paa Brandholm i Jylland den 12 Martii 1633. og saligen hensov udi HErren i Kiobenhavn den 17 Febr. 1668 ung Karl udi hans Alders 35 Aar ringere 3 Uger og 3 Dage. GUD give hannem. etc.

Servat nobile Egensis templi sepulchretum cineres intrepidi Herois Domini GEORGII KAASII, qvi involante circa annum 1657 Fioniam Sveco, facta in provinciam Insulæ Vendsherret exscensione, decoro pro patria occasu occubuit. Prostrati cadaver gregariis immixtum prædatorum mox denudavit avaritia, sed qvod, ubi fieri posset, inqvirendum dignæq; strenuo Viro sepulturæ honorificè mandandum jussit, qvi Martium Nostri Spiritum summamq;, qvâ irruenti se hosti objecit, fidem perspectissimam ipse habebat bellicosissimus Speciæ Rex, magnus pugnacissimi cujusq; æstimator, virtutem etiam in hoste veneratus. Dictum factum! qværitur, agnoscitur, reperitur cadaver, Kaasium prodentibus, qvæ in nudo legebantur brachio, literis initialibus J. K. ɔ: JØRGEN KAAS, pulvere nitrato exaratis. Nec mora, duplici immersum Sarcophago per novem milliaria ad prædium Lindschoviense ab ERICO KAASIO consangvineo Nostri tum temporis inhabitatum honestissimè deportatur. Cui cum moræ nonnihil datum esset hospitio, ecce! (qvæ Scipionis Arctoi magnanimitas fuit) cum omnibus belli Ducibus & qvicqvid exercitus tremebat Præfectorum, adest CAROLUS, extincto splendidissimas ipse iturus exseqvias.

Ela-

Elatum itaq; funus Kaasii insigni pompâ, comitatu putà Regio, tantoq; seqventium agmine, ut bini summi gregatim incedentes universam, qva Egense templum Lindschovio distat, viam, ultra milliaris qvadrantem porrectam, serie prorsus implerent consertissimâ. Qvæ relatio, cum nihil hac de re in literas missum, debetur memoriæ molitoris Lindschoviensis nomine Jani haud ita pridem defuncti, cujus ævo hæcce fuerant gesta.

In alio ibidem sepulchro jacet Vir nobilis NICOLAUS KAAS, *qvem ferunt olim rebus in Holsatia præfuisse titulo* Ampt-Mand, *postqvam verò ad incitas inopiamq; redactus erat, obiisse Lindschovii tempore Beati Pro-Tribuni (Obrist-Lieutenant)* RUBECHII KAAS *Toparchæ Lindschoviani, funusq; suum adhuc servare integritatem.*

In templo Asperupensi.

Epitaph. Dni LAURENTII GEORGII.

Vir præstans virtute, fide, vir justus & *Eqvus*,*
Hujus & ante alios vera columna domus.
Qvi pietate Deum coluit Christumq; professus
Hoc pastor tumulo LAURIGERUS recubat.
Hic ego LAURIGERUS jaceo, qvis curat? ut omnis
Negligat hoc mundus, scit tamen ipse Deus.

* *pro Æqvus.*

Inscriptio Campanæ maximæ.

Hielp Maria: Anno Dni MCDXXX. Vir Sanctus Petrus.

In templo Ubyensi.

Inscriptio januæ literis ex ferro fabricatis:

Anno Domini MCDIX. Unus Dominus: PETRUS TUCONIS: LAURENTIUS JACOBI. Orate pro me peccatore.

In templo Gielstedensi S. Nicol. Sacr.

Lapis sepulchralis juxta altare repræsentat virum armatum furcatæ barbæ una cum uxore & utriúsq; insignibus: Inscriptio hæc est:

Her ligger begr: Erlig og Welbr. Mand
OTTHO HVIDE
af Hynderup med sin Kiære Husfrue,
Frue SOPHIE DAA
og döde Sl. O. H. Anno 1562. GUd give dem &c.

Inscriptio januæ literatura ferrea:

Anno millesimo qvingentesimo sexto opus istud factum est in honorem Sancti Nicolai in Gielstedt per me Olavum Malde oppido Asnes.

Cum tumulum cernis, cur non mortalia spernis?
Tali namq; domo clauditur omnis homo.

In templo Rörupensi S. Martino sacr.

Inscriptio Januæ litt. ferr.

Anno millesimo qvingentesimo decimo tertio opus istud factum est in Rorope in honorem Sti. Martini per me Olavum Malde tempore Laurentii.

In templo Söebyensi.

Clauditur hoc clarus CANUTUS marmore parvo,
HURNORUM antiqva nobilitate satus.
Anno 1543. d. 14 Febr.
Jungitur huic socia en Conjunx INGERA marito
WALCKENDORF, avio stemmate clara suo.
1555. 23 Febr.

Junior WRNORUM prognatus stirpe CANUTUS,
Cui Pater è Sögaard ABSALON WRNO fuit,
E Scarolt genitrix clarissima fœmina fulsit,
ANNA ROSENSPARÆ stella corusca domus.
Hic jacet ereptus mundo puerilibus annis,
Surget in extremo clarus honore die.
Anno Dni 1552.

Epitaphium conditum nobili ac generoso
Dno ABSOLONI URNE
de Sögaard, Orsmarch & Raustrup. 1575.

ABSALON URNE decus patriæ Secliq; venustas
Et nitidæ fulgens nobilitatis honos,
Hæc sibi prudenter fecit monumenta parari,
Et vitæ pariter mortis & ille memor.
Hujus in eximio præcellens pectore virtus
Emicuit multis conspicienda bonis,
Nobilium qvamvis processit stirpe parentum
Et simul illustres dinumeravit avos.
Clarior ille tamen studio pietatis abivit,
Nam melius dici qvid pietate potest?
Artibus ingenuis teneræ sub flore juventæ,
Auspice LONGOLIO, tempora læta dedit.
Florentem juvenem fœlix Germania vidit,
Doctaq; facundis Gallia facta viris.
Hafnia cum dura stetit obsidione coacta,
In castris Qvæstor Principis ipse fuit;
Hinc à Secretis Regi fortiq; bonoq;
Curavit firma munia justa fide.
Sæpe Legatus longinqvas missus in oras,
Exhibuit patriæ commoda multa suæ.
Qvæ fuit huic virgo thalamo sociata jugali,
ANNA ROSENSPARDÆ gloria gentis erat.
Ex qva filiolum duntaxat sustulit unum,
Qvem mors post matris fata suprema tulit.

Vir

Vir bonus & constans, viduatus conjuge chara
Annos traduxit cum pietate decem.
Tunc sibi BIRGITTAM RUDIORUM stemmate Nympham
Conjunxit casto lege favente thoro.
Qvatuor hæc pariens gnatos totidemq; puellas
Tradidit egregio pignora pulchra viro,
Dum Sveonum turmis Danorum objecta caterva
Surgeret horrisonis Marte fremente minis,
Nobilis hic Heros FREDERICI voce SECUNDI
Qvæstoris titulum rursus adeptus erat.
Consiliis sanis adjuvit Danica regna,
Dum ferret cautâ publica signa manu,
Nam regni nostri dum Cancellarius esset,
Publicus hoc uno Præside stabat honos,
Inde volente Deo curas dimisit amaras
Aonio amplectens otia blanda Choro;
Fœlix, qvi potuit tranqvillam vivere vitam
Et colere æternum voce fideq; Deum.
Hanc per fortunam reqviescens ABSALON URNE,
In Christo Domino gaudia vera tenet.

NB. *Vernaculâ vocabatur* Axel, *haud aliter ac* Absalon *Archiep. Lund.*

In templo parœciæ Olgod.

Epitaph. Presbyteri piissimi & semisecularis Domini SEVERINI JANI BUCK, *qvi à festo Purific. D. Virg.* 1556 *ad annum* 1606 *Ecclesiam istam animavit, qvo fatalis horæ præscius decessit.*

Mixta meæ menti pridem mens cœlica finem
Prædixit vitæ non procul esse meæ,
Hinc toties mœsto cecini mea fata sodali,
Æternas animus suspiciebat opes.
Qvas nunc per Christi meritum me lætor adeptum,
Munde vale in Christi vivere dulce sinu.
Qvod mortale mei fuerat, parva hæc tegit urna,
Spiritus ætherea lætus in arce viget.

In templo Mesingensi S. Catharinæ cærulei pallii sacrato (s. Karen med den blaa Kaabe) tecto putà plumbeo.

Inscriptio capsæ antiqvioris ad altare:

An. Dni M.D. O verè digna hostia, per qvam fracta sunt tartara.

Lapis in Choro sepulchralis seqventia complectitur:

Erlig og Welbyrdig Mand
ANDERS BIELCHE
til Wellinggaard, som af sine U-venner blef hasteligen taged

af Dage Anno 1588 den 5 April. og ligger begraven i Kirche-bye Kircke i Falster.

Erlig og Velbyrdig Frue

Fr. ANNE HARDENBERG

til Thorslundgaard, som var twende gange i Ecktestab med disse Welb. Mænd, som hos staaer, og døde hun Anno 1612 den 12 Aug. Den anden hun i Ægte hafde ligger under samme Steen, var Erlig og Velb. Mand

SIWERTH SEHESTED

til Urup, som var fød i Land-Holstein af Welbr. Forældre BENDIX SEHESTED og Frue KAREN HOLK og døde 16 - -

Clar. Alb. Thura in Præfat. Gynæc. Dan. Literat. p. 9. Anna Hardenberg *Matrona Nobilis, Vidua* Andreæ Bielke *de Thorslundgaard, Scholæ Cartemundanæ in Fionia anno 1602 d. 13 Jan. D. Imperiales in specie reliqvit.*

Inscriptio Campanæ

Anno Domini MCCCCXV. O Rex gloriæ Christe veni cum pace. Magister Laurentius.

In alia majore.

Anno Domini millesimo qvingentesimo qvinto Susanna vocor.

In templo Qverndrupensi Indulgentiis *olim percelebri.*

Hic jacet

ANDREAS ERICI

de Coxbela armiger. Obiit anno Domini MCCCCLVI. J.H.S. Mari Johañs.

Hic jacet

Dna METTE PALÆMONIS

relicta Andreæ Erici de Koxbole Anno Domini MCCCC. LXXXV. Help Got almekte.

NB. *Andreas iste Erici fuit genere Uhlfeldius, qvem cum multis aliis veterum Uhlfeldiorum in templo Vindingensi consepultis huc transferri curavit Dnus* Jacobus Jacobi Uhlfeld *Toparcha Eegeschowensis in paræcia Qverndrup, postqvam abalienaverat avitam Uhlfeldiorum sedem Uhlfeldsholm seu Kosbölle in paræcia Vinding, erexitq; splendidum illis monumentum Ann. 1616 teste Bircherodio in Descr. Fion. MSS.*

In templo Windingensi S. Matthæi Ap. & Evang. *ut habent literæ antiqvæ anni 1302.*

Sub hoc marmore sepultus est Nobilis ac generosus Vir

JACOBUS ULFELD

de

de Selsöe & Koxbölle, qvondam FRIDERICI SECUNDI Regis Consiliarius, qvi obiit 1593 die - - Cum sua dilectissima Uxore

ANNA FLEMMING

de Bauelse, qvæ postqvam in conjugio cum marito suo honestè per annos 8 vixerat. 3 Id. Nov. Anni 1570 occubuit. æt. 26.

Cum parœcia Vindingensis decus Arx Koxbölle postea à Jacobo Canuti Ublfeldio Ublfeldsholm, ab Eleonora Marsvin *matre Ducissæ* Christinæ Munck Ellensborg, *deinde à Possessore* Buchwaldo Nyegaard, *& tandem ab* Hilario Holch *Legato exercitus Generali, Consil. Reg. Int. ac* Libero Barone Holchenhafn *vocitata olim pertinuerit ad nobilem antiqvorum Blaaorum stirpem, qvæ jam diu exaruit, suspicari liceat huc fortè referendum esse epitaphium Dni* Mauritii Blaa, *cujus meminit B. Petr. Sept. sed sine mentione loci:*

Her ligger Her MAURITS BLAA en Ridder saa bold,
Et Stund førdte hand den blancke Skiold,
Nu ligger hand under sorten Mold.

Conf. laudat. Septimium in Notis ad Cantil. Heroicam, qvæ ita incipit: Her HELMER BLAA rider sig i Rosenslund, *ubi præterea observat, Nobiles Blaaos diu ante æram Daniæ Christianæ incoluisse prædium Scanicum Levestedgaard.* Ivari Blaa *fit etiam mentio in Cant. Heroicis, qvo nomine duos fuisse refert, alium* Ivarum Blaa *in Svecia 1240, alium toparcham Korsböllensem.*

In templo parœciæ Jordlöse, ubi Damsboe & Söeboe Nob. sedes sitæ:

Her hviler en fromme Mands Beene,
ANDERS REVENTLOV under denne Steene,
Og CECILIE LANGE sin Huusfrue,
Baade af Söeboe GUD give dem Roe.

Erlig og Velbyrdig Mand

ANDERS REVENTLOV

til Söeboe blev slagen for Assens af Rigens Fiender i Greve CHRISTOPHERS Feyde 1535. Hans K. Frue

Fru SIZEL LANGE

døde paa Söeboe 1553, begges deres kiære Børn, som er Erlig og Velbyrdig

JACOB REVENTLOV

til Söeboe, som var i Cancellærie, døde i Kiøbenhafn i Kong FRIDERICH den Andens Tienneste 1564.

KNUD REVENTLOV,

som var Kongl. Majests. Capitain, druknede S. Olufs Nat under Gulland med mange fleere af Adelen 1566.

NIELS REVENTLOV
døde i sin Ungdom.
Jomfr. BIRGITTE REVENTLOV
døde paa Stadsgaard 1564.
Jomfr. ANNE REVENTLOV,
som besad Söeboe, døde sammesteds 1588.
Jomfr. JOHANNE REVENTLOV
døde i sin Ungdom.
Jomfr. ELLINE REVENTLOV
hensov i sin Ungdom. Erlig og Velbiurdig
ANDERS HOLCK,
som var i K. FRID. den Andens Tienneste, døde i Svendborg 1595. Erlig og Velbiurdig
TYGGE KRABBE
døde hos hans Morbroder i sit 4de Aar 1547. Disse fornæfnte (undertagen KNUD REVENTLOV, som blev begraven paa Gulland) ligger under denne Steen, som Erlig og Velb. Fru SIDSEL LANGE til Söeboe lod bekoste Aar 35. Erlig og Velb. Fru MARGRETE Sl. Hr. ERICH KRABBES og Fru MAGDALENA Sl. HENRICH HOLCKES, de sidste af de REVENTLOVER, begge til Söeboe lod denne Steen udhugge og opsætte til en Amindelse efter deres Sl. Fader og Moder, Sydskende og Born, som her forskrevet staaer. Anno 1597 blev denne Steen fuldkommen.

Año 15 - - den is de Erbar und Ernveste HINRICH HOLCK in Godt entslapen, und sine Hustrue Sel: Vru MADALENA REVENTLOU to Rönhave is gestorven Año 15 - -

---

Mille & qvingentis *- stati - - octoq; lustris
A Christo postqvam tertius annus adest,
HENRICUS de Rönhoff HOLCHIUS amore Parentis
Imperat hoc marmor, qvo cupit ipse tegi.

* *Lege* æstatibus, *ut proveniat annus* MDXLIII.

Inferius.

Van dage is dat min Borte. Morgen so is set din Forte.

In templo parœciæ Wackbye
qvò spectat aula Glimmingensis.

Anno 1482 obiit Nobilis Vir
HOLGERUS HENRICI,

qvi

qvi fuit hic ſepultus cum uxore ſua Dna BIRGITTA. Reqvieſcant in pace.

Epitaphium Magnifici & Generoſi
Dni JANI HOLGERI
ausser dem Hause Arnstorff, im Fürstenthum Reig in Schlesien gelegen, Ihre Königl. Majests. zu Dennemarck wohlverdienter Obrist-Leutnant zu Fusse den 15 Februarii Ao. 1661 im 67 Jahr seines Alters, zuneben sein von der ersten Ehe-Frauen gezeugten Sohne

CHRISTOPHER REIGNSBURG

den 10 Septembr. 1642. seines Alters ¼ Jahr, wie denn auch ebenmässig aus sehr uhr-alten Adelichen Geschlecht entsprossen, bey dem Ehelichen Hausse, Frauen und Stiff-Sohn. Als nemlich die Hoch-Wohl-Edelgebohrne Frau,

Frau SYBILLA

aus dem Winchel von Otterwisch in Meissen, derer zu Dennemarck und Norwegen Princessin und Frauen, Frau MAGDALENA SYBILLA, gebohren aus Chur-Fürstlichen Stamme zu Sachsen, gewesenen Hoff-Jungfer, den 3ten Junii Ao. 1643, Ihres Alters 33 Jahr, wie auch die Hoch-Wohl-Edelgebohrne Frau,

Frau HEDEWIG MARIA RECHENTIN

auf Rulofshagen in Pommern, Hochgedachter Princessin wohlverdiente Hofmeisterin, den 11ten Februarii Ao. 1676, Ihres Alters 73 Jahr, wann denn auch, der Hoch-Wohl-Edelgebohrne

VICTOR LUDWIG HAUBE

aus Deutschland in Pommern, den 3 April 1650, seines Alters 20 Jahr, in dem Schrancken der Gottseeligkeit, Christlöblichen und herlichen Tugenden, dem Lauff dieses zeitlichen und mühsahmen Lebens vollendet, und durch einen sanfften und seelichen Todt, die Schuld der Natur bezahlet, seint derer entseelte und verblichene Cörper, gleich als sie nach einander entschlaffen; also auch Christ- und Adelichen Gebrauch nach, in dieses hier unten für befindtliche und von der Reigen Erblich erkaufften Begräbniß beygesetzet worden. Erwartende mit allen Christ-gläubigen in süsser und stoltzer Ruhe einer frölichen Aufferstehung, zum Ewigen Freuden-Leben.

Juxta Suggestum.

Der Wohlgebohrne

Herr DIDERICH RODERIGO de PIETA

Königl. Majest. zu Dennemarck und Norwegen wohlverordneten Stallmeister bey dem Königlichen Schloß zu Nyekiöbing,

bing, entsprossen aus rühmlich bekandten löblichen Stamme von vornehmen Eltern, aus dem Königreiche Hispanien aus hohen Herren Stande vom Hause derer Roderigo de Pieta. Bey Hofe als Reit- und Hoff-Juncker, und im Kriege als Ritmeister und Major 26 Jahr sich rühmlich und redlich erwiesen, und als ein guter Christ, christlich gelebet, und seblich gestorben den 18 Novembr. Ao. 1686, seines Alters 48 Jahr 6 Monaht. Seine nachgelassene Wittwe, die Wohlgebohrne Frau, Christina Elisabeth von Brant, mit welcher er in 13 Jahr im Ehe-Stande gelebet, und einen Sohn gezeuget, welcher Sohn zur Himlischen Freude aufgenommen, hat dieses Ehren-Denckmahl setzen lassen. GOtt verleihe dem Cörper in der Erden eine sanffte Ruhe, und am jüngsten Tage eine frölich Aufferstehung.

Gloria in Excelsis Deo.
Si Deus pro nobis, qvis contra nos?
Mysterium hoc magnum est, de Christo loqvor & Ecclesia.

VISMARUS extremum dilectæ pono Maritæ
Sinceri affectus Monumen, Testamen Amoris,
Salve anima Elysiis multum lætata viretis
Teq; tui calidis amplexibus ingere sponsi,
Mi qvoq; dum Cœlis figat sua basia Christus.

NB. *Infra hoc Epitaphium conspiciuntur bina Insignia gentilitia. Ad dextrum nimirum occurrunt insignia aperta stellâq; insignita cassidis, Solo ex parte albo partim cæruleo auratam astrorum trigam complexa, additis literis* N. V. *Ad sinistram verò qvæ se offerunt insignia apertâ itidem casside, in solo aurato avem ostendunt, & quidem, qvantum conjicitur, columbam, ramo insistentem rostroq; corollam annulúmve tenentem. In casside observatur signum crucis* + *una cum literis:* M. F.

Stubbecopiæ Falstrorum.

Lapis sepulchralis seqventes ostendit Rhythmos in specimen balbutientis olim poëseos vernaculæ heic admittendos.

Under denne Steen begrafven monne være
En Byfoget og en Borgemester med Ære,
Jörgen Gultsmedt oc Niels Perssön for sande
Met begges deres Hustru, Hustru Anna;
1541 blef Döden Jörin Gultsmedtz Gest,
Men 1559 döde Hustru Anna dernest,
1568 then 16 Augusti for sandt
Antvorde Niels Perssön sin Siel y Gudz Handt.

In templo Onslevienſi.

Inscriptio Crucis pervetustæ pendentem inter latrones Servatorem exhibentis:

DIS-

DISMAS & GISMAS medio Divina Poteſtes,
Alta petit DISMAS, GISMAS deſcendit ad imas.

NB. *De Dismа conferatur Mullerus in* parvis Bibliis.

In templo Horbelovienſi.

Saxo ſepulchrali inſcripta carmina:

Her Ouf Holgerſen, Ridder, kalles Ulstand
Til Bönned en Herre ærlig og Velbyrdig var hand,
En Kongelig Hovedsmand paa Nykobing hand var
Oprigtig og from udi tretten og tyve Aar,
Der mand MDXXIX efter Christi Fodsel ſchreff
Hellig Trefoldigheds Loverdag dod hand bleff
Under denne Steen ligger hands Legeme here,
Hos Gud Allmægtigste haver Siælen Glæde og Ære.

Her ligger begravet under denne Steen S. Velbyrdige
BALTHAZAR von WESZENSTEIN
W. Michael von Weszenſteins Son, ſom hedenſov i HErren paa Bonnetzgaard den 7 Oct. Aar 1600. udi ſit Alders niende Uge, hves Siæl lever udi Glæde evindelige.

Turris templi Horbelovienſis, *quod in* Falſtria *vulgò creditur antiqviſſimum*, ora & facies humanas ſaxo inciſas *repræſentat. Latrones fuiſſe ferunt, qvi violentas manus tribus qvondam Virginibus Nobilis* TRUGILLI, *inſulam Monam inhabitantis, filiabus intulère, cum ſacra facturæ templum Horbelovienſe peterent. Celebratur adhuc facinoris memoria carmine vernaculo inter mulierculas loci ſatis trito, licèt nondum typis deſcripto.*

Templum Gieddesbyenſe *in affixa aræ Tabula nomen ſervat* ABSALONIS URNE & *conjugis* BIRGITTÆ RUD, *qvi circa annum* 1575 *prædium Gieddesgaard inhabitaſſe perhibentur.*

In templo Kirchebyenſi.

Lapis ſepulchralis in Choro hæc habet:

Her ligger ærl. og Velbr. Mand i Bellinge med ſine tvende Hustruer begraven.
Ao. 1538 kaldede Gud
Sal. Fr. ELEN ROTFELD,
Ao. 1581 den 4de Dag Januarii kaldede Gud
Sal. MOGENS BIELCHE.
Ao. -- kaldede Gud
Fr. METTE VALCHENDORPH

In alio lapide ibidem.

Her hviler ærl. og Velbr. Mand
EILER KRüCHVO
i Bellinge, som var Axel Krüchvos Søn til Aarsłev i Fyen 1609.

In templo Alsleviensi.

Ao. 1556 Mikkels Dag kaldede GUD almægtigste ærl. og Velbr. Mand
PEDER FALSTER,
som boede paa Kaarslisse, herfra til sit æaige Rige.
Ao. 1575 den 20 August. Da kaldede GUD almægtigste Ærl. og Velbr.
Fr. OLLEGAARDT VALCHENDORPH,
GUD give dem en glædelig Opstandelse.

In templo Falqvorsloviensi.

Her ligger begravet Erlig og Velbyrdig Mand
ESCHILD GöIE
til Skörringegaard, som var Hr. Hendrich Göies Søn til Gisselfelt, som hensof Aar 1573. den 23 Decembr. der Klokken var 9 om Aftenen. Med sin kiere Hustrue Erlig og Velbyrdig Frue
SIBILLA GYLDENSTIERN,
som var Mogens Gyldenstierns Daatter af Stiernholm, og kaldede GUD hende Aar 1 - - -

In templo Thorchilstrupensi.

Her ligger Erlig og Velbyrdig Mand begravet
JEP TORBENSEN
til Torchelstrup, hvilken som GUD henkaldede af denne Verden den 23 Dec. Aar 1557. Med sin kiære Hustrue Frue
ELSEBE GRUBBES,
som hensov udi HErren Aar 15 - - hvis Siæle GUD have.



MARMORA DANICA
selectiora
sive
INSCRIPTIONUM,
Qvotqvot fatorum injuriis per
DANIAM
supersunt,
vel ÆVO, vel ELEGANTIA, vel REI MOMENTO
præ reliqvis excellentium
FASCICULUS,
In duos Tomos distinctus, qvorum prior ea, qvæ
in Insulis Danicis, posterior, qvæ in Cimbrica Chersoneso
obvia sunt, complectitur, accedente ad calcem
tomi posterioris, rerum personarumq;
indice locupletissimo.
colligente & adornante

ERICO PONTOPPIDANO
Aarhusio-Cimbro.

TOMUS II.



Mors etiam saxis marmoribusq; venit.

HAFNIÆ, MDCCXLI. E Typographéo S. R. M. privil.

Imprimantur,
L. HOLBERG.

Lectori Candido Salutem!

En alterum, qvod ante biennium promisimus, Marmorum Danicorum Volumen, ea, qvæ in Cimbrica Chersoneso, sive in utraq; Jutia occurrunt, & momenti aliqvid habent, posteritati vindicans. Posteritati, inqvam, qvæ qvantum hac via præstitum sit, optimè judicabit. Nec defuere tamen ex coætaneorum numero, qvi priorem operis hujus Tomum avidè arripientes, alterius editionem sæpe flagitârunt. Horum desiderio ante annum fecissem satis, ni obstitisset partim typographi tarditas, partim curarum aliarum cumulus. Auspicatò tamen accidit, ut diutius huic editioni immorarer, facta interea nonnullarum, qvæ aliàs defuissent, Inscriptionum copia. Hæc, qvia debito loco inseri minus potuerunt, calci junguntur.

Subjungitur qvoq; huic appendici index rerum personarumq;, qvarum vel integra extant Epitaphia, vel in Epitaphiis fit mentio, historiæ, præsertim Genealogicæ, cultoribus non inutilis. Qvo animo hoc, qvicqvid sit, laboris in me suscipere constitui, qvisve inde sperari potest fructus, ex præmissis priori Tomo brevibus prolegomenis satis, arbitror, patescit. Accedat interea rationibus ibi adductis emolumentum aliud, de qvo ipse qvidem non cogitâssem, nisi admonuisset per literas familiares amicus rerum bene peritus, videlicet, qvod adserta per inscriptiones publicas, huic vel illi familiæ sepulturæ loca, viam sternant ad alia gravioris momenti jura eidem vindicanda. Ceterùm vale nostrisq; conatibus favere perge. Dabam Havniæ die 7. Junii Anno 1741.

E. PONTOPPIDANUS.



Marmor. Danic. Lib. III.
continens Inſcript. Ducatus Slesvic.

SLESVICI.
In Æde Cathedrali Petrina.

Monumenta Regia.

S*epultus heic olim* ERICUS SANCTUS *cognomine* PLOGPENNING *cum epitaphio, cujus meminit Hvitfeldius, ſandapilæ fortè inſcripto, cum aliàs fruſtra qværatur.*

Hìc jacet ERICUS Rex, magni Regis amicus.

Sed poſtea Ringſtadium transfertur, ubi novum Ipſi epitaphium condidit Lago Urne *Epiſcopus Roſchildenſis, relictis pone altare catenis ferreis, qveîs oneratum truncati Regis funus in Slyam projiciebatur, una cum ſerici villoſi pileo, adoratis qvondam brachii oſſibus referto.*

Funus Fratricidæ Regis ABELIS *hîc qvoq; humo mandatum, cum inqvieti, qvod vulgò ferebatur, manes nocturnis Canonicorum precibus impedimento eſſent, in ſentinam qvandam Sylvæ Pölenſis, inde* Königs-Grab *vocitatam, detruditur palóqve, ne ulterius tumultuaretur, transfigitur, fruſtrato nihilominus, ſi Cypræi aliorúmq; de nocturna venatione fabulis credimus, conamine.*

Monumentum FRID. I. *Reg. Dan. in Choro ad ſiniſtram.*

FRIDERICO
Inclito Regi Daniæ.

QVi PIUS eſt qvondam merito cognomine dictus,
Danorum hic tegitur Rex FRIDERICUS humo.
Moribus egregiis non degeneravit Avorum,
CHRISTIANO PRIMO de Genitore ſatus.
Mortem poſt Patris cum Fratre JOHANNE relictus,
Regia cui vivo lectio Patre data eſt.
Slesvici, Holſatiæ Ducatus cum ambo tenerent,
Inter ſe in partes diſtribuêre duas.
Mox ubi CHRISTIERNUS, defuncto Patre JOHANNE,
Unanimi electus voce ſecutus erat;
Danos, Holſatos adeo acriter incitat in ſe,
Cederet ut tandem qvos premit ante jugo.

Qvo facto Dani FRIDERICUM in regna vocantes
In Dominum Regem constituere suum.
Princeps pacificus, qvi dum moderatur habenas,
Hostibus externis Dania tuta fuit.
Sincera Heroum nulli pietate secundus,
Nec his insigni largitione minor.
Regno præfectus rerum duo lustra potitur,
Invida cum vita stamina Parca secat.
Obiit MDXXXIII. d. Apr. X.

NB. *Recubat cum altera Conjugum Regina* SOPHIA *& liberis in subterraneo ad dextram sepulchro, de qvo infra.*

Monumenta Ducalia.

Epitaph. WALDEMARI IVti. Ducis.

Anno milleno centum ter cum duodeno
WALDEMARUS Dux Slesvici & natus ERICI.
- - - - migrans jacet hic tumulatus,
Pacifer ac clarus cœli fit in arce locatus.

Epitaphium ERICI Ducis WALDEMARI *Filii.*

Hic Dux magnificus, Patriæ defensor, ERICUS,
WALDEMARI natus Patri jacet associatus.
Anno milleno centum ter qvinq; viceno
Gregorii festo, Deus huic miserator adesto.

Helvaderus *in Sylv. Chron. Circ. Balth. ita:*

Hac Dux Magnanimus Patriæ Servator ERICUS
WALDEMARI natus cum Patre tectus humo est.
Pater anno Domini 1314. Filius 1325 obiit.

In Mausoleo Ducali juxta altare ad dextram seqventia conduntur funera:

1. FRIDERICI III *Ducis, cujus Epitaphium muro adfixum ita habet:*

Primus, cujus corpus exanime in superiore hujus sepulturæ loco reconditum est, fuit Sereniss. & Celsiss. Princeps ac Dominus

Dnus FRIDERICUS

Hæres Norveg. Dux Slesvici & Holsatiæ, Stormariæ ac Dithmarsiæ, Comes in Oldenburg & Delmenhorst, Princeps pius, clemens, pacificus, scientiarum omnis generis peritissimus, rerum politicarum prudentissimus, summa auctoritate pollens, qva non tantum Europæis, sed & Asiaticis Principibus erat admirandus. Ortum duxit ex Regio stemmate Proavo FRIDERICO Rege Daniæ, Norvegiæ & Seciæ. Avo ADOLPHO, Patre JOHANNE ADOLPHO Ducibus Slesv. & Holsat. natus anno Christi 1597 Decembr. 22. Regimen suscepit anno 1616. Nuptias celebravit

bravit anno 1630 cum MARIA ELISABETHA, filia JOH. GEORGII Electoris Saxoniæ, ex qva suscepit filios octo totidémq; filias, rebus humanis exemtus est Ao. 1659 Aug. X. postqvam summa cum laude regnaverat annos 43. Avete manes Principis Optimi A. O. consecr. scripsit.

2. MARIÆ ELISABETHÆ FRID. III. *Conjugis.*

3. CHRISTIANI ALBERTI *Ducis.*

4. FRIDERICI IVti *Ducis, filii* CHRIST. ALBERTI & FRIDERICÆ AMALIÆ *in tumba ænea argenteis distincta laminis, stupendo* Ritteri *Lubecensis artificio. Inscriptio hæc est:*

Heic exile vides depositum magni Principis

FRIDERICI QVARTI,

Qvem ad summa qvævis ex illustrissima tot Regum, tot Ducum fortissimorum procreatrice stirpe natum die XVIII Octobr. MDCLXXI. circumspecta Augg. Parentum educatio mirificè juvit Puerum, indefessa Sagacissimi ingenii cultura instruxit Adolescentem & non una variis itineribus multaq; Heroum consvetudine confirmata integri ferè decennii experientia felicissimè perfecit Juvenem, donec post CHRISTIANI ALBERTI fata provida Numinis cura, exeunte anno MDCXCIV ad Principatûs culmen produxit Virum, in qvo fastigio Pacis sapientia & virtus armorum inter ambigua etiam casuum & tot arduorum negotiorum spectata Labore ac Constantia singularem prorsus & admirabilem reddiderunt. Et toties probata Magnanimitas, infracta erga Populum Fides & Sollicitudo pro libertate atq; dignitate suorum, sive Regali cum HEDVIGE SOPHIA connubio cohonestanda, sive etiam inter media arma asserenda & sancita pace Travendahlensi stabilienda venerabilem pariter ac formidabilem effecerunt. Deniq; expeditio ad Sarmatas & Præfectura Regii Exercitus mutuaq; cum CAROLO XII. Sveonum Rege Affini & Socio in campo & acie opera, funesto tandem feralis tormenti ictu, una scilicet illi & eadem Mortis & victuræ Gloriæ causa die XIX Julii Ao. MDCII. interrupta veluti alterum Cimbriæ Achillem ADOLPHO Abavo suo æmulum æterno Documento invictæ Fortitudinis & Virtutis decorârunt. O! mors invida, non vicisti Virtutem Cimbricam, immortalis est, & in Fratre atq; teneriore nato, duobus Gottorpiensis Prosapiæ Columinibus usq; insignibus superstes.

Adest præterea Vexillum Exseqviale hujus Inscriptionis:

Serenissimo Principi

FRIDERICO QVARTO

Hæredi Norvegiæ, Supremo Slesvicensis Ducatus Domino & Holsatiæ, Stormariæ ac Dithmarsiæ Duci, Comiti in Oldenburg & Delmenhorst. Principi Martio & Invicto, maximo Cimbriæ Bono Augg. Parentibus Die XVIII Octobr. Ann. MDCLXXI. feliciter prognato atq; educato, hincq; post tot probata integro fere decennio togæ ac belli insignia tyrocinia novo stabiliendæ felicitatis præsagio Anno exeunte MDCXCIV paternis ditionibus regendis admoto. At iisdem proh! dolor! nunc immensum mœrentibus post plures subinde molestias pro salute populi & libertate Patriæ Laboris & Constantiæ incomparabili exemplo felicissimæ confectus, unico ex qvadriennali cum HEDVIGE SOPHIA Augustissima Sveonum Principe Hæreditaria conjugio die II Jun. Ann. MDCXCVIII inito suscepto Filiolo CAROLO FRIDERICO, exacto cæteroqvin cum septem mensibus auspicato Regiminis septennio, in pugna apud Sarmatas pro CAROLO XII Svecorum Rege Affine & Socio fortiter præclaréq; gesta d. XIX Jul. Ann. MDCII inauspicato planè omine subitò erepto Patri Patriæ Optimo, Heroi Maximo, provinciarum suarum Propugnatori ac Statori inclito ob cives servatos, Tonningam obsidione liberatam, securitatem domi perinde ac publicè, ex omni parte, applaudente Germania, egregiè assertam partámq; inde sibi & Cimbricæ genti hoc tantillo Auspicii & Imperii spatio ingentem gloriam, tandem in medio fortitudinis theatro suo tanti Ductoris pro Rege & Grege Sangvine triumphali morte obsignantem ÆTERNUM TROPÆUM.

5. *Principissæ* ANNÆ DOROTHEÆ *filiæ* FRID. III. *Ducis* & MARIÆ ELISABETHÆ, *qvæ Gottorpii nascitur d.* 18 *Febr. Anno* 1640. *ibidémq; denascitur innupta Ao.* 1713.

In sepulchreto Principum Oldenburgicæ Stirpis subterraneo reqviescunt seqventes:

1. FRIDERICUS I. *Rex Daniæ, cujus nomen & dignitas indicantur inscriptis sarcophago literis* K. F. *Epitaphium Ejus superius allatum.*
2. *Regina* SOPHIA *altera* FRID. I. *Conjux d.* 13 *Maji* 1568 *Chilonii defuncta.*
3. JOHANNES *Dux* FRID. I. *Dan. Reg. Filius*, CHRIST. III. *Frater, qvi Hathersleben cœlebs moritur* 1580 *inter primum & 2dum Octobris diem, qvod significatur inscriptione ista arcæ sepulchralis:*

1580 H. H. Z. S. H.

Id est: HANS Hertzog zu Schlesw. Holstein.

Epitaphium JOHANNIS Holst. Ducis, qvi obiit 1580.

Prin-

Principis hoc tumulo JOHANNIS membra qvieſcunt,
Cimbrica cûi fuerat ſubdita terra Duci,
Juſtitiam coluit, crudelia bella peroſus,
Et placido fovit pectore pacis opes.
Dithmarſos domuit cum Rege & Fratre feroces,
Fortiter ultus avos, Marte favente, ſuos.
Auſonias oras etiam grandævus adivit,
Et varias urbes viſere cura fuit.
Conjugii expertem decrevit ducere vitam,
Ne nimis Holſatas debilitaret opes;
Eripitur fatis, ſenio confectus, & arce
Nunc capit ætherea gaudia læta poli.

4. ADOLPHUS *Dux Regis* FRID. I. *Filius. Sarcophagus oſtendit inſignia ejus cum ordine Anglorum Eqveſtri, cui à Periſcelide nomen, conjuncta, adjuncto ſymbolo:*

Hony ſoit qui mal y penſe.

Item:

1586. A. H. Z. S. H.

Obiit d. 1 Octobr.

Epitaphium ADOLPHI Ducis Holſatiæ:

Marte togaq; potens Princeps, qvo mitior alter
Imperio haud rexit ſubdita regna ſuo.
Qvi genus antiqvum Regali ſtemmate duxit,
Danica qvo gaudet ſceptra gerente domus.
Maxima Cimbriacæ qvi gloria gentis & acer
In bellis Heros, Marte furente, fuit.
Id Meta ſenſiſti, id Gotha, id & Dithmarſica tellus
Cervici impoſuit cum juga dura tuæ.
Mortuus hoc poſuit ſub marmore corpus ADOLPHUS,
Qvem Pax, Mars, Pietas, Templa Scholæq; dolent.

5. FRIDERICUS *Dux, Regis* FRID. I. *Filius, Slesvicenſis & Hildesheimenſis Epiſcopus, nec non Archiepiſcopatûs Bremenſis Coadjutor, qvi in arce Chilonienſi obiit d. 27 Octobr. Ao. Dni 1556 æt. 25. Monumentum, qvod pone altare nitet, magnificentiſſimum repræſentat eum in Pontificalibus flexo poplite orantem, adumbrato ſuperius extremi Judicis adventu metriſq; ſubnexis:*

O! veneranda dies! o! ſæpe vocata piorum
Lux gemitu, o! reprobis o! metuenda dies.

Inferius,

Præſulis hac cernis qvisqvis ſub imagine vultum,
Suſpira & clero fauſta precare ſacro.

In frontiſpicio monumenti prope teſtudinem conſpiciuntur, præter inſignia Regia, Ducalia & Comitiva, claves tres ſibi decuſſatim impoſitæ, ſubjecta tabella cum epigraphe:

FRIDERICUS

D. G. Epiſcopus Hildesheimenſis, Hæres Regni Norvegiæ, Adminiſtrator & Dux Slesvici & Holſatiæ, Stormariæ, Dithmarſiæq; Comes Oldenburgi & Delmenhorſti. Obiit Anno --

6. *Principissa* ANNA FRID. I. *Filia Flensburgi defuncta Ann.* 1535 *d.* 4 *Jun. literis istis solio inscriptis*:

A. F. Z. S. H.

Id est: ANNA Fräulein zu Schlesw. Holst.

7. CHRISTINA ADOLPHI *Ducis Conjux cum Inscript. sarcophagi*:

Weiland die Durchleuchtige, Hochgebohrne Fürstin und Frau

CHRISTINA

Hertzogin zu Schleswig, Holstein &c. Gebohrne Land-Grafin zu Hessen, Wittibe, ist auf dem Hause Kiel d. 13 Maji Ao. 1604 um ein Uhr Nachmittags ihres Alters im 61 Jahre im Herrn seliglich entschlafen. Deren gottseligen Fürstl. Gnaden todter Cörper in diesem Sarge verschlossen lieget. Gott wolle I. F. Gn. an jenem Tage eine fröliche Aufferstehung verleihen. Illustrissimus Princeps JOH. ADOLPHUS Matri Dilectissimæ loculum hunc F. F.

8. FRIDERICUS II. *Dux* ADOLPHI *Ducis Filius cum inscriptione sarcophagi*:

1587 F. H. Z. S. H.

Epitaphium.

Ante diem tristi rapuerunt funere Parcæ
Optime Cimbrorum Te, FRIDERICE, Ducem:
Nec te defendit Virtus: nec fonte repletum
Castalio pectus; nec pietatis amor.
Unde tuam meritò deplorat Cimbria mortem,
Annos qvi Pylios vivere dignus eras,
Sed mors, qvod potuit, corpus mortale peremit,
Mens subiit celsi regna beata poli.

9. PHILIPPUS *Dux*, ADOLPHI *Ducis Filius. Inscriptio sarcophagi similis est prioribus*:

1590 P. H. Z. S. H.

Obiit d. 18 Octobr. æt. 21.

Epitaphium.

Conspicuum insolita Juvenem virtute PHILIPPUM
Monstrârunt nobis invida fata modò.
Nam vix regna sui Fratris susceperat Heros,
Qvando phtisi, interno victus ab hoste, perit.
Justitiæ cultor, vix Principe clarior alter
Hoc fuit: hinc Cimbris sollicitudo venit.
Spiritus in cœlos abiit corpusq; reliqvit
Egelidum; hoc Fratres qvod posuêre loco.

10. JOHANNES ADOLPHUS *Dux* ADOLPHI *Ducis Filius, cujus annum emortualem nomen & dignitatem hisce exprimit sarcophagus*:

1616. J. A. H. Z. S. H.

Qvibus in operculo subjicitur epicedium:

Vivit post funera Virtus

Illu-

Illustrissimi Principis ac Domini
Dni JOHANNIS ADOLPHI
Hæredis Norvegiæ, Ducis Slesw. Holſ. Storm. & Dithmarſ. Comitis Oldenburgi & Delmenhorſtæ, qvi natus 27 Die Februarii circiter horam octavam matutinam 1575 & Anno 1585 in Archiepiſcopatum Bremenſem poſtulatus, inq; Epiſcopum Lubecenſem Anno 1586 electus utriusq; Diœceſeos gubernaculum, Lubecenſis qvidem Anno 1587, Bremenſis verò 1588, magna cum laude cepit, nec minori Bremenſis qvidem annos octo, Lubecenſis verò annos viginti, ſuſtinuit. Ob. 1616 d. 31 Martii.

11. *Dux* JOHANNES FRIDERICUS JOH. ADOLPHI *Ducis Filius Archiep. Brem.*
Vexillum Exſeqviale his inſignitur:

Der Hochwürdigſter, Durchlauchtiger, Hochgebohrner Fürſt und Herr
Hr. JOHANN FRIDERICH
Erwehlter und Poſtulirter Biſchoff der Stiffter Bremen und Lübech, Erbe zu Norwegen, Hertzog zu Schleswig, Holſtein, Stormarn und der Dithmarſchen, Grafen zu Oldenburg und Delmenhorſt.

12. *Principiſſa* ELISABETHA *Filiola* ADOLPHI *Ducis nata* 1574. *Sarcophago inſcribitur:*

1580 F. E. H. Z. S. H. 12½ Jahr.
ↄ: Fräulein ELISABETH Hertzoginn zu Schlesw. Holſt.

13. CHRISTIANUS *Dux* ADOLPHI *Ducis Filius in cunis extinctus. In ſolio legitur:*

C. H. Z. H. Ao. 1577. D. G. G.

14. *Duciſſa* AUGUSTA JOH. ADOLPHI *Conjux. Sarcophagum ornant literæ ſeqventes:*

A. G. A. K. S. Z. D. H. Z. S. H.
id eſt:
AUGUSTA Gebohren Aus Königlichem Stamm Zu Dennemarchen, Hertzoginn Zu Schleswig Holſtein.
Superius in operculo.

Hierin lieget die Durchleuchtige, Hochgebohrne Fürſtinn und Frau
AUGUSTA
Hertzoginn zu Schleswig etc. FRIDERICI des Andern Königs zu Dennemarck und Königin SOPHIÆ gebohrnen zu Mecklenburg Tochter, ſo Anno 1580 d. 8 Apr. auf dem Königl. Schloſſe zu Coldingen an dieſe Welt gebohren, und Anno 1596 den letzten Auguſti dem weiland Durchleuchtigen etc. JOH. ADOLPHO Erben zu Norwegen, Hertzogen

zu Schleswig und H. auff dem Schloß zu Copenhagen vermählet worden, mit welchem Sie vier Herren und vier Fräulein gezeuget, und 19 Jahre 7 Monath in der Ehe friedlich gelebet, ist seliglich in Christo entschlaffen A. C. 1539 den 5 Febr.

15. ADOLPHUS *Dux*, JOH. ADOLPH. *Filius Postulatus Coadjutor Episc. Lubec. Inscriptio sarcophagi talis est*:

Vita perit, mortis gloria non moritur.

In hac arca sita sunt ossa Reverendissimi, Illustrissimi & Celsissimi Principis & Domini

Dni ADOLPHI

Hæredis Norveg. Postulati Coadjutoris Episcopatus Lubecensis, Ducis Slesvicensis, Holsatiæ, Stormariæ ac Dithmarsiæ, Comitis in Oldenburg & Delmenhorst, qvi natus anno Christi MDC. Nonis Sept. post rudimenta Christiana literarúmq; ac Galliam, Italiam aliásq; regiones peragratas ac perlustratas castra FERDINANDI II. Imp. Rom. secutus primò mille cataphractorum eqvitum Tribunus, dein designatus Magister. Cujus qvoq; officio functus in prælio inter Cæsareanos & Serenissimos GUSTAVUM ADOLPHUM Regem Sveciæ, nec non JOHANNEM GEORGIUM Ducem & Elect. Saxoniæ prope Lipsiam anno Christi 1631 VII. Id. Sept. commisso, globo plumbeo, dum fortiter dimicaret, in femore ictus, triduo pòst rebus humanis excessit.

16. *Principissa* ANNA *Ducis* JOH. ADOLPHI *gnata*.

ANNA

H. Z. S. H.

1623.

17. JOHANNES *Dux*, JOH. ADOLPHI *Filius Episcopus Lubecensis cum inscriptione sarcophagi*:

Hierin lieget der Hochwürd. Durchl. Fürst und Herr

Herr HANS

Erwehlter Bischoff zu Lübeck, Erbe zu Norweg. H. Z. S. und H. so im Jahre 1606. d. 18 Maji alhier auf Gottorf gebohren und am X Nov. Anno 1634. die Bischöffliche Regierung des Stifftes Lübeck angetreten, darauff sich Anno 1640 d. 7 Maji mit Fräul. JULIA FELICITAS gebohrner zu Würtemberg und Tegk vermehlet, und mit derselben drey Herren und ein Fräulein erzeuget hat, Ao. 1655 aber am 18 Febr. seyn dieselbe auff dero Residentz Uthin sanfft und selig abgeschieden.

18. CHRISTIANUS JOH. ADOLPHI *Ducis Filius cum inscriptione*:

Anno

Anno CIƆ. IƆCIX d. 1 Decembr. Mittags nach 1 Uhr ist des Durchleuchtigen Hochgebohrnen Fürsten und Herren, Herren JO. ADOLPHI Erben zu Norwegen, Hertzog zu S. H. junges Söhnlein

Hertzog CHRISTIAN

zu Gottorff gebohren und nach empfangener Christlichen Tauffe bald darauff nach 2 Uhren desselben Tages gestorben, dessen Cörper hierin lieget.

Ex Familia JOHANNIS *Ducis & Episcopi Lubecens.*

19. *Ducissa* JULIA FELICITAS JOHANNIS *Ducis Conjux cum epicedio:*

Die Durchläuchtige, Hochgebohrne Fürstin und Frau

Fr. JULIA FELICITAS

Hertzoginn zu Schlesw. Holst. Stormarn und der Dithmars. &c. Nata 1642 Jun. 4. mortua 1650 Jan. 20.

20. JULIUS ADOLPHUS FRIDERICUS *Eorundem Filiolus.*

21 & 22. *Gemelli eodem ut utero ita sarcophago juncti cum inscript.*

Von Gottes Gnaden

HANS JULIUS FRIDERICH

Erbe zu Norw. Hertzog zu Schl. und Holst. Storm. und der Dithm. Graff zu Oldenb. und Delm.

Von Gottes Gnaden

JULIA FELICITAS

Hertzoginn zu S. und H. St. und der Dithm.

Ex Familia FRIDERICI III. *Ducis* & MARIÆ ELISABETHÆ.

23. JOHANNES ADOLPHUS *cum inscriptione sarcophagi:*

Hierin lieget der Durchl. Hochgeb. &c.

JOH. ADOLPH

Erbe zu Norwegen, Hertzog zu S. und H. Herrn FRIEDERICHEN, Erben zu Norw. Hertz. zu S. und H. und Fr. MARIÆ ELISABETHÆ gebohrner aus Churfürstl. Stammen zu Sachsen, Hertzogin zu Schl. Holst. erstgebohrner Sohn, so Ao. 1632 d. 29 Sept. zwischen 11 und 12 Uhren in der Nacht des verwichenen Sonnabends gebohren und gestorben Ao. 1633 d. 19 Nov.

24. *Principissa* ELISABETHA SOPHIA *nata d.* 24 *Aug.* 1647. *denata d.* 16 *Nov. ejusd. ann.*

25. ADOLPHUS AUGUSTUS *nat. d.* 1 *Sept.* 1637. *denat. d.* 20 *Nov.*

26. *Principissa* CHRISTINA SABINA *nata d.* 11 *Julii* 1643 & *sequenti anno defuncta.*

27. ADOLPHUS *gemellus* ELISABETHÆ SOPHIÆ *Frater nat.* 1647. *denat.* 1648.

28. ULRICUS *sextus* FRID. III. *Filius.*

29. FRIDERICUS *Dux Anno 1635. d. 17 Jul. Gotterpii natus, qvi Anno 1651 ad exteros abiit, Lutetiæ Parisiorum 1654 d. 11 Aug. defunctus Anno Ætat. 19. cum undecim septimanis & diebus qvinqve.*

30. JOHANNES GEORGIUS *qvartus* FRID. III. *Filius, natus Anno 1638 d. 5 Octobr. & 1655 d. 24 Nov. Suessæ in regno Neapolitano denatus Æt. 17.*

31. *Ducissa* FRIDERICA AMALIA, *Filia* FRID. III. *Regis Daniæ & Reginæ* SOPHIÆ AMALIÆ, *Soror Regis* CHRIST. Vti., *Vidua* CHRISTIANI ALBERTI *Ducis Slesvico-Holsatici, qvæ Chilonii Ao. 1704 d. 30 Octobr. in fata concessit, funere ad diem 18 Decembr. huc translato & in infima convexi sepulchreti cella ex suprema Beatæ Ducissæ voluntate telluri immerso. Inscriptio sarcophagi hæc fuit:*

Hic reqviescit Serenissima Princeps ac Domina,
Dna FRIDERICA AMALIA
Hæres Daniæ, Norwagiæ, Vandalorum, Gothorúmq;, Vidua Divi Ducis CHRISTIANI ALBERTI. Dux Slesv. Holſ. Storm. & Dithm. Comes in Oldenb. & Delmenhorst. Nata Anno MDCXLIX. die II April. Obiit Anno MDCCIV. die 30 Octobr.

Monumenta Episcopalia.

Epitaph. BARTHOLDI *Episc. Slesv.*

Hafnis eram natus, hic Archilevita vocatus,
Inde cathedratus, nunc sum cinis hic tumulatus.

In Choro interiore septentrionem versus sepultus jacet postremus Pontificiorum Pontificum GODESCHALCUS ab ALEFELD. *In lapide sepulchrali seqventia leguntur, cæteris Colosso qvodam confini coopertis:*

Anno 1541 d. 25 Januarii obiit Reverendus - - -
- - SCALCUS de ALEVELDE
Episcopus Slesvicensis

Comparet ibidem incisa lapidi imago Episcopalis mitrata & in qvatuor saxi angulis insignia qvatuor gentilitia.

Epitaph. B. TILEMANNI *Primi Episcopi Lutherani.*

Hac qvi flectis iter, peto nunc adverte, viator,
Lumina, qvidq; velint paucula verba, lege:
Hic jacet eximio cultus sic dogmate Christi
TILMANNUS De HUSSEN sic pietate freqvens.
Immeritò hunc raptum fatis ut dixeris unqvam
Tempore tam duro & relligione vaga:
Qvi Verbum Christi factis simul ore professus
Edocuit culpans Ausoniosq; dolos.
Posse fidem solam Superis nos reddere gratos
Ac Evangelio credere ad astra vehi.
Hacce Diœcesi meruit supremus haberi
Antistes Divus Consiliiq; Sacri:

Si

Si probitas, mores, studium doctrinaq;, virtus
Flectere fata qveant, sive movere preces,
Et supplex clerus vulgusq; ignobile votis
Flebilibus morti surripuisset eum.
Hebrææ hunc flerent Grajæ Latiæq; Camœnæ,
His studiis doctus, qvid didicisse juvat?
Arida jam parvo fera mors legit ossa sepulchro,
Mens ea, qvæ meruit, dignius astra tenet.
Nunc Pater omnipotens summo de vertice cœli
Placatâ tristem fronte Siona vide.

Anno 1551 pridie Idus Maji obiit ætat. suæ 54.

Ex ordine Nobilium.

Der Wohl-Ehrwürdiger, Wohl-Edl. Gestr. und Vester Herr HENRICUS POGWISCH

Archidiaconus des Thum-Stiffts Schleswig, ist anno 1555 d. 9 Nov. seel. entschlaffen, nachdem er mit der Wohl-Edl. Viel-Ehre und Tugendhafften Frauen BARBARA POGWISCHEN gebohrne PLESSEN seiner geliebten Hauß-Frauen, welche ihm AO. 1588 d. 7 Jul. im Tode gefolget, 5 Kinder in Matrimonio gezeuget, als Melchior, Baltzer Zwilling, Joachim, Anna und Clawes. Baltzer ist 1567 und 43 Jahr seines Alters. Melchior 1590 im 46 Jahr. Anna 1610 im 61 Jahr ihres Alters in dem HErrn gestorben. Clawes aber der annoch diese Sterbligkeit nach GOttes Willen bauen thut, hat ihnen allerseits zu Ehren dieses Epitaphium setzen lassen Anno 1635.

CLAWES POGWISCH Hinr. Sohn

nachdem er den Hochgebohrnen Fürsten und H. H. ADOLPH von 1570, wie auch H. FRIEDERICH PHILIPP, JOHANN ADOLPH biß in ihre Grabe und auch den jetzt Regierenden H. H. FRIEDERICH bedienet und auswärtig gewesen, ist im HErrn entschlaffen Anno 1638 d. 1 Octobr. seines Alters 86 Jahr.

Nobilissimo Viro

FRANCISCO à DUMSTORA

Reg. Maj. Dan. in exterarum Nationum Cancellaria Secretario Primo fideliter servienti P. P. Obiit Anno 1587 Oct. 27. hora 5 vespert. æt. suæ 38.

Sum cinis in cinerem redeo post fata superstes,
Æterni in vivit spiritus ante Deum.
Calca hem o me pedibus, qvia mox calcaberis ipse
Et te mortalem noscito: disce mori.

Regiæ Maj. Dan. CHRIST. IV. & FRID. IIItii ut & Sereniss. Ducis Slesw. & Holf. Domini FRIDERICI Regnantis Consiliarius & Cancellarius Provincialis Ducatuum nec non Canonicus hujus Capituli Sleswic.

HENRICUS von HATTEN D.
pro se & suis Hæredibus.

Hanc Aram exeqvialem Viro admodum Reverendo Amplissimo ac Consultissimo

Domino JOHANNI SCHÖNBACH
Lubecensi.

J. U. D. Sereniss. Reg. Maj. Dan. Consiliario Fidelissimo, Canonico & Lectori hujus Eccles. Vigilantissimo, qvi post multos exantlatos labores, Consiliarii Regii munere per 26 annos in Ducat. Sleswic. & Holsat. functus, sui desiderio omnibus bonis relicto, spe in Salvatorem firmiter concepta, ex hac miseriarum ergastulo in cœlestem patriam Anno 1635 æt. 73. 7 Mart. piè placidéq; emigravit. Patri suo desideratissimo ex pia devotione, posthuma observantia & paterna destinatione debitæ gratitudinis ergo gener THEODORUS LENTEN, qvinq; liberi superstites MAGDALENA, JOACHIMUS, JOHANNES CHRISTOPHORUS, ANNA REGINA & DOROTHEA CHRISTINA ad perennem memoriam erexerunt Anno salutis MDCXXXVII.

D. O. M. S. & Piæ Memoriæ
Generosissimi Domini

JOHANNIS CHRISTOPHORI UCKTERITZ

Eqvitis Saxonis, Hæreditarii in Medewitz Spandorff, duorum Serenissimorum Ducum Cimbriæ Patris & Filii, Dni FRIDERICI & Dni CHRISTIANI ALBERTI qvondam à cubiculis, qvi cum amplissimis Legationibus Moscoviæ, Persiæ, Germaniæ, Daniæ & Sveciæ honorificè & ad vota functus, in Deum pius, qvi in pauperes benignus, in amicos officiosus, ob castissimos mores, candorem pectoris, antiqvam virtutem & fidem omnibus acceptissimus, nemini mortalium infensus, in Arce Gottorp ad qvam ephebus accessit, inter preces & suspiria sexagenarius decessit, & sic qvem dedit cursum fortuna, peregit. Obiit anno Domini 1671 d. 13 Sept.

Con-

Conditorium, qvod sibi & hæredibus fieri curavit
EILHARDUS SCHACHTIUS
Ann. CIↃ IↃCLXXI.
Ita vive, ut mortem prospectes! Ita morere, ut vitam expectes!

NB. *Fuit Ducis Slesv. Regnantis à Secretis.*

Piis manibus sacrum.
JOHANN ADOLPH KIELMANN
de KIELMANSEGK
C. P. C. & S. R. J. E.
Hæreditarius in Satrupholm, Cronshagen, Obdorff & Bundesbull Sereniss. Slesv. & Holsi. &c. Ducum Divi FRIDERICI & CHRISTIANI ALBERTI per triginta octo & qvod excurrit, annos Consiliar. ac Cancellarius nec non Regiminis & Cameræ rationalis Præses, Præfectus in Trittow, Reinbeck & Mœrkirchen, Ecclesiæ Cathedralis, qvæ est Hamburgi, Præpositus sibi Conjugiq; præmortuæ
MARGARETÆ ex Familia de HATTEN
optime & bene meritæ hocce memoriæ monumentum & vivus vivo & moribundus mortuæ, annum cum adhuc viveret sexagesimum primum, extrui curavit 1673.
Plus meruit gratia Christi, qvam nocuit peccatum Adami.

Aliud:

Perillustris & Excellentissimus Dominus
JOHANNES ADOLPHUS KIELMANNUS à KIELMANSEGK
Dominus in Satropholm Colleg. Canonici, qvod Hamburgi est, Præpositus, Præfectus in Reinbeck, Trittow &c. &c. Sereniss. Slesw. & Holsi. Ducis Consiliarius Intimus, Regiminis Præf. & Aulæ Cancellarius &c. Patris hujus III Filii fuere. Excellentiss. Dominus JOHANNES HINRICUS KIELMANNUS à KIELMANSEGK Dominus in Satropholm &c. Sereniss. Slesw. & Holsi. Ducis Consiliarius Provincialis & Præfectus Diœces. Gottorpensis, Præpositus Cœnobii Divi Johannis, qvod est Sleswigæ &c. Canonicus Capituli Sleswicensis. Excellentissimus Dnus FRIEDERICUS CHRISTIANUS à KIELMANSEGK Dominus in Satrupholm &c. Sereniss. Slesw. & Holsi. Ducis Intimus & Cameræ Consiliarius Primarius & Canonicus Capit. Lubec. &c. Dominus JOH. ADOLPHUS KIELMANNUS à KIELMANSEGK Dominus

in Satrupholm &c. Sereniss. Slesw. & Holf. Ducis Archi-Camerarius, Magni Parentis Magni Filii, Fratres germani.

In adjuncta tabula:

Qvisqvis sis, ne move non movenda, cogita sepulchrorum sanctitatem & violatoribus constitutam Legibus severam pœnam. Qvibus volo sanctè esse cautum de non alienando ac turbando hoc monumento, utpote mihi Conjugiq; carissimæ solum exstructo.

Perillustris & Generosissimus
Dominus CAROLUS ab ARENSDORFF
Eqv. Aur. Dan. Exercitus Danici, sub ductu Augustiss. Regis CHRISTIANI Vti, Ductor Generalis, in hoc munere gloriosè defunctus, ANNO CIↃ.IↃCLXXVI. X Dec. Æt. LI. heic ossa habet & monumentum.

Ihro Königl. Majest. zu Schweden weyland General-Lieutenant über Dero Infanterie, wie auch Ihro Hochfürstl. Durchl. zu Schleswig wohlbetrauter General über Dero Trouppen der Wohlgebohrne
OTTO JOHANN GROTTHUSS
ist gebohren Anno 1627 den 6 Mart. gestorben Ao. 1697 den 22 Jun.

JOHANN DIDERICH Baron GROTTHUSS.
Dero zu Schleswig Hollst. Regierende Hochfürstl. Durchl. wohlbestalter Obrister über ein Regiment zu Pferde, gebohren 1673 den 10 Jul. gestorben 1708 den 14 Sept.

O. O. M.
JOHANNES LUDOVICUS à PINCIER
Lib. Baro de KöNIGSTEIN
Dominus in Dolrat, Sereniss. Slesw. & Holf. Ducis Regn. Consiliarius Intimus, Commissarius belli Generalis & Præfectus in Tundern posuit sibi suisq; & de non alienando cavit..

Huic Inscriptioni, cum dormitorium conderetur, facta, novam postmodum addidit Possessor:

D. O. M. S.
Dormitorium Viri Summè Reverendi & Illustrissimi
Domini JOH. LUDOVICI Lib. Baronis
de KöNIGSTEIN
Eccles. Cathedralis Lubecensis Præpositi, Potentiss. Regi Da-

niæ

niæ & Norv. à ſanctioribus Conſiliis & Eqvitis Ord. Danebrogici, pro ſe & deſcendentibus Anno MDCCXIV.

D. O. M. S.

FRIDERICUS à GUNDEROTH

Chiliarcha qvondam Eqveſtr. Svecicus, Aulæ Gottorpienſis Mareſchallus Venatorúmq; Supr. Magiſter. Apenradenſium & Cœnobii Lugumenſis Summus Gubernator & Conſiliarius, demum Provincialis hoc qvicqvid eſt monumenti ſibi ſuæq; cariſſimæ ſtruxit conjugi & de non alienando aut turbando per omnia Divina atq; humana ſacra qvosvis obteſtatur. Anno R. S. MDCCIII. d. XXX Menſ. Januar. mort.

Marmoreus REVENTLOVII Magni Daniæ Cancellarii *ſarcophagus 20000 librarum in Svecia elaboratus, qvi 1000 Imperialibus æſtimatur, Anno 1715 d. 5 Aug. in Cathedralem hanc Ædem repoſitus iſtiusmodi exhibet epigraphen:*

Non ita inter vos vixi, ut pudeat me vixiſſe:
Nec timeo mori, qvoniam Dominum benignum habeo.

Ex Ordine Eruditorum.

PAULO ab EITZEN SS. Theol. D.

Eccleſiæ hujus Superintendenti puriorísq; doctrinæ juxta Auguſtanam Confeſſ. Defenſori acerrimo, Filius Paulus, Paulus Cypræus J. V. D. D. & Wolffgangus Kalund Generi cum uxoribus, Gertrude & Margareta, armoris ergo F. F. Ao. 1600.

M. JACOBUS FABRICIUS

Gebohren zu Tundern Anno 1560 den 30 Jan. nachdem er in Schulen und Universitæten zur Gottseeligkeit und nötigen Kunsten unterrichtet, hat den Gradum Magisterii zu Rostock 1585 angenommen, ist Anno 1586 zum Prediger in sein Vaterland vociret, daselbst er mit Agneta Georg Petrei Præpositi Tochter sich in den Ehestand begeben, mit dero 7 Söhne Jacobum, Philippum, Georgium, Joh. Adolphum, Ulricum Johannem, Petrum, so alle ohne Ulrich, der jung gestorben, Magistri und Prediger worden, gezeuget. Ist Anno 1588 nach Gottorff zum Hoff-Prediger, Præposito und hernach General-Superintendenten der Fürstenthümer Schleswig-Hollstein verordnet. Hat sich anderweit mit Sara Fürstl. Hollst. Cammer-Secret. Daniel Toppii Witthen verheyrathet,

thet, und mit ihr 2 Töchter Agnetam, die Jobst Vallpag Landtschreiber in Stapelholm, und Mariam, die Johann Adolph Beccer Kirchen-Commissario ehelich vertrauet, gezeuget. Ist Anno 1610 nach Hamburg an S. Jacobs Kirche zum Pastor, 1616. wiederum nach Gottorff zum vorigem Stande beruffen. Und nachdem er in diesem seinen Ambt, wie auch Leben und Wandel, mit allerhand Trübseeligkeit, doch mit gutem Gewissen, seine Jahre zugebracht, auch durch Gottes Seegen seiner Kinder, Kindes-Kinder gesehen, ist er Anno 1640 den 5 Nov. durch einen seeligen Abschied in sein ewiges Vaterland von GOtt abgefodert worden, als er gelebet 80 Jahr 9 Monath 5 Tage. 2 Tim. IV. Ich habe etc.

JOHANNES REINBOTH

Altenburgo-Misnicus, S.S. Theol. Doctor & Ecclesiarum utriúsq; Ducatus Slesv. & Holsat. Superintendens Generalis, sibi suísq; Hæredibus hoc dormitorium condi curavit.

Anno 1544 d. 12 Junii obiit

D. REINHOLDUS WESTERHOLT

Canonicus & Pastor Slesvicensis.

Anno Domini 1566 d. 30 Sept. mane inter qvartam & qvintam horam obiit Venerandus Dominus

RUDOLPHUS à CATTWICK

Pastor Ecclesiæ Slesvicensis.

Anno 1604

(*Infra imaginem injusti œconomi legitur Distichon:*)

Exora Numen fratriq; remitte: peribis
Si secus: Exemplo servus hic esto: sape!

Reverendus & spectabilis

D. M. ERASMUS HEITMANN

hujus Ecclesiæ Slesvicensis & Ripensis Archi-Diaconus vigilantissimus, qvi Sereniss. CHRIST. III. & FRID. II. Daniæ Regibus annos multos fideliter inservivit deq; Ecclesiis & Capitulis propter fida ministeria & officia bene meritus. Obiit 14 Apr. Anno Domini 1603. Ætat. 72. cujus anima in Christo reqviescat.

Cretus humi CYPRÆUS, humi hic in pulvere pulvis
Dormio & expecto postremæ classica vocis,
Corpore sed tantum, putrida nam carne solutus
Spiritus ad Dominum rediit cœloq; receptus
Numinis adspectu fruitur vivitq; fruendo.

Re-

Reverend. & Consultiss. Viro

PAULO CYPRÆO,

Slesvicensi

JCto Eximio, Capituli hujus Canonico Seniori, Illustriss. Holst. Principum Consiliario Fideliss. & Legato multarum artium peritissimo, qvi in SS. Trinit. invocatione placidè obdormivit Anno 1609. 2 Jun. hor. 10 vespert. ætat. 73. Vidua moestissima GERTRUD Reverendi Viri PAULI ab Eitzen SS. Theol. Doct. Filia, qvæ cum marito annos 37 in matrimonio sine ulla qverela vixit & Filii Paulus, Nicolaus J. V. D. Hieronymus J. V. L. Philippus & Johannes Adolphus piæ & honorificæ memoriæ ergo P. C. C. Anno 1610.

Reverendi & Clarissimi Viri

Dni CHRISTIANI SLEDANI

Rostochiensis, SS. Theol. Doctoris & olim in Acad. patria Professoris Ordinarii & hujus Cathedralis Ecclesiæ Slesvicensis per XXIII annos Pastoris Primarii & Margarethæ Nettelbladiæ Viduæ ejusdem.

NB. *De viro isto insignis eruditionis & intemeratæ fidei conferatur clariss.* M. Kraftii Husumische Kirchen-Historie. *p. 294. 380. 614.*

Aliud Ejusdem Epitaphium Germanicum.

Der Tod ist verschlungen in dem Sieg.

CHRISTIANUS SLEDANUS

- - - - - Sledani weiland Super - - - - - - zu Rostoch Sohn SS. Th. - - - - daselbst Professor hernach - - - - oberst Thumbprediger alhier und dessen Hausfrau MARGRETA - - - - - des weiland Rathsverwandten in Rostoch Tochter. Nachdem sie beiderseits 34 Jahr in friedsamer Ehe gelebet und Anno 1611 den 27 Decembr. eine Tochter Margaret Elisabeth, welche zu Rostoch 1613 d. 31 Jan. selig verschieden, gezeuget, und das 61 Jahr ihres Alters erreichet, haben ihnen dieses Epitaphium, Gott zu Ehren im Augusto dieses 1639 Jahres setzen lassen. Er war gebohren zu Rostoch - - - den 8 Tag Martii, seeligen gestorben Ao. 1646 d. 10 Tag Julii. Margareta Nettelblat ist gebohren Anno 1597 den 13 Tag Julii. Gestorben Anno 1654 d. 3 Tag Aprilis.

Hic sita sunt ossa Reverendi Viri
JOHANNIS WOUWERII.
Obiit die xxx Mart. Anno CIↃ.IↃCXII.

C. S.
ADAMO OLEARIO
V.C.L. qvi cum orbem bis lustrâsset ad Orientem, inde inter Sereniss. Cimbriæ Ducum Ministeria descripsisset, qvas viderat regiones ingentisq; Automati machina terras, cœlum, sidera spectanda miraculo dedisset, ipse tandem terrarum orbisq; hujus, qvin & gloriæ satur sidera super & orbes mentem elevatus in Christo beatus excessit. Anno CIↃ.IↃCLXXI. ætat. LXXII. Socero B. M. ob Pietatem H. M. F. C. Burchardus Niederstedt. J. V. D.

D. O. M. S.
Effigies Reverendi plurimum & Præclarissimi Viri
Domini BENEDICTI MARTINI
Servi Jesu Christi per qvinqvaginta &, qvi excurrunt, qvatuor annos fidelissimi, qvi Prezæ Holsatorum Anno Christi MDCVIII septimo Calend. Novembr. S. Catharinæ sacra natus primùm Bentwischi altero ab incluta Rostochio lapide Anno MDCXXXI Ecclesiæ Christi præfectus, inde Coslebium Ao. MDCXXXVIII deniq; huc Slesvigam Ao. MDC. XLVI legitimè vocatus, ubi per XXI annos Archidiaconi hujus ædis Cathedralis, postremum per XIX annos Pastoris Primarii, Inspectoris Scholæ & Decani Vicariorum muneribus ritè defunctus, placidè in Domino obdormivit Anno MDCXCV sexto Iduum Octobr. Ætat. LXXVIII, cujus memoria sit in benedictione.

Vergiß mein Schleswig doch nicht meiner süssen Lehre,
Ich suchte nur dein Heil und unsers GOttes Ehre.

Ad Effigiem Mag. THEODORI NIEMANNI *Ædis hujus Cathedralis XIX ann. Pastoris Primarii Ao. MDCLXVI defuncti legitur distichon:*

Te qvoties cernit viva sub imagine templum,
Non potis est laudis non meminisse tuæ.

Cætera Cathedralis hujus Ædis decora multis post se parasangis relinqvit decantatissimum illud & incomparabile prorsus ex qvercu Altare, ornatui Ecclesiæ Monasterii Bordesholmensis ab inimitabili Sculptore JOHANNE BRUGGEMANNO *anno* 1521 *initiatum, sed quod in collegiatum hoc Templum ad diem* 28 *Jan.* 1666 *transmigrare meruit. Complectitur universam Dominicæ Passionis Historiam secundum omnes suos actus arti-*

artifice cælatura expressam. In altitudinem 47, in latitudinem 25 pedum porrigitur. Inscriptio hæc est:

Opus hoc insigne confectum est Anno incarnationis Dominicæ MDXXI ad Dei gloriam.

De inæstimabili hoc artificio sequentia observat Mag. Martinus Holmerus *Ecclesiastes olim Husumensis in sacro sermone Husumii d. 30 April. 1669 habito, qui inscribitur* Feur-Predigt, *non indigna, quæ heic addantur:*

Anno 1521 hat Meister Hans Bruggman von Husum bürtig das schöne Altar mit seinen Dienern zu verfertigen einen Anfang gemacht und 7 Jahr daran gearbeitet. Das Holtz ist in Oel gesotten, daß es kein Wurm fressen kan. Dieser Meister hat auch zu Husum die grosse Monstrantz gemachet: Ao. 1529 kame König CHRISTIAN in Dennemarck, Norwegen und Schweden mit seine Gemahlin ISABELLA des Königs in Hispanien Tochter und CAROLI V. Schwester dahin. Der König verwunderte sich über die Kunst, seine Gemahlin aber zeigete ihm mit ihren Finger die Bilder. Als aber vorerwehnter Meister Hans Bruggman solches siehet, entwirfft er sie alsobald nach dem Lebend und setzet sie beide auf Pfeiler auf beiden Seiten gegen den Altar über. Es haben die Herren von Lübeck bey vorgemeldten Meister angehalten, daß er in ihrer Stadt auch ein solches Altar machen solte, welchen er zugesaget noch ein besseres zu verfertigen, solches habe den Mönchen verdrossen, deswegen sie ihm etwas beygebracht, daß ihm die Augen allewege geträhnet, daß er nicht mehr arbeiten können, biß er endlich im Dorffe Eydersiedt bey Bordesholm gestorben.

Inscriptio minoris extra Chorum Altaris.

Sacrosanctæ Trinitati dicatam faciendisq; sacris destinatam hanc aram voto suscepto in monumentum & devotissimi & gratissimi animi extrui curavit JOHANNES ADOLPHUS KIELMANN de KIELMANSEGK Sereniss. Cimbr. Ducis Secretioris Consilii Præses, Præfectus in Trittau & Reinbeck nec non Aulæ Cancellarius, Hæreditarius in Satropholm Æræ Christianæ Anno 1664.

NB. *Eidem Heroi Baptisterium debetur teste Inscriptione.*

Curiosi Lectoris forte intererit, si Slesvicensem præclare eruditum patriarumq; Vetustatum callentissimum, Illustrem Nobilissimumq; Dominum REINBOTH *nunc S. R. M. a Consiliis Justitiæ de saxeis supra januam iconibus aliisq; Cathedralis hujus Ædis ornamentis Hieroglyphicis in datis haud ita pridem ad nos literis loqventem audiverit:*

Es wird, inqvit, ein in einer Felsen gehauener, mit entblösseten Haupte und ziemlich langen Barte gezierter alter Mann, der auff einen hinter seinem Rücken mit einem Creutze versehenen Lehnstuhl sitzend mit der rechten Hand einer anderen vor ihm stehenden Manns Person ein Schwerd überreichet, über die Kirchen-Thüre dieses Stiffts abgebildet. Die letztere ist von Mose, welcher die zwo Tafeln des Gesetzes hält, begleitet, und wie sie gleichsam das Schwerd anzunehmen auffgemuntert wird, so will sie auch das überreichte Schwerd mit grö-

uden Forraskels var, det kand man sige forsande. 71. De Svenske sig holdt paa den Dag recht Og mandelig de sig vorde, der stridde baade Rytter og mangen Knecht, som sig vel verie torde. 74. Saa løb de Svenske, som hver kunde bedst og sig kunde bedst undtrykke: De Danske fulde efter til Fod og Hest og fæstelig paa dem trykte. v. 77. Der lad saa tyk som Løv paa Træ baade Vaaben, Folk og Heste, hver mangen der blunte, som gierne vilde see Og helst udaf de bedste. 93. Først jaget vi dennem deres Feldtskyt af, vel Stykker halvtrediesindstive: Som Svensken der hand nu Flugten gav, maatte lade paa Marken blive. v. 98. Men nogle der de var kommen hist Paa hin Side Aaen med lige, Da greb til Stade fire Faner vist og vilde da mandelig bide. 99. Der maatte man see et lystigt Raad, hvad da vor Øverst mon giøre, hand stillet der strax sit Feldtskytt paa Og lod sine Klokker der høre. 100. Saa ringte hand for deres Siæl saa vel Og dræbte da vist tillige: Hvor mangen stolt Mand, der skiøds ihiel, kand man ey nok af sige. 101. Hvo da havde seet de andres Færd, hvor hver tog til at rende: Der rende baade Støvle, Spor og Sværd Og søgte hvor hver kunde lande. 104. Sex tusind Svenske bleve paa den Sted, saa dandset de os til Villie Foruden de andre, som man ey veed Og ingen kand rettelig tellie. 106. Af vores blev ved fem hundred Mænd, baade Dansk og Tydsk de bolde: Der over blev nogle saaret og skend, som dog deres Liv kunde holde. 107. Vi miste og der nogen Adel god, dem til stoer Priis og Ære: Steen Rosenspar af Danmarks Raad, som sig kunde mandelig værie. 113. Sex Rytter-Faner finge vi der Og fem de Fennikker skiønne: Man havde og vel bekommet fleer, hvem det havde søgt alleene. v. 126. Dette er det Slag Kong Friderich, man monne den Anden kalde, Vandt af de Svenske saa mandelig for Falkenberg med alle. etc. etc. etc. Conferantur, qvæ de gloriosissima hac Danorum victoria superius Tom I. Libr. I. p. 41. ad epitaph. Axelii Walchendorphii, in eodem conflictu cæsi, commentati sumus.

In templo Urbis HUSUMENSIS.

Observatur heic sepulchralis eademq; perelegans elegia in qvinqvennem, præstantis admodum ingenii ac ardentissimæ, qvod in ea ætate insolitum, pietatis puerulum, qvem Seculo XVI fatales udi elementi obruerunt insidiæ :

Epitaphium admodum ingeniosi pueri

MARCI,

eruditione & virtute ornatissimi Viri D. GEOGRII NICOLAI filioli, miseranda morte interemti:

Est tribus hic MARCUS jam fratribus additus alter,
Qvem puerum incautum proh dolor! unda tulit.
Unum vix lustrum moriens absolverat ævi,
Et vicit multos tunc pietate senes.
De puero semper pueri fuit hujus IHESU
Sermo: dedit miros ore subinde sonos.
Vix dici crediq; potest (mihi cognita scribo)
Indolis huic dederat qvalia dona Deus.
Eheu! tam cito qvod vivis excesserit, olim
Eximius multis unde fuisset honos.

At qvia nemo potest debétve resistere fatis,
Mors propera & tristis, MARCE, ferenda tua est.
Ut puero in terra delectabaris IHESU,
Sic delectatur te super ille polum.
Huic jam colludes, recitabis & ordine psalmos,
Hujus in addisces optima qvæq; schola.

In templo HATTSTEDT *prope* Husum.

Circa Baptisterium seqvens visitur Eteostichon singulis tetrastichis Beati Donatoris cum natalem tum fatalem annum comprehendens:

KnVdt Bolengh nostræ CapVt & VexILLifer oræ,
At Constans Heros, dum fuit, ille fuit:
ACCIpIt Is SepteMbre die post funera CeLsæ
Tertio Iudææ fata caduca VIrI.
BIs dena sIC Luce mIgrat prope LaXior annIs,
CeCropIIs qVa annVs Cœptus habetur agris.
Una reLICta fuit suboles longè inCLuta, cura
VIVa PatrIs tali ac dIgna MarIta VIro.

NB. *Autor est præter Scaligeros, Petavios, alios, Wilhelmus Langius nostras in libr. de annis Christi Lugd. Batav. 1650 fastos Athenienses sive, ut heic ex antiqvo Athenarum Rege Cecrope, Cecropios anni à mense Junio fecisse initium eoq; conspirat de Canuto isto Bojengh relatio, natum videlicet d. 11 Sept.* MDLXXVIII. *denatum d. 20 Junii* MDCXLV.



TONDERÆ.

In templo circa Baptisterium.

Christo Salvatori sacr.

Hic in locum prioris templi angusti & ruinosi ad veterem istam turrim novum hoc à fundamentis ædificari cœptum est, anno Christi 1591, pridie Calend. Maji & tum gratia ac munificentia Reverendissimi & Illustrissimi Principis,

Dni JOHANNIS ADOLPHI

Archiepiscopi Bremensis, Episcopi Lubecensis, Hæredis Norvegiæ, Ducis Slesvici, Holsatiæ, Stormariæ & Dithmarsiæ, Comitis Oldenburgi & Delmenhorstæ, tum impensis & operis hujus Reipublicæ consummatum est Anno 1592. 25 Julii & Christo Servatori sacrisq; usibus 4 Octobr. solenniter dedicatum.

Luce tui verbi fac Christe & pace fruantur
Nostra tibi in laudes, curia, templa, scholæ.

Andreas Thomæus Eccles. hujus Pastor vicinarúmq; Præpositus memoriæ ergo posuit Anno 1593.

Ibidem:

Anno 1686 d. 1 Sept. supremum turris fastigium irato

Dei

Dei fulmine ad octo ulnas dejectum ejusdémq; gratia, mense proximè seqventi, feliciter restituitur.

Ibidem.

Series Pastorum, qvi inde a religione per D. Martinum Lutherum restaurata ecclesiæ Tunderensi inservierunt.

HIERONYMUS qvidam primo sed non diu docuit.
JOHANNES DECKER ab anno 1537. obiit anno 1540.
MATTHIAS FRIEDERICI anno 1548.
VINCENTIUS ALBERTI ex Leovardia Frisiæ oriundus, primus ex hujus loci Pastoribus Præfecturæ Tunderensi Præpositus anno 1549. Obiit 1553.
GEORGIUS PETRI, Apenradensis, Pastor ab 1554 & Præpositus ab anno 1561. Obiit 1585. d. 2 Aug. æt. 65.
ANDREAS THOMÆUS, Pastor ab anno 1586. d. 10 Febr. Præpositus ab anno 1587. d. 20 Mart. Obiit 1593. d. 25 Nov. æt. 44.
JOHANNES MAURITIUS Ecklenfordens. successit in Pastoratu anno 1594. d. 20 Sept. in Præpositura 1595. Obiit anno 1634. d. 15 Febr. æt. 74.
BERNHARDUS MAURITIUS Successor in Pastoratu anno 1635. in utraq; Præpositura Tunderensi & Lugomonasteriensi 1637. d. 5 Maji. Obiit 1652. mense Augusto. æt. 47.
STEPHANUS KENKEL, Flensburgens. SS. Th. D. Pastor & Præpositus Tunderensis per 39 annos dignissimus, natus d. 13 Mart. 1624. denatus d. 7 April 1691. æt. 67.
BERNHARDUS KENKEL, Tunderens. Dn. Parenti in Pastoratu anno 1686. adjunctus, ejusdemqve in utraqve Præpositura ao. 1691 Successor, nat. d. 5 Oct. 1654. Obiit d. 7 Jul. 1693. ætatis 38.
PETRUS ZITSCHER, Hafniensis, in Patria primum, Gluckstadii deinde, ecclesiæ hujus demum Pastor & Præpositus Tunderens. & Lugomonast. natus 1652. d. 17 Mart. Obiit 1697. d. 20 Maji anno ætat. 45.
JOHANNES CONRADUS KIEFFER, in Wagria anno 1644. d. 30 Oct. natus, anno 1676 Pastor Ekensis in Præfectura Trittawiensi, anno 1681 Ecclesiastes aulicus Gottorpiensis, anno 1690 Ducis a consiliis ecclesiasticis, anno 1698 Præpositus Tunderensis. Obiit 1702. d. 5 Oct. æt. 58.
SAMUEL REIMARUS, anno 1661 d. 22 Febr. Stoltzenburgi in Pomerania natus, in Schola Lundinensi Dithmarsorum primum, sed brevi tempore docuit, anno 1684 Heydæ Diaconus per 14 annos, ad munus sacrum in aula Gottorpiensi anno 1698 vocatus, consiliarius Ducis ecclesiasticus, & supremi Consistorii Assessor, ab anno 1703 Pastor & Præpositus Tunderensis per 24 annos fuit. den 1727. d. 16. Sept.
JOHANNES HERMANNUS SCHRADER Sacræ Reg. Maj. Dan. & Norveg. Consiliarius Consistorii, Pastor & Præpositus Tonderensis. Natus Hamburgi Ao. 1684. d. 9 Jan. denat. Tonder. Ao. 1737.
JOHANNES JOACHIMUS ARENDS. -- d. 21 Octob. ætat. 53.

Supra januam Scholæ Tonderensis.

Memoriæ antecessorum, qvi ædem istam Anno MDCXII

M 2 exstrui

exſtrui curarunt & publicis Divinarum atq; humanarum rerum diſciplinis conſecrârunt, pro piis in rempublicam meritis, hunc lapidem ſacrum poſuere ſucceſſores, Anno adſertæ ſalutis MDCCXI. Tu, Lector, fave! & ſi potes, de cupida artium liberalium juventute bene merentes fove.


In Monaſterio LöGUM *vulgò* Lohm Cloſter.
olim Loco Dei, *Ord. Ciſterc. Anno* 1173 *fundato.*

Humatos heic Præſules Ripenſes qvatuor, Burglavenſem unum, loqvitur tabula parieti in templo affixa:

Nobilis illa Domus per plurima nobilitatur,
Nam Domus iſta DEI Locus à cunctis vocitatur,
Pontificum qvinq; ſe corpora gaudet habere,
In libro vitæ qvorum ſunt nomina verè.
Primus HOMERUS erat, decus orbis, fama Sophiæ,
Gloria Pontificum, magni Sectator Oniæ.
Nobilis & clarus poſt hunc ſurrexit OLAVUS,
Hic decimas petiit, qvos prorſus habere neqvivit.
Hunc Sapiens ſeqvitur GUNNERUS pacis amator,
Gemma Sacerdotum cunctæq; rei moderator.
Poſt ESGERUS adeſt, qvi multos nobilitavit,
Eccleſiamq; ſuam per plurima dona beavit.
Additur his Præſul Burglavenſis NICOLAUS,
In numero qvintus feliciter hic tumulatus.
Diſcant Prælati per eos, qvi turre locati,
Non altum ſapere, ſed Chriſti juſſa tenere,
Sunt modò ſecuri, ſed vermibus eſca futuri.

NB. *Accedant hiſce ſeqventes verſus, qvos in Codice MSS.* Bartholiniano *Bibliotheca Acad. Hafn. præmiſſis junctos reperio, qviqve poſtliminio adſcripti videntur.*

Si qvis ſcire velit loculum cujuslibet horum,
Verſus ſubjecti ſibi monſtrant ſigna locorum.
Inter tres medius jacet hic *Esgerus* humatus.
Ipſius a dextris Præſul reqvieſcit *Olavus.*
Ad lævam pauſat Burlanenſis *Nicolaus.*
Dextram *Gunnerus*, lævam tenet almus *Omerus*
Altaris partem, ſic fiunt cuncta per artem
Illius, qvi nos cœli perducit ad arcem.



Mar-



Marmor. Danic. Lib. IV.

continens Inscript. Cimbriæ Septentrionalis.

DIOECES. RIPENS.

RIPIS PHUNDUSIORUM.

In Æde D. Virg. Cathedrali.

Monumenta Regia.

In Choro.

Epitaphium

ERICI

Regis ejus nominis III. cognomentô

ÆMWNE,

qvi anno Domini 1139. in foro Hveding à Plogone Nigro in publica concione lancea insidiosè transfossus occubuit, atq; huc translatus in boreali aditu Templi, qvi à foro intrantibus est ad lævam, in muro sepultus reqviescit.

Danorum ERICUS Rex ÆMWN nomine dictus,
Qvem veteres FULMEN SEPTENTRIONALE vocarunt,
Nulla qvod in vita hunc potuerunt claustra tenere,
Dijiceret qvin cuncta obstacula fulminis instar,
Qvodq; ferox rueret tortum ceu fulmen in hostes,
Virtute haud numero sæpe agmina maxima fundens,
Filius ERICI, cui Cyprus nomina fecit,
CYPRIUS à multis, BONUS à plerisq; vocatus.
Nunc cineres tegit hæc, bonitatem Dania laudat,
Sed non legitimus, peperit qvem perfida pellex:
O qvantum nasci decus est à matre pudica,
Moribus à castis non degenerâsse parentum.
Idcirco omne malum materno à pectore suxit,
Et lapsus tandem est in crimina multa nefanda.
NICLAUM Regem rigidis regno expulit armis,
Qvòd nati causam MAGNI defendit iniqvam,
Oppressit Divum qvi proditione CANUTUM,
Qvi fuit ERICO fraterno sangvine junctus,
Bis sæva uno anno contra qvem prælia gessit,
In qveis nunc victus, nunc rursus victor abibat,

Rex fugiens tandem Slesvici à plebe necatur,
Qvæ MAGNI insidiis doluit cecidisse CANUTUM.
Filius occubuit pugnans pro cæde tuenda
Injusta: ERICO cesserunt Regia sceptra,
Sed regno accepto multùm mutatus ab illo,
Qvi pridem fuerat, factus pro Rege Tyrannus:
HARALDI Fratris præstanti corpore natos
Octo necat: nonus mutata veste repente
Evolat inq; fuga spem vitæ collocat omnem.
Qvin pater ad mortem cum tot sit ductus alumnis,
Et dedit innocuus duras cum sangvine pœnas.
In FUER ex SCANIA hos mandat traducier omnes,
Qvos ubi carnifices obtruncavêre feroces,
Horrendum visu! confestim projicit atram
In speluncam omnes, justo sine honore sepultos.
Hos omnes jugulat, soli ut sibi sceptra reservet,
Atq; suis amplum regnum post fata relinqvat.
Nec tulit impune hæc immania facta patrâsse,
Sed mox tantorum scelerum Deus adfuit ultor,
Suppliciiq; iram lentam gravitate rependit.
Namq; brevi posthæc tantus bellator inermis
Forte forum repetit Hveding plebemq; recenset,
Qvilibet ut solidos solvat bis sex ab aratro.
A Plogone Nigro transfossus turpiter hasta,
Cæsus ab ignavo cecidit memorabilis hoste.
Ut qvod in HARALDUM fratrem propriosq; nepotes
Commisit, scelere ante alios crudelior omnes,
Hoc idem ab obscuro est, sed duro milite, passus,
Dum fremit adversus præsentem concio Regem.
Post varios casus duros Martisq; labores
Nunc jacet en! valido muro hic & marmore clausus,
Sufficiens vivo cui regnum non erat unum.
Talis vita fuit, similisq; per omnia finis:
Dissimilis vitæ rarò solet excitus esse.

J. SVANINGIUS hujus loci Decanus in honorem ac renovationem sepulturæ Illustrissimorum Regum, qvæ obscurata erat, Anno 1576 die 16 Martii.

NB. Tria huic Regi fuerunt cognomina, qvorum posteriora duo heic occurrunt. Primò dictus est HAREFOD seu LEPORIPES, qvòd toties à rivali consobrino MAGNO superatus, fugâ sibi consuluisset. Secundò ÆMUNE vel EMUND, cujus cognomenti tres diversas apud Historicos observamus rationes. Albert. Stadens. *Emundi cognomen ei datum, qvòd res à se gestas tantis laudibus extollere solitus sit, ut fidem excederet.* Conspirat Hvitfeldius: Erich **den Tredie kaldes** Emund **eller** Emune **deraf, at hand hoffuet talt meget og hafft store Ord om hvis hand aldrig hafde giort, kunde eller vilde.** Hos si audiamus, deducendum foret ex vocabulo **Mund** cum emphatico E, qvod vocibus præfigere solent Cimbri haud aliter ac He emphaticum suum Ebræi. Dissentit vero ab illis Nicolaus Thurius Annalium Herulonum libr. 2. cap. 37. *At instaurato mox auxiliarium ope exercitu, cum hoste rursus collatis signis, superior evasit*, Magnum *occidit*, Emon *è victoria illa inclyta appellatus veluti* Memorabilis. Et fortè ob triumphatum hostem appellatus sit EMON, ut hic

hic scribitur, à vocabulo Monn, qvod robur significat, unde locutio at holde Monnet id est insuperabilem se præstare. Sed longè aliam cognomenti hujus rationem affert Knitlinga Saga his verbis: Med thui at marger thottust langan aldun mundu eika til at reka grinder hans, da var han kalladur Eirikur Eimune. ɔ: *Qvòd multis visus sit, offensarum serius oblivisci plumbeasq; ac diuturniores gerere iras, ideo appellatus est* Ericus Eimune. Tertiò cognominabatur Fulmen Septentrionale, sive ob fulminantem bellandi fortitudinem, sive potius ob nefandam in Fratrem Haraldum Kæsie ejusq; filios tyrannidem teste Hvitfeld: For sligt hans grusom Tyrannie er hand kaldet den Norlandske Torden og Liunet. Sveno Aggonis & alii pro foro Hveding, ubi hic dicitur necatus, habent forum Urne (Urneherrets Ting).

Epitaphium

CHRISTOPHORI

Regis ejus nominis I.

qvi circiter annum MCCLIX ab ALEXANDRO Romano Pontifice primò excommunicatus, mox ab eodem absolutus atq; innocens declaratus, hic in medio Choro sepulturæ datur.

Hac transis qvicunq; gradum modo siste Viator,
Atq; choro in medio Regalem respice tumbam,
Marmore posteritas pia qvam circumdedit albo,
Imposito pluteo inde ut lectio sacra legatur,
Qvo luctum officio hoc relevaret Regis amarum,
Qvi jacet hic telo Romani Antistitis ictus
Cum regno qvod & hæc rapidissima fulmina sensit.
Qvid? Nomen profer? memora qvo Numine læsus
Romanus Præsul, tantam conceperat iram
In Regem, qvem Petre jubes omnes venerari?
Nominis hic *Primus* Rex est CHRISTOPHORUS hujus,
Nomen habes, nunc summa seqvar fastigia facti.
JACOBUS Primas Lundensis, sæpe rebellis
Est factus Regi, renuens sua munia regno,
Primatum veteri pro consvetudine regni
Denegat hic primus, Regi conferre coronam
Præfractè violans hic privilegia regni
Plurima, qvæ neqveat comprendere parva tabella,
Qveis Regem impellit, qvò dura in vincula captum
Conjiceret, captumq; suos servare juberet:
Sed ruptis vinclis fugiens pervenit ad Urbem,
Atq; ibi Pontificem summum sic commovet irâ,
In Regem ut sua mox temeraria fulmina mittat.
Nec satis est illi visum sic sternere Regem:
Insuper occludi mandat templa omnia regni,
Sacra vetat fieri sepelireq; lumine cassos:
Infantes prohibet sacro qvoq; flumine mergi,
Atq; piis usum sacrorum sustulit omnem.
Sed Rex intrepidus, nil fulmina tanta moratus,
Sacra jubet fieri sacrataq; Templa recludi,

Mortua qvin etiam mandari corpora terræ,
Cedere & hos aliis, qvi jussa capessere nollent.
Hic error primus, culpa hæc est maxima Regis,
Qva meruit sævam Romani Præsidis iram.
Post ad Rectores pietatis provocat omnes,
Et decernatur de facto postulat ultro:
Qvo facto, Regis bene cognita causa triumphat,
Exilium Primas Rugiam passurus adivit.

NB. *De morte hujus Regis elegantissimè Beringius in Flor. Dan. p. 395.* Arhusiensium Antistes Arnefastus, qvi Ripas confluxerat, in celebratione sacrificii solennis, in litandæ Divinæ hostiæ sacrosancto munere, dum aræ assistit mithratus & fausta nuncupatione propitiat Deum, medicatam præsenti toxico buccam dedit Regi, profanissimum Divini panis simulacrum eademq; manu & vitam litanti & mortem propinavit. Nec inauditum prorsus scelus, si circa hæc ipsa tempora Romanum Imperatorem aspicias Henricum id nominis Septimum, qvi itidem per infectum veneno Eucharistiæ panem potionatus est à Monacho, digno illo, qvi funem collo, non lumbis gestaret. Cæterum ex qvo pereundum fuit Regi, non potuit felicius, qvam coram altare perire. Nec verò mitius potuit mithratus carnifex, qvam eodem tempore, qvo auferebat vitam, conferre salutem & cœlum, qvod in absolutione promiserat, uno momento largiri &c. *In veritatem hujus facti ulterius inqviramus in Annal. Eccl. Dan. ad ann. 1259. De sepulchro ejus ita Hvitfeldius in fol. p. 257.* Hand blev begraven i Riber-Dom-Kirke midt i Choret hos Bisp Christens **Hoved** af Ribe, anseendes hand havde appelleret i **Hoved-Sagen** til Rom. Paa hans Grav udi lang Tid laa en Marmor-Steen noget høyere over Jorden, end de andre Graffsteene, som af Ælde var forslidt og opædt, saa at man ikke kunde læse Overskrifften: Men hvad giør ikke den u-mættelig Giærighed, som er Rod til alt ondt, hos dennem, som med Flid burde at see til, at berømte Kongers og Førsters Monumenter og Grave kunde ved Magt holdes og bevares Tid efter Tid. Samme Steen blev for nogen Tid borttagen til nogle Folkes egen Nytte.

Monumenta Episcopalia.

Sanct. LEOFDAGUS primus Episcopus Ripensis, *qvem docentem Verbum Dei plebs incredula perseqvitur & amnem transvadentem jaculis peremit, per fideles in cæmeterio Beat. Virginis sepelitur, tuguriolo super sepulchrum ejus constructo. Cæterum postea translatus est intra parietes Ecclesiæ in parte aqvilonari, ex opposito Chori & longo tempore miraculis coruscavit ad confirmationem doctrinæ*, ut habet Chronicon Ecclesiæ Ripensis à Beat. Doct. Petr. Terpagrio publici juris factum pag. 8.

HELIAS Flandrensis sepelitur juxta S. Leofdagum, vid. ibid. p. 12.

RADULPHUS Anglus sepultus est ante altare crucis in medio pavimento templi, vid. ib. p. 14.

STEPHANUS sepultus ad australem parietem ex opposito Chori, ad cujus tumbam se sanatos aliqvi afferebant, vid. ibid. p. 15.

TU-

TUVO sepultus est in Choro sub parvo lapide, in qvo nomen ejus inscriptum est, vid. ibid. p. 21.

CHRISTIERNUS qvi tanta pietate Ecclesiæ suæ præfuit & Collegium Scholasticorum in civitate Ripensi fundavit, obiit anno Dni. MCCCXIII. Calendas Junii & sepultus est in medio Choro sub lapide blavii coloris, vid. ibid. p. 24.

NB. *Ad vocem istam barbaram* blavius *observamus, deesse Latinis vocabula, qvibus colores distingvant septentrionalibus notos ac qvotidianos, unde inficeta illa medii ævi Latinitas* blavius, bruneus, blaccatus. *Hinc Cel. Sperlingius in Not. ad Test. Absal. Arch. Lund. p. 125. Sic,* inqvit, blaveos *lapides adduxerunt colore proprio se eximentes à cæruleis, qvem colorem solum Romani norunt in eo genere.* Blavotas *aves, qvæ pedibus cæruleis visebantur, appellabant, qvòd cæruleum colorem iis minimè convenire facile cernerent, aliud enim est* blaa, *aliud* Himmelblaa.

JACOBUS SPLITTAF obiit Ripis Anno Domini MCCCXLV. in die Purif. B. Mar. Virg. & est sepultus in Choro ad partem australem juxta sepulchrum Christierni Episcopi. Vid. Chron. Eccl. Rip. p. 26.

PETRUS TURONIS obiit Ripis Anno Domini MCCCLXIII. & est sepultus in Choro Eccl. Rip. vid. ibid.

JOHANNES MICHAELIS mortuus est Ripis Anno Dni. M.CCC.LXXXVIII. 8 Idus Decembr. Sepultus in Choro ad austrum, vid. ibid. p. 27.

ESCHILLUS obiit Anno Dni. MCCCCIX. & est sepultus in Choro à parte boreali juxta sepulchrum Christierni Episcopi, vid. ib. p. 29.

HENRICUS STANGBERG obiit Ripis Anno Dni. MCDLXV circa undecimam horam noctis qvinta feria ante Dominicam, in qva officium illud cantatur: Misericordia Domini. Et est sepultus in Sacello Bethlehem apud cognatos suos, vid. ib. p. 3.

In meridionali templi parte superest lapis perantiqvus hujus inscriptionis:

Reverendus Pater & Dominus

Dnus PETRUS NICOLAI

Episcop. Ripens. - - -

Chron. Eccl. Rip. pag. 36. *Obiit Ripis Anno Domini* MCDLXXXIII. *& sepultus est in Sacello Andreæ Apostoli.* Lepidum est, qvod de hoc Episcopo prodit Helvaderus, legisse nimirum se in Vett. Codd. qvod ex Parocho Raaagriensi prope Ripas in Præsulem tali arte evaserit Ripensem. Extincto nempe STANGENBERGIO (ita eum vocat) inter electores ecclesiasticos, singulis à competitoribus pecuniâ fortè corruptis, de successore eligendo minus convenisse, ideoq; omnibus visum, cano ac candido Seni Dno Petro, Raaagriensi Presbytero, electionis Spartam esse committendam, qvi, datâ libera & nil limitata eligendi potestate, in hæc verba mox pronunciaverit: Per sanctam crucem & Deiparam Dominus Petrus Raaagriensis Episcopus esto Ripensis, semper enim audivi, sibimet unumqvemq; proximum esse:

Ved det hell. Korss og vor Frue, da skal Hr. Peder i Raaager være Bisskop i Ribe, thi jeg haver alle mine Dage hørt, at hvo som haver Pacem, hand pacer sig selv først.

Lapis sepulchralis in australi Cathedr. hujus Ædis parte, qvem album esse docet citat. Chron., seqventi gaudet inscriptione:

HARTWICUS JUUL

Episc. Rip. obiit Anno Domini M.D. die Gertrudis.

Proh dolor! undiq; cessant tua stamina casu,
Nobile MUNCK genus & Præsul IWARE jaces.
Nobilis à claro vixisti stemmate Præsul,
Hoc tumulo tua nunc dulciter ossa cubant.
Dic, precor hic igitur, qvicunq; Viator oberras:
Pace qviesce modò Præsul IWARE sacra.
Qvi obiit Anno Dni. MDXXXIX. *Dom.* LX.

Chron. Eccl. Rip. p. 38. Obiit Ripis in sua Episcopali habitatione anno Domini MDXXXIX. *pridie Scholasticæ Virginis & sepultus est in australe parte Templi, cujus* Effigies *cum Epitaphio lapidi insculpta est, qvi affixus est parieti australi.*

M. JOHANNES VANDALUS Goslariensis Superintendentûm Lutheranorum ibi primus obiit Ripis anno MDXLI. IX die Aug. hora qvarta pomeridiana & sepultus est ferè in medio pavimento Ecclesiæ Cathedralis, vid. Chron. cit. p. 40.

Symbolum: Cras respondebit mihi justitia mea.

D. O. M. S.

Hic certè

JOHANNES TAUSANUS

dignus, cujus nomen omnis posteritas memoriâ recolet sempiterna. Is enim, providente Deo, *primus restauratæ in Dania doctrinæ cœlestis, nostro seculo Autor habitus est.* In Germaniam missus, ut Papistica imbutus matæologia, rediret ejusdem fidus propugnator, immutatis Divinitus studiorum rationibus, *Lovanii* & *Coloniæ* pertæsus, *Vittebergam* se contulit. Ubi cum D. LUTHERUM incredibili discendi aviditate anno altero audivisset, prius sua opinione revocatus est in patriam. Reversum *Cruciferi Antvorscovienses* ob constantem agnitæ veritatis confessionem turri exceperunt fœtida & tenebrosa. Inde *Viburgum* dimissus, ut aut minis, aut vi, aut qvovis tandem illicio à veri deturbaretur proposito: longè majore heroici animi alacritate instar generosæ palmæ sese attollens, ne qvidem è carcere misso per fenestram vocis nuncio, affluens vulgus erudire destitit. Ita vario eqvidem, sed fructuosissimo, conatu hic desudantem in annum sextum Hafniam accivit Sereniss. Rex FREDERICUS I. Qvo è vivis sublato, TAUSANUS noster

Sca-

Scania & Selandia exulare juſſus eſt. Sed in medio itinere hortatu Nobiliſſimi Viri Dni MAGNI GÖJE retractus receptúsq; in urbem magna civium ovatione uti cœperat (*durante etiam graviſſ. obſidione*) docere conſtantiſſimè perrexit. Qvas hic ærumnas viderit, qvas totos annos novem adverſitates exantlaverit, brevibus dici non poteſt. Demum *Roſchildiam* vocatus, tum *Paſtoris*, tum *Lectoris* munus qvadriennium egregiè ſuſtinuit. Poſtremò ad gubernationem Eccleſiarum hujus *Diœceſ. Ripen.* translatus eſt, qvibus ſumma vigilantiæ laude poſtqvam præfuiſſet annis viginti: rude cœleſti donatus placidè obdormivit Anno ætatis LXVII. Vir ardentiſſimo in Divinis zelo, indefeſſa ſacrarum literarum tractatione & cenſoria Eccleſiaſticæ Diſciplinæ cura in primis memorabilis. Lingvam vernaculam artificioſa facundia, qvæ in variis ipſius Scriptis elucet, ornavit & mirificè locupletavit. Labores, odia, perſecutiones & certamina, carceres deniq; & exilia moderatiſſimè pertulit. Ad ignes & gladios cervici innoxiæ ſæpius imminentes animo ita piè confirmato repertus eſt, ut ad ſe *magno illi ſuo Præceptori* æqvandum æmula adfuerit felicitas & ad coronam votivi martyrii prehendendam præter permiſſum Divinum defuerit nihil.

Natus eſt Ann. Dni MCCCCXCIIII in pago Fioniæ **Birkinda.** Vixit ſub IIII Regibus Daniæ. Obiit AO. Dni MDLXI die IX Novembr. hora IIII matutina.

Salig M. HANS TAUSON,

ſom udi vor Tid var den forſte Evangeliſke Prædickere her udi Riget, og lærde i Viborg, Kiøbenhafn, Roſkild og her i Ribe XXXVI **Aar, under adſkillige ſtorſte Forfolgelſe. Hand aflede fire Born med ſin forſte Huſtru DOROTHEA, ſom døde og ligger begrafvit udi** S. Nicol. **Kircke i Kiøbenhafn og ni Born med ſin anden Huſtru ANNA ANDERSDAATTER, ſom døde** Anno Domini MDLXX. S. Bartholomæi **Dag, og hviles her hos hannem.**

Hæc monumenta tibi Socero, TAUSANE, Verendo
Succeſſor gnatus LAGONIUS poſui.
Qvos Deus in terris junxiſti fœdere certo,
Æternum in cœlis aſſociato tibi.

JOH. LAGONIUS S. R. F. F.

Qvis ſim, qvis fuerim, Viator rogas
JOHANNES ego TAVSANUS
Primus veræ Religionis in Dania Reſtaurator.

Cætera ex tabula columnæ à finiſtris affixa cognoſces. Collapſam urnam reſtituit Ludovicus Pouchius ejusq; conjunx, *Abneptis mea*, Dorothea. Sev. Velleja. In tenebris qvem qværis, in luce videbis, ſi Deum amas & te mortalem cogitas 1663.

NB. *Circa diem fatalem diſcrepat Chronicon Eccl. Rip. ubi non IX, ut in Epitaphio eſt, ſed 11 die Novembr. circa qvartam horam matutinam defunctus dicitur & in medio templi Cathedr. pavimento ſub albo lapide ſepultus. Vid. p. 42.*

Effigies B. TAUSANI *viſitur in Capitulo Ripenſi addita epigraphe:*

M. JOHANNES TAUSANUS

Primus ſinceræ Religionis Chriſtianæ Propagator in Dania & ſecundus à Reformatione Epiſcopus Ripenſis, à D. JOHANNE BUGENHAGIO POMERANO Anno 1542 Dominica jubilate inauguratus ſolenniter in præſentia Sereniſſimi Regis CHRIST. III. Socer M. JOHANNIS LAGONIS. Obiit Ripis Anno 1561 d. 11 Novembr.

Symbol. Ægyptus homo eſt, non autem Deus fortis. Eſa. 31. 3.

Oſtentabat imaginem ejus ante rogum Metropolitanæ Urbis Bibliotheca Academica, in templo S. Nicolai Havn., ubi olim Paſtorem egit, adhuc ſuperſtitem, qvam, cælante Mentzelio Sculptore Lipſienſi, æri graphicè inciſam una cum luculenta Divi Præſulis Biographia Solertiſſimis *Bibliotheca Danica* debemus Duumviris. Tom. I. Hafn. & Lipſ. 1737.

In Choro.

Virum bonum noſſe vis Viator? Have! canos intuetor

M. JOHANNIS LAGONII.

Hic PHILIPPO MELANTHONE & NICOLAO HEMMINGIO opt. Præceptorib. uberrimo eruditæ pietatis qvæſtu uſus: hoc loco Sacrarum Literarum interpretationi XIIII atqve Diœceſis Rip. adminiſtrationi XXV annis ita præfuit, qvod Chriſti ſolius gloriam ſpectavit. Et tota vita nemini unqvam malè, qvibus licuerit, omnibus fecerit bene. Cætera exacto peregrinationis Anno LXIIII. in manu Dei animam, in tumulo ſuo exuvias, in animis notorum Nominis cultum ac deſiderium depoſuit perpetuum. Ann. Dni MDXCIIII. die XVI Aug.

Salig M. Hans Lauſſon

døde den 16 Dag Auguſti A. D. 1594. og hans Huſtru Sl. M. Hans Tauſons Daatter DOROTHE henſov den 15 Dag Aprilis A. D. 1601.

Te ſuſpirantes mœſti, Socer optime, amici:
Tendimus ad cœlos corda, animosq; manus.

Hinc

Hinc te, Christe, brevi, venturum credimus: hinc jam
Exoptate veni, o jam cito Christe veni.
A. V. S. F. ɔ: Andr. Vell. Sev. Fil.

In meridionali Ædis Cath. parte.

Salig M. HANS LAUGISSEN

Fordom Læsemester i den Hellige Skrift her i Ribe Dom-Kirke XIV Aar, siden Canick her sammesteds og Biscop over Riber Stift XXV Aar, hensov udi HErren her udi sin Fode-Bye den XVI Augusti Aar MDXCIV udi hans Alders LXV Aar. Hans Hustro DOROTHE, S. M. HANS TAUSÖNS fordom Biscop her i Ribe hans Daatter, med hvilken hand lefde i Egteskaf XXXIII Aar, døde i hendes Alders LXIII Aar den XV Dag Aprilis Aar MDCI. Deres Siæle hviler hos Gud, Legomerne under denne Steen.

PETRUS JOAN. HEGELUND Rip. S.R.
Resurrectionis & vitæ æternæ spe plenus sibi posuit
Ann. 1608. ætat. 66.

Cuncta piis prosunt, mors, vita, adversa secunda
Cum lucta & luctu tendimus in patriam.
X annos VIII VII XIV
Mi Schola: mi Cathedra: & Suggestus: Episcopa: cœlum
Sunt vitæ (Christo gloria) summa meæ.
Hoc Duce aperta mihi est in cœlo patria & idem
Æternum ut vivam carne animaq;, dabit.

Her hviler udi HErren
M. PEDER JENSON HEGELUND R.
Som tiente udi Riber-Skole, Kirke og Stift XLIV. og hensov den 18 Febr. Aar 1614. Hans Alder LXXII. Og hans kiere Hustroer
Anne M. Jens Knudsons Daatter 1573.
Margrete Hr. Jorgen Ped. D. 1591.
Anne Anders Sofrensons D. 1640.
Her hos hans Son M. Jens Pederson 1605. 17 Jan.

Her hviler udi HErren
Sal. Doct. IVER IVERSEN HEMMET
fordom Rector her udi Ribe 16 Aar, Lector i 18 Aar, Biscop og Canick i 15 Aar, som hensovede i HErren den 6 Januarii Aar 1629 i sin Alders 65 Aar. Iligemaade hviler her under hans S. Hustro KAREN Peders Daatter, S. Peder Baggesens Daatter, fordom Raadmand her i Ribe, som hensovede i HErren den 20 Maji 1639. i hendes Alders 50 Aar.

Immortali Memoriæ

D. JANI DIONYSII JERSINI

SS. Theol. Doct. Episcopi Ripensis *Relligiosissimi* Viri de Patria & Ecclesia præclarè meriti, qvi post sanctissimos labores, magno sui apud omnes ordines relicto desiderio Annum agens ætatis XLVII. in Domino placidè obdormivit. CATHARINA OVTZELIA Vidua mœstissima ipsa demum Conjugi dilecto associari anhelans, Liberi Superstites M. posuere. Obiit A. C. CIↃ.IↃCXXXIV. XXV Octobr.

Ultima verba B. D. JERSINI: *Sic Deus dilexit mundum* &c.

Cum per errorem, nescio unde haustum, acciderit nobis, in Theatro Dan. Vet. & Mod. P. I. p. 168 scripsisse, qvod Neoburgi Fionor. natus esset beatus Jersinus, id erroris hic corrigendum duximus monendumq́., natalem illi locum exstitisse pagum Sialandiæ Jersie, in vicinia Urbis Roschildensis, ubi anno 1588 (Mollerus in Cimbria litterata habet an. 1587) d. 28 Sept. natus est, genitore loci Parocho, Dionysio Jani, fatalem vero Neoburgum, ubi Ao. 1634 die 25 exstinctum dicit epitaphium, noctem inter 21 & 22 Octobr. mediam ponit auctor Biographiæ ipsius, præfixæ aureo libello, qvi de lucta & triumpho fidei inscribitur, qviq; in germanicam lingvam transfusus sæpius recudi meruit, ut de reliqvis piissimi non minus ac eruditissimi Viri scriptis, hic nihil dicamus.

JOHANNES BURCHARDI Hafniensis

SS. Theol. Doctor. Primum Ecclesiæ Div. Virg. qvæ Hafniæ est Pastor & circumjacentium Ecclesiarum Præpositus, deinde Episcopus Ripensis. Post spectatam utrobiq; pietatem, eruditionem, fidem, industriam Anno Christi CIↃ.IↃCXLIII die IV Jan. Ætat. suæ XLV morte placida functus, hic gloriosam lætus exspectat resurrectionem. ANNA CATHARINA Conjux Marito bene merenti posuit Anno CIↃIↃCL. Malis principium, bonis autem finis omnium malorum mors est. Durant virtute parata.

In Sacello Kraglundiorum.

PETRUS JANI KRAGLUNDUS

Bergis natus M.DC.II. die Thomæ. Arcis Draxholmensis & Ecclesiæ Faareweilensis Pastor vocatus 1628 d. 9 Martii Anno eodem matrimonio junxit BODILDAM NICOLAI F. trium filiorum Matrem. Post cujus obirum Ao. 1634. d. 27 Apr. HELENAM THOMÆ F. duxit factus ex ea duorum filiorum novemq; filiarum parens. Ex utraq; 44 Nepotes Avus. Magister creatur 1631. Episcopus Ripensis designatur 1650. Doctor Theologiæ pronunciatur 1653. Archidiaconatu honoratur 1644. Qvi maximis per totam Daniam Nominibus clarus in Domino piè placidèq;

obiit

obiit 1681 d. 13 Sept. Anno Ætat. 79. Episcopatus 31. Archidiaconatus 17. Jamq; ex hoc pulvere gloriosum Jesu Christi adventum ac lætam per ipsum resurrectionem in fide expectat.

Christe mihi vita, Mors mihi dulce lucrum.

In lapide sepulchrali.

Den lærde KRAGLUNDS Been er lagt i denne Grav,
Sin ædle Siæl hand GUd sin Skaber overgav,
Men hans priisværdig Navn skal blive u-forgiæt
Hos den retdommendes og Dyde-kiæres Æt.

Inscriptio capuli, qvod aliqvamdiu in sacello ubi olim altare S. Lucii *asservabatur, inde Roschildiam translati.*

Her udi og under hviler i GUd den Veledle, Høyærværdige og Høyopliusde nu Salig GUds Mand

Doct. CHRISTEN JENSEN LODBERG

fordom velfortient Superintendent ofver Riber Stict, fød udi Lodberg Sogn i Thy Aar 1625 Alle Helgens Aften af Christelige Ecte Forældre. Hand har af første Ungdom lagt Vind paa GUds Fryct, Dyd oc Boglige Konster. Ved mange Reyser i fremmede Lande oc idelige Studeringer giort sig nafnkundig hos alle. Har været Professor (*sc. Historiar.*) paa paa Soeröe Academie, PRINDS GEORGS Informator, oc Confessionarius, Sogne-Præst til Domkircken i Roskild udi 14 Aar. Oc endelig Superintendent ofver Riber Stift paa 12 Aar. Har været, som det sig bør en Biscop, Een Qvindes Mand, oc Ni Børns Fader, af hvilke 4 ere døde oc 5 igien lefver med deres Høybedrøvede Moder Johanne Jacobs Daatter Eilerts. Hans Lif har været meget priselig oc hans Død sød oc salig. Hand er ved Døden afgangen den 12 Junii A. 1693. efter at hand hafde lefvet her i Verden 67 Aar 7 Maaneder oc 13 Dage. Hans u-dødelige Nafns Minde skal lefve hos Efterkommerne saa længe Dyd, Gudsfryct oc Lærdom findes i Verden. GUd gifve hannem med alle Udvalde en glædelig Opstandelse.

In eodem sacello S. Lucii.

Her under hviler

Salig Doct. ANCHER ANCHERSEN

fød til Verden i Kierteminde Anno MDCXLIV. efter aflagde Studia paa Academiet og Reyser Udenlands Rector i Colding fra Anno MDCLXVIII til Anno MDCLXXXII. derefter Sogne-

Præst sammesteds og Proust i Colding til Anno MDCXCIII. og imidlertid Hans Kongelig Hoyheds PRINTZ FRIDERICHS Confessionarius og Hof-Prædicant paa Hans Reyse Udenlands, Biscop over Riber-Stift fra Anno MDCXCIII til hans Dode-Dag, som indfaldt den XIX Junii Anno MDCCI. og venter her under en glædelig Opstandelse.

Ex ordine Nobilium.

D. O. M. S.

&

Æternæ memoriæ Illustrissimi Domini

Dni HANSII Comitis de SCHACK in SCACKENBURG

Hæreditarii Domini Giselfeld & Gram. Qvi Generosissima SCHACKORUM & WISCHORUM stirpe prognatus post qvam anno ætatis XVIII militiæ tyrocinia sub gloriosissimo Rege CHRIST. IV posuerat, summus excubiarum Præfectus apud Gallos primum fuit. Serenissimo deinde Duci Saxo-Lavenburgico Producis titulo honoratus, cujus ab excessu Hamburgum ad militare urbis regimen, ac paulo post à gloriosissimæ memoriæ Rege FRID. III ad Regiæ suæ sedis defensionem evocatus, Hafniam à Svecorum insultu liberavit. Petitoq; in Fionia ab illo campi tum Mareschallo, hostili exercitu Regia sceptra armis felicibus propugnavit, dignus, qvi ob fidem & merita à Potentissimis Daniæ Regibus Comitis, Eqvitis, Consiliarii Intimi, Archistrategi, Præsidis Consiliorum militarium Assessoris titulos, à patria ob defensos cives & profligatos hostes coronam triumphalem & civicam, à posteris immortalitatem reportaret. Natus est die XXVIII Octobr. Anno MDCIX. Conjugem duxit

ANNAM è BLOMORUM gente

anno MDCXLVIII. Excessit die XXVII Februar. Anno MDC XXVI. annorum gloriæq; plenus. Ætat. LXVI. Avo de posteris suis omnibus bene meritissimo, Qvatuor è filio Comite OTTONE DIETERICO à SCHACKO & è nuru SOPHIA DOROTHEA de MARSCHAL Nepotes Comes HANSUS, JOHANNES-FRIDERICUS, BARTRAMUS & ULDERICUS Fratres de SCHACKE, æternum hoc virtutis gloriæq; SCHACKIANÆ & pietatis monumentum posuêre Anno CIƆIƆCLXXXIX.

Inscriptio Capuli.

D. O. M.

Her

Her under hviler den Salig i GUD Høyvelbaarne Herre og Greve

Hr. HANS Greve af SCHACK

til Schackenborg, Arve-Herre til Gisselfeldt og Gram, Ridder, Kongl. Majests. til Danmark og Norge Geheime-Raad, Feldt-Herre, Præsident udi Krigs-Collegio, Oberst til Hest og Fods, Assessor udi Collegio Status og Høyeste-Rett, som Aar 1609 den 28 Octobr. om Aftenen imellem 8 og 9 udi Forstendommet paa Ynnewaldsgaard er fød af de ældgamle Høyædle Schackers og von der Wischers Stammer. Udi hans Ungdoms Aar er hand udi den sande Gudsfrygt og alle Høy-Adelige Dyder vel opdragen, indtil hans Alders 18 Aar, der hand sig begaf til Krigen, først under Sal. og Høylooflig Ihukommelse Kong CHRIST. IV. siden continueret under Cron Sverrig, og allerlængst i Franckerig, saa hand alle Charger fra neden af udi 23 Aar betiente. Derefter af Kiærlighed til sit Fæderneland begav sig hiem igien og strax af Hertzog FRANTZ CARL af Saxen-Lawenburg bestilt for Statholder. Men da Hertzogen 2 Aar derefter døde, blev Commendantskabet hannem udi Hamburg, som General-Major anbetroet indtil Anno 1657 hand er bleven hidkaldet og bestilt af Salig og Høylovlig Kong FRID. III. først som General-Lieutenant, dernæst Feldt-Marschal og paa det sidste som Feldt-Herre. Anno 1671 for sin underdanigste og tro Tieniste og høye Meriters Skyld af nu Regierende Kongl. Majest. CHRISTIANO V. naadigst ophøyet i den Grevelig Dignitet og Stand. Og saasom hand paa Jorden aldeles intet haver manglet af Ære, Høyhed og Anseelse, saa haver og den allerhøyeste GUD hannem med langt høyere aflagt og Siælen allerede til sit ævige Riges Herlighed hedenkaldet ved et meget saligt og christeligt Endeligt den 27 Febr. Anno 1676, efterat hand haver levet udi denne forgængelige Verden 66 Aar 3 Maaneder og 30 Dage.

Illustriss. & Generosiss. Dominus

OTTHO DIEDERICH Comes de SCHACK in SCHACKENBURG

Hæreditarius Gisselfeld & Gram. Eqves Danebrogicus, duobus Daniæ Regibus à Cubiculis inter primos, ut & Gubernator Diœceseos & Præfecturæ Ripensis. Natus Chiloniæ Anno MDCLII. die 21 Sept. Ex duplici conjugio Pater sex liberorum. Denatus Itzehoe Anno MDCLXXXIII. die

1 Julii. Hic qvod mortale habuit, reliqvit, Gloriosam corporis resurrectionem exspectans.

Her under hviler den Høy og Velbaaren Herre
CHRISTIAN Greve af SCHACK
fød i Kiøbenhavn 1675 den 29 Mart. Døde sammesteds 1676 udi sin Alders 11 Maaneder og 6 Dage. De Høy- og Velbaarne Forældre Hr. Otto Diderich Schack sampt Fr. Soph. Doroth. Marschalch haver ladet ham her nedsette.

Generosiss. Juvenis pietate, probitate, morum svavitate & variarum scientiarum lingvarúmq; cognitione nemini suæ ætatis secundus
JOHANNES FRIDERICUS SCHACKE
á Parentibus genere & virtute Nobilibus, Patre Illustrissimo Domino OTTHONE DIETERICO Comite SCHACKE & Matre Illustriss. & Generosiss. Domina SOPHIA DOROTHEA de MARSCHALCKEN Ripis d. 20 Maji Anno MDCLXXVII natus & singulari Matris Viduæ curâ ad omnia magna educatus, sed in ipso vere ætatis cum annos XII menses VIII & dies XXIII vixisset die XII Febr. anno MDCXC in Aula Gram. Per mortem mortalium societati ereptus honestissimam Posteritati famam, Matri, Fratribus, Cognatis & aliis permultis commune desiderium reliqvit. Anima ad Deum, qvi dederat eam, rediit, corpus ex hoc loculo lætam beatorum resurrectionem expectat. Hoc affigamus animis, hoc nobis subinde dicamus: Moriendum est. Imo nostra, qvæ dicitur, vita, mors est: nec unqvam vivit animus, nisi compage solutus corporis, liber æternitate potiatur. Hinc etiam mors in beneficii loco tribuitur à Deo, qvem maximè diligit, & qvem Deus amat, sic moritur juvenis.

FRIDERICUS AUGUSTUS SCHACK
Natus Hamburgi d. 9 Febr. anno MDCCVII. Animam Deo reddidit eodem anno d. 20 Sept.

In Sacello Speckhaniorum.

Her hviler i HErren den fordum Høyædle og Velbaarne Herre
Herr FRANDZ EBERHARDT
von SPECKHAN
Ridder, Kongl. Majests. til Dannem. og Norge etc. Geheime-Raad og Stiftsbefalingsmand over Riber-Stifft og Ambtmand

mand ofver Riberhuus Ampt paa 16 Aars Tid. Fød i Konigsberg af fordum Hoyædle og Velbaarne Herre Herr JOHAN EBERHARDT von SPECKHAN Kongl. Majests. Oberster og Commendant udi Friderichstadt i Norge og Sal. Fru ANNA JECKELS af Rostock Anno 1628 den 2 Aprilis. Anvendte sine unge Aar udi Krigen under den vidtberømte Printz de Turene i Franckerig. Udi sine øfrige mandige Aar og til sin Døds-Dag tiente tvende Hoypriselige Danske Konger FRID. III. og CHRIST. V. baade udi Civil og Militair Sager saa vel udi Freds, som udi Feide-Tider udi 40 Aar. En tro GUDs og Kongens Mand. Den Salig Herre mæt af Aar og Ære qvitterede Verden Anno 1697 den 27 Decembr. udi hans Alders 69 Aar, 9 Maaneder, 4 Dage, udi viss Forhaabning, at JEsus hans Frelsere skal forvandle hans ringe Legeme, at det skal vorde lige skikket ved hans Ærefulde Legeme. Phil. 3. v. 20. 21.

Anno 1674 den 29 Junii ist dieser Sehl. Knabbe

CHARL WILHELM von SPECKHAN

in Copenhagen auf diese Welt gebohren. Desen Vater der Hochedler und Wolgebohrner Herr Herr Frantz Eberhardt von Speckhan Ritter, Ihr Königl. Majest. zu Dännemarck Norwegen Geheimbter-Rath, Stiffts-Befehlshaber über Rieper-Stifft, alſo auch Ambtmann über Rieper-Ambt etc. etc. Desen Mutter die Hochedle und Wolgebohrne Frau, Frau Eliesabeth von Speckhan, gebohrne von Raben. Nachgehends in der Blüthe seiner ersten Jugend Anno 1686 den 30 April in Riepen seelich im Herrn wieder entschlaffen seines Alters eielff Jahr, zehen Monath und ein Tag.

In media Templi parte.

Her ligger under begraven Erlig og Velb.

CLAUS SESTED

til Spannegaard og hans kiære Frue Erlig og Velbyrdig

Fru LISBETH IVELL

til Korsbrödregaard, som og boede der til GUD kallede dennem, som var min Hustrues S. Farmoders Fader og Moder. Desligeste ligger her ogsaa min Hustrues S. Farbroder

PREBEN PODEBUSK,

som var fød udi Ribe Aar efter Guds Byrd 1568 d. 18 Nov. og kallede GUD hannem Anno 1591. Og nu haver jeg ladet samme Graf renovere og paa nye opbygge Ann. 1652, saa

jeg kiender mig fuld og fast ved den paa Hustruis Vegne og vore Born efter os, og haver derfore sat min og hendes Vaaben derpaa.

Henrich Gyldenstiern. Fru Lisbeth Podebosch.

In parte Septentrionali.

Her ligger begrafven Erlig og Velbyrdig Mand
Herr ALBRIT SKIEL
til Fusingö, Ridder, Danmarckis Riges Raad, Befalnings-Mand paa Riberhuus, som døde Anno 1639 den 9 Apr. i sin Alders 66 Aar. 4½ Maanet. Desligeste hans kiere Hustrue Erlig og Velbyrdige
Fru BERITTE FRIIS,
som døde Anno 1652 den 31 Januar. i sin Alders 69 Aar. Saa og fem af deres Born
NIELS SKIEL,
som døde Anno 1615 den 4 Maji i sin Alders 2 Aar, og
TYGE SKIEL,
som døde Anno 1624 den 16 Martii i sin Alders 15 Aar. Die 3 er kommen døde til Verden.

In meridionali parte.

Anno Domini MDXLVII pridie Scholasticæ Virginis obiit Nobilis Vir
GUNDO LANGE
de Tornumgaard Decanus Ripens.

Anno 1546 den forste Leffverdag i Faste døde i Ribe Erligh och Welbirdigh Mand
PALLI SCHRAM
hvilcken GUd Almechtiste giffve en glædelig Opstandelse Amen.

In carne mea Deum videbo Anno Dni 1565 den 28 Majus hensofvede denne Welbyrdig Mand
SEBASTIAN MUDSHUDE

Her. ligger. begrafvit. Erlig. oc. Welbyrdig.
THYGE. SKIEL.
Her. Albert. Skiels. til. Fusingö. Ridder. oc. Danmarkis. Rigis. Raad. oc. Fru. Berte. Friis. deris. Son. som. var. fød. paa. Riberhuus. Aar 1609. den. 29. Nov. oc. døde. paa. Odensegaard. den. 16. Martii. 1624.

Her

Hir unter liget begraben, dero Königlige Majestetz in Sweden, unter dem Lebligen Furstligen Anhaltischen Regiment, gevesene Ritmeister, der Edle und Mandhaft

Her JONAS IVARSEN

aus Sveden gebürtich, welcher den 24 Octobr. 1657 in den General-Sturm vor FREDRIGS UDDE (ɔ: Fridericia) durch einem Schus vor seinen Feinden sein Leben Ritterlich geendet, sines Alters 45 Jar.

In parte boreali.

BERENDT STADTLANDER Hamburger

Ætat. 44. Anno.

Da Mars gantz Cymbrien mit Bluht und Aschen farbte,
Und dessen gutes Volck vast auf den Grund verdarbte,
Zog ich hier her, und that was mein Beruff vormacht,
Wurd aber durch ein Volck das Raubern ehnlich focht.
Auf meine Gegenwehr, weil ich das meine scützte,
Entseelt, in dem ihr Rohr mit Kugln mich beblizte:
Erbarmlich war mein Fall, dort aber wird mein Schein
Sehr schön, der Thater Sturtz hergegen elend seyn.

Ann. 1659. Mart. 26.

Ex ordine erudito & civili.

In Choro.

Qvi transitum paras Viator, salve & si vacat, ad vicinam urnam attende. Condidit hic mortalitatis exuvias

M. ANDREAS VELLEJUS

Divinarum & humanarum literarum gloria clarissimus. Ante virilem ætatem studiorum magni illius TYCHONIS BRAHÆI Ephorus: pòst Aulæ Regiæ Hafniensis Ecclesiastes: deinde Historiographus Regius, hujus loci Decanus, Canonicus & Senior. Theologus præstans, Concionator admirabilis, Historicus incomparabilis, Indagator Antiqvitatis solertissimus, Poëta facundissimus, lingvæ Patriæ repurgator & excultor meritissimus. Vir pius, gravis & sincerus, æqvi rectiq; tenacissimus, judicio consilioq; pollens, Proceribus regni carissimus: Qvi triumphatis inconcussa animi magnitudine æmulis, peractóq; vitæ innocentis curriculo, ingenti patriæ desiderio & jacturâ viam beatæ immortalitatis ingressus est die XIII Februar. Anno Christi MDCXVI. ætatis suæ LXXIV.

Salig M. ANDERS VEDEL dode den 13 Febr. 1616.

hans Hustru METTE HANS DAATTER hensov den 27 Dec. Anno 1633.

VELLEJO qværis qvæ forte scientia major,
Qvæ vivo fuerit sanctior ambitio?
Scire cruenta modo crucifixi vulnera Christi
Et merito Domini fidere posse sui.
Saxonem tellus sibi Danica flevit ademptum
Grammaticoq; parem non superesse suo.
VELLEJUS tumulo Phœnix reparatus ab isto,
Dat patriæ luctum per sua fata novum.
1623. S. A. V.

NB. *Effigiem Velleji Nostri æri incisam, qvæ cum vernaculæ Saxonis Versioni tum historiæ* Svenonis barbæ furcatæ, *per ipsius Pronepotem Assessorem Regium ac Typographum eruditiss.* Joh. Laurentii *seorsim editæ præfixa est, epigrammate seqventi ornavit Poëtarum patrii sermonis Princeps D.* Thomas Kingo.

I denne Skygge staaer vor Mester ANDERS VEDEL
Med fordums Ærbarhed dybsindig lærd og ædel,
Som hialp af mørken Grav de Danske Konge-Drifter,
I dem hand lever end og de udi hans Skrifter.

Nec honorificè minus de illo canit excelsissimus Romani oris Vates Borrichius:

Mantua Virgilio celebris Pontusq; Zamolxi,
Roma Catonino sangvine clara fuit:
Felices Ripæ! qveis tot sacra nomina qvondam,
Reptârunt tenero culta sacrata genu,
Vester is ANDREAS, qvi longa in morte silentem
Saxonem patriis reddidit unus agris. &c.

Seqviorem verò de Vellejo *censuram offendimus apud* Johannem Messenium *in præfat.* Chorograph. Scandinav. *Holmiæ 1615, ubi imputatæ invidiæ ac malitiæ impudentissima convitia magnificentiore illo qvidem, sed spurio perperam pensata voluit titulo: Qvòd libellus* (inqvit) *Adami Bremensis de situ Regionum Aqvilonarium plurimas illasq; clarissimas gloriæ Svecanæ notas ex remotissima nostratium memoria & seculorum historia petitas, in Fastis tamen Svecorum & Gothorum hactenus nusqvam, ne per nebulam qvidem conspectas, affatim commonstret, ideo ab exteris & præcipuè* Andrea Velleio Cymbriæ Superintendente per summam in Sveones invidiam suppressus: *Qvippe Anno MDLXXIX Ecclesiasticam ejusdem M.* Adami *Historiam Hafniæ divulgans, hunc libellum, illi nodo qvasi indissolubili adhærentem expunxit. Verum postea hujus Codicis jacturam &* malevoli hominis naturam *agnoscens & detestans Nobilissimus Heros* Henricus Rantzovius *opera* Erpoldi Lindenbruchii *anno MDXCV. publicavit una cum memorato Chronico, vetustissimum* Erpoldo *ad hoc negotium felicius expediundum communicans exemplar MSS. ex Bibliotheca sua* Bredenbergensi. *Hæc Vellejo-Mastix Messenius. Fallitur* Wittenius, *qvi in Append. T. I. D. B. ad Ann. 1616 vocat eum* Rigensem *pro* Ripens. *Qvod personalia ejus attinet, constat ex Præfatione posthuma in Saxonem vernaculum dictæ* Sven Ottonis *historiæ præmissa, oblatum sibi Lipsiæ degenti per Mathematicum Electoralem D.* Valentinum Thau *splendidum satis Stipendium patriæ amore recusasse illiq;, postqvam sexennium Lipsienses inter ac Vitebergenses dispertitus erat Camænas, tandem redditum Sacrisq; in Aula rostris admotum ad intermissa Historiarum ac Antiqvitatum studia revocâsse authoritatem Illustrissimorum Heroum* Johannis *puta* Frisii *Cancellarii &* Petri Oxii, *Aulæ tam temporis Magistri, ut &* Nicolai Kaasii, *Secretarii Regii, accedente Serenissimi Regis* FRIDERICI II.
volun-

voluntate, qva ad Saxonem, non solùm vertendum, sed continuandum invitatus fuerit, eoq; nomine petitam ab officio aulico illi indultam dimissionem, munere Historiographi Regii succedente. Præter complusculos Vellejani ingenii fœtus Alberto Bartholino recensitos Commentarium Lutheri in Psal. 90 Danicè interpretatus est teste Resenio in Atlant. Dan. MSS. Scripta autem, qvæ reliqvit, inedita recondidisse olim Episcopalem Bibliothecam Wormianam testis est Mollerus in Hypomn. p.164. qvi Vitæ ac meritorum in Patriam Recensum accuratiorem Cimbriæ, *cui immortuus est,* Literatæ *reservavit. Petrus Septimius in Prolegomenis ad Cant. Heroic.: Velleji* Aars Kreniker til Christ. 4. og Ordeneers vidtløftige Historie ere ey endnu udgivne. Denne Underretning har jeg fra een af hans Afkomme Johan Laurensen Skriver ved Archiverne. *De Typographia* Velleji Lillomontana *ipse loqvitur in Dedicat. Cant. Heroic. ad Sereniss. Reginam* SOPHIAM. Nu er det ogsaa kommen saa vidt, at jeg selv haver ladet indføre og forlegge et nyt Trykkerie her udi Ribe, efftersom jeg da paa Hvæn berettede for Eders Førstl. Naade at jeg havde i Sinde, og Kongl. Majest. milder og Høyloslig Ihukommelse da og samme Tid med Tilsagn bevilget og *privilegirt. Leges, qvas rogavit, Bibliothecæ Liliomontanæ per novem summos Novensilium Amasios* Carolos Danzæos, Nicolaos Kaasios, Tychones Brahæos, Svaningios, Lagonios, Petreios, Hegelios, Petros Johannis, Paschasios *sancitas vide sis in Inscriptionib. Rip. Terpagrianis pag. 159 seqv.*

JOHANNI GRUNDITH

Pastori & Canonico Ecclesiæ Virginis

Exemplar hic fuit fidelium: itaq; Deo creditum depositum recipiet die illo. Inserviit bonus J. C. miles Scholæ & Ecclesiæ hujus loci annis pluribus: Id reportans nominis, qvod utrobiq; profuerit usq; omnibus, obfuerit unqvam nemini. Ejus fidelitatis testibus discipulis eruditissimis hodie utitur Aula & Academia Regia & sparsim omnis Patria. Vitam qvoq; ceu Pastor fidus, post vigilias & sudores impendit gregi suo *in oborta peste* â se minimè deserto. Postqvam enim innumeras triumphare docuisset animas, ipsius qvoq; beatissima anima eadem tandem ingressa vestigia, cœlis invecta est. Eô eventu apud gratam posteritatem memorabilis est usq; in restitutionis omnium diem. Die 15 Aug. Anni Domini MDLXV. Vixit annos LV. Præceptori & cognato F. F.

Andreas Vellejus.

NB. *Hoc Duce historici studii culturæ assvevit Vellejus adhuc adolescentulus, teste ipso in Præfat. ad Vers. Saxon. his verbis:* Her udi (*sc. lectione historiarum*) blev jeg mærckeligen styrcket af den fine og Høylærde Mand Sl. Hr. Jens Grunder Sogne-Præst og Canik udi Ribe, min nær Blods-Forvandte, som min Sl. Fader satte mig til, der jeg var i mit 15de Alders Aar. Hand hafde en temmelig stion Liberie, som foruden Theologiske Bøgger var meste Parten besæt med adskillige Navnkundige baade gamle og nye Historie-Skrivere. Og som hand selv havde stoor Lyst til Historier at læse, antvordede hand mig den eene efter

 den

den anden at igiennemlæse for sig, besynderligen i Aftens Tide og ellers naar hand var ledig af sit Embedes Bestillinger.

M. JOHANNES PETREUS VIBURG

Archidiaconus & Canon. Ripensis in 53 annos, Ædilis in 14 annos. Qvondam D. IVARI MUNCK Episcopi Cancellarius, LUTHERI Discipulus, Vir prudens & gravis Conjugio cum Helena 30, cum Maria Lambertia XI, annis piè ac placidè traducto, obiit Anno ætat. 80. legatis in pauperes mille Joachimicis. A. Sal. 1581. die 7 Maji.

In spem indubitatæ Resurrectionis

PETRUS TERPAGRIUS

Con-Rector Scholæ Patriæ Rip. XII ann. Lector S. Theol. ann. Natus Ann. 1654 d. 22 Maji. Denatus A. -- d. -- Vivens mortis memor sibi & Uxori Lectissimæ MARIÆ FRISIÆ Natæ A. 1657 d. -- Defunctæ A. d. -- Annorum Conjugi, VIII Liberorum Matri Mariæ, Laurentii, Wibechæ, Nicolai, Mariæ, Dorotheæ, Nicolai, Mariæ hunc qvietis locum paravit.

NB. *Excessit scenâ, qvam tanta candoris & eruditionis fama impleverat, Senex Venerabilis*, Vir, *dicente alicubi Falstero*, inter Danos excellens, inter exteros gloriosus, *die 5 Januar. 1738. postqvam præclaro* Riparum Cimbricarum *opere literatum sibi orbem devinxerat Ann. 1736, ejusdemq; anni Jubilæi die 3tio Novembris in altera Ecclesiæ Danicæ Solennitate seculari, Doctoralem SS. Theologiæ mitram Brabeutâ Eminentiss. Selandiæ Episcopo Divo Doct* Christ. Wormio, *suo olim, qvo gloriaretur, discipulo publicè adeptus esset, ad depontanæ ætatis octogesimum qvartum ferè provectus annum, editorum scriptorum qvindecim, affectorum verò qvatuor fœcundus parens, cujus Vitam pluribus prosecuti sunt Doctissimi Bibliothecæ Danicæ Conditores Tom. 2. p. 524. Hafn. & Lips. 1738.*

Hic jacet

Mag. JOHANNES PETRI de HORSNES

Canonicus Ripensis in magna miseria expectans adventum Domini Redemptoris sui. Et anima reqviescat in pace. Anno Domini --

Her hvilis

Salig PEDER HEGELUND

Canich oc Borgemester i Ribe, som hensov den 3 Maji Ann. 1584. æt. 59. NB. *Lovanii & Lutetiæ studuerat.*

Anno Domini 1553 XX Junii obiit Venerabilis Vir

Dnus NICOLAUS TORCHILLI

piæ memoriæ Canonicus Ripe.

Her

Her hviler udi HErren
Salig M. HANS SVANNING
fordom Kong Frid. II. Hoyloflig Ihukommelse, hans Tuctmester udi XIII Aar og siden Dom-Degn og Kanich her udi Riber Dom-Kircke og Danmarckis Riges Historicus 31 Aar, som døde Anno Dni 1584. -- Sept. i sin Alders 81 Aar. Sampt hans kiære Hustru MARINE S. Sören Jacobsöns fordom Borgemesters Dater her i Ribe. Ved hvilken hand aflede sex Sønner og ni Døttere. Hun døde den 4 Julii A. Dni 1615. mæt af dette Lif i hendes Alders 76 Aar.

Hac urna conduntur Exuviæ Viri Clarissimi
M. CHRISTIANI L. AAGARDI,
qvi Professor Poëseos Havniensis & Reg. Communit. Præpositus Ann. IV. Rector Scholæ Ripens. Ann. VIII. Lector Theol. & Pastor Westerwedstadiensium Ann. -- Natus A. MDCXVI. die XXVIII Jan. Denatus A. MDCLXIV die V Febr.

Carmine qvi docto morientes vivere fecit,
Hic moriens docto carmine vivus erit.

Ut & piissimæ Conjugis MEDEÆ SEV. VELLEJÆ, qvæ X. Annor. Conjux, V Liberorum Mater, XXXIV Annorum Vidua obiit A. MDCXCVIII d. XV Mart. Ætat. LXVI.

Conjuge qvæ charo bene longe mœsta carebat,
Conjuge cum charo læta perennis ovat.

Hæc in utriusq; Parentis exoptatissimi non intermorituram memoriam poni curavit unicus nunc superstes filius.

Laur. Chr. Aagardus
Past. & Præp. Helsingor.

Christianus hic Aagardus inter Latiales sex Poëtas Daniæ palmarios, qvorum poëmata sub titulo Deliciarum Poëtarum Danorum *Lugd. Batav. 1693. edidit Illustr.* Frid. Rostgaard. *medium locum occupat.*

Conduntur hac in urna ossa Viri Nobilissimi, Amplissimi
GEORGII SEERUPII Nicol. F.
Philosophiæ & Medicinæ Professoris Regii in Universitate Hafniensi & Medicinæ Doctoris Experientissimi, qvi natus est Ripis d. 13 Sept. Anno MDCLX. Uxorem duxit Annam Christinam Melissam Petri Filiam, unicum procreavit filium Nicolaum Seerup. Obiit Hafniæ die 22 Maji anno MDCC. beatam expectat resurrectionem.

In Sacello Wormiano.

In hoc loculo qviescunt Ossa
MATTHIÆ WORM OLAI Filii

Consiliarii Justitiæ & Cancellariæ, Assessoris in Supremo Daniæ Tribunali, Præsidis & Consulis Ripensium per XXXII annorum spatium, qvi Havniæ ingressus mundum Anno MDCXXXVI. d. 19 Aprilis, Ripis egressus Anno MDCCVII. d. 14 Februarii. Post novennalem apud Exteros peregrinationem & multorum annorum labores in Patria, tandem hic gradum fixit, Deum propitium & terram levem expectans.

In portica Orientali:

Exul ego patriam cœlum puto munere cœli
Inveni, Christo pascere svetus oves:
Nunc pasco vermes, cum paupertate senectus
Narrat relliqvias, colligit & cineres.
Sit bene, pauperies mea qveis simul atq; senecta
Cordi erat & curæ! sit mihi terra levis.

SAMUEL ADELHEID Nonagenarius, ex Germania Pastor emeritus, in Dania exul mortuus hanc sui memoriam posteris reliqvit A. 1687.

Epitaphium GEORGII PHILIPPI SCHMIDT, *qvod* flagrante bello Cæsareano *in memoriam defuncti positum fuisset, sed qvo minus tum fieri posset, per repentinum hinc abitum stetit.*

Anno 1628 den 7 Febr. umb 9 Uhr Vormittag, war ich
GEORG PHILIP SCHMIDT
von Ostheim im Franckenlandt zur Welt gebohren. In der Stadt Ripen 1629 den 7 Jan. wieder durch meinen Erlöseren HErrn JEsu von dieser Welt abgeschieden.

In australi Chori latere obversatur Series Episcoporum à tempore Reformationis. Annos

1. M. JOHANNES VANDALUS Goslar. ab Ann. 1537. Obiit A. 1541. 4
2. M. JOHANNES TAUSANUS Fionens. Religionis collapsæ inter primos in Dania restaurator, ab A. 1541. Ob. 1561. d. 11 Nov. ætat. 67. 20
3. M. PAULUS MATTHIÆ Sieland. ab. A. 1561 ad A. 1569. 8
4. M. JOHANNES LAGONIUS Ripens. ab Ann. 1569. qvi obiit A. 1594. d. 16 Aug. ætat. 64. 25
5. M. PETRUS JOANNIS HEGELUND Ripens. ab A. 1595. d. 4 Martii. 19
6. IVARUS IVARI HEMMETÆUS SS. Th. D. ab A. 1614. 15
7. JANUS DIONYSIUS JERSINUS SS. Th. D. ab A. 1629. 5½
8. JOHANNES BURCHARDI SS. Theol. D. ab Ann. 1635. Obiit d. 4 Januar. A. Christ. 1643. Natus annos 45 mens. 2. dies 7. 8
9. ERICUS MONRADUS SS. Th. D. ab ann. 1643 d. 30 Aug. Ob. A. 1650 d. 20 Junii 7

10. PE-

10. PETRUS JANI KRAGLUNDUS SS. Th.D. ab. A. 1650. Ob. 1681. 31
11. CHRISTIANUS LODBERGIUS SS. Theol. D. ab A. 1681. Ob. 1693 d. 11 Junii. 12
12. ANSGARIUS ANSGARII SS. Th. D. ab Anno 1693. Ob. A. 1701. d. 19 Jun. 8
13. CHRISTIANUS SEVER. MUSENIUS SS. Theol. D. ab A. 1701. ad A. 1712. (postea Episc. Fion.) 11

NB. *Addantur*:

14. JOHANNES OCKSEN SS. Theol. D. postea Episc. Arhusiens. Ann. 1713 1
15. LAURENTIUS THURA. 7
16. MATTHIAS ANCHERSEN.

Inscriptio supra januam Sacelli IVARI MUNCK.

Reverendus in Christo Pater & Dominus,

Dnus IVARUS MUNCK

Dei gratia Episcopus Ripensis fecit structuram istam fieri Anno Domini M. —

Ab altera parte.

In Silentio & Spe.

In Janua Capituli à parte exteriori.

Anno Domini 1411 regnante ERICO Rege Regnorum Dacie, Svecie, Norvegie, Gocie, Slavie & Duce Pomeranie. Hunc Regem regat & servet Rex eternus.

Inscriptio Campanæ vulgò Mare-Klokke.

Anno Mil. C. D. ter X sexto qvoq; mense
Septembri fabri munere fusa fui,
Cum consecretur campana Marie vocetur.
Do. ghot. my. HINRIK. DOBBRAN.

In Templo S. Catharinæ.

M. LAURENTIUS ÆGIDIUS BJELEM

Ecclesiastes Ripensis, sincera pietate, liberali doctrina, acri judicio, constanti gravitate & vitæ innocentia se Magni illius PHILIPPI MELANT. discipulum testatus: dum totos XXXII annos Ripensibus suis deservit (nempe Ludimagister VI. Lector Theol. XI. Pastor ad S. Cathar. XV annis) tandem qvasi vacatione ipsi Divinitus data, inter assiduos officii labores, piósq; gemitus usum lingvæ propemodum amittit: ut postea emeritus missionem toto sesqviennio patienter exspectarit, qvàm à cœlesti Patre, certa spe & desiderio vitæ æternæ plenus, obtinuit die XVI Septembr. Ao. Incarn. F. Dei 1597 ætat. LXV. Ægidius & Ivarus filii mœsti posuerunt.

Epit. D. JACOBI SEVERINI
Rip. Pastoris Primarii.

In Domino Christo bene Salvatore qviesco,
Tutus ab insidiis, pessime Munde, tuis.
Absq; metu Satanæ, peccati mortis & orci
Dormio defunctus corpore, mente vigil.
Hic ego non pecco, patior neq;, tristia cuncta
Longè absunt, remanet sæpe petita qvies.
Jam te, Christe, moror, Judex qvi justus es orbis,
Ut mihi des JACOBO cœlica regna tuo.
Tu mea vita, salus, via luxq; resurgere verum,
Tu mihi cum faveas cœtera curo nihil.

JACOB. SEVER. Marte & manu propria sibi cædebat hoc qvalecunq; sui nominis monumentum Anno, ut infra, mense Sept. 1565. A. eodem meo Christo fretus obii.

Her hviler i HErren Erlig Mand
ANDERS SöFFRENSöN
Raadmand udi Ribe, som af sit Bane-Saar hensov paa den fierde Dag den 4 Maji Anno 1598 udi Christi Naadesande Bekiendelse i hans Alders 46 Aar.

Inscriptio Campanæ minoris Kloster-Klokke.

Anno Dni MCDLXXVII Kirkeverre ware til Sti Nicolai Kyrki mygh lodh stobe Sti Nicolai Sogen, Marten Jensen oc Matthes Andersen.

Sta Katerina heder jeg. Jesus Nasarenus Rex Judæorum.
Maria then Rene Moo
Hielp os neer wi skole doo.

In interiori Curiæ *Ripensis conclavi.*

Sticts-Lensmænd paa Riberhuus
Erlige og Velbiurdige

		Anno	Aar
1	Her Predbiörn Pudebusk	1499	38
2	Her Johan Rantzov	1537	6
3	Henrich Rantzov	1543	5
4	Claus Seested	1548	2
5	Jesper Kruse	1550	4
6	Peder Bild	1554	4
7	Erich Rud	1558	1
8	Her Niels Lange	1559	6
9	Axel Weffart	1565	6
10	Erich Lycke	1571	9
11	Albert Friis	1580	14

12 Wol-

12	Woldemar Parsberg -	1594	-	3
13	Albert Friis -	1597	-	4
14	Her Albert Skeel -	1601	-	38
15	Her Gregers Krabbe -	1639	-	12
16	Her Mogens Seefted -	1651	-	4
17	Otto Krag -	1655	-	3
18	Her Hans Schack, Gen. Feldt-Marsk, siden Feldt-Herre, Greve og Stigts-Ambtmand -	1658	-	17
19	Her Otto Diederich, Greve af Schack Stigts-Ambtmand -	1674	-	9
20	Her Frands Eberhardt von Speckhan, Stigts-Ambtmand -	1683	-	14
21	Her Hans Greve af Schack, Stigts-Ambtmand -	1697	-	14
22	Henrich Ernst von Calnein, Stigts-Ambtmand -	1711		

Leguntur ibidem Nomina Præsidum.

Matthias Worm Hafn. forste Præsident i Ribe -	1667-1700	-	32
Casten Worm, Præsident -	1700		

Inscriptio Novæ Curiæ.

Ante Ædium Eqitis Nicolai Torchilli *post domus natalis felicissimi Poetæ vernaculi* ANDREÆ BORDINGII.

Klyborg *vel* Klynborg *dictæ.*

Christus Pontifex Summus regnat,
Christus Pontifex Summus vincit.

Inscriptio Poculi Senatorum Raadmands-Stob.

At. elske. Retferdighed. i. Dom.
Ok. rette. were. from.
Ok. reen. emod. sin. Reste.
Holde. Gud. til. Wen. er. Raadmand. thend. beste.
1564.

Inscriptio Ædium Generalis Districtus Ripensis Præfecti, vulgò Korsbrødregaard *dictarum.*

Supra portam:

Herr HANS SCHACK

Erbe zu Mögeltöndern Königl. Majest. zu Dennemarcken Raat, Reichs-Felt-Herr, Præsident im Kriges und Assessor in Collegio Status, Oberster zu Ros und Fus, und Amptman zu Ripen.

Fr. ANNA SCHACKEN geborn BLOHMEN auff Neuen und Kalten Hof Erbener Anno 1662.

Supra januam Ædium Epiſcopalium.

For Huus og Hiem, for Stand og Brod
Jeg takker Kongen til min Død.
C. M. ɔ: Chriſt. Muus.

Inſcriptio Ædium Pauperum Gieſteboderne.

Anno 1598 lod Anders Oluffön forbedre oc igien opbygge alle diſſe Gieſteboder, ſom ere ſtiftede af hans Moders Forfædre, meere end for hundrede Aar, oc ved Mact holden af hans Forældre Salig Oluf Staphenſön Raadmand i Ribe oc Marine Olufs, arme oc ſiuge Riber-Byes Indbyggere til Beſte oc Gudfryct[illegible] Chriſtne til et gudelig Efterſiun.

Inſcriptio Scholæ Cathedralis.

Dic qvare hic?	Deus providebit.
Reſpice finem.	Ipſe faciet.
Unum neceſſarium.	Homo flos.
Ora & labora.	Alata ætas.
Perfer & obdura.	Vita brevis.
In ſilentio & ſpe.	Ars longa.

Renovatæ Rectore Scholæ
M. Andrea Petr. Romdorphio.



COLDINGÆ.

In templo S. Nicolai *ſupra Cathedr. Confeſſion. Paſtoris Primarii.*

Anno milleno qvingentenóq; noveno.
Chriſti, Curato ſtatuente PETRI NICOLAO.
Conditur hæc nova fabrica laus Domino.

In Choro.
Epit. Primi Paſtoris Evangelici.

Her ligger begraved, Hederlige og Vellærde Mand
Hr. NIELS JESPERSEN
Sogne-Præſt, ſom var den førſte Evangeliſke Prædiker i Colding-Bye, hvilken døde Anno 1559 den 13 Febr.

Inſcriptio Germanica ſatis curioſa in lapide qvadrato, muro non procul à Baptiſterio infixa ita ſiſtitur.

Eigen Nütz, Heimiſcher Neidt, Kindiſcher Rath
Rom und Troja zerſtörret hat.
Wo Tugent nicht ſo hoch wird geacht,
Als Geburt und Pracht,
Das Land und Regiment werden übel bewacht,

Und in die Lenge
Gehen die Krebsgenge. 1593.

NB. *Fama est, positam fuisse à Celeb. Viro Dno* CASP. MARKDANNER, *olim Arcis Reg. Colding. Præfecto Regio, eo animo, ut se suamq; sola virtute acqvisitam nobilitatem masculè defenderet, & qvidem contra invidiam nonnullorum ex veteri nobilitate, qvibus propterea erat invisus, qvod sola virtute extra Patriam ad hoc gloriæ fastigium emersisset, ut Imperator Romanus, cujus castra seqvutus fuerat, hunc virum egregium & fortem, nobilitatis privilegiis omnibus donasset, indito simul a Patria desumpto novo nomine* Danmarker, *qvod tamen ut nimis gloriosum, qvasi solus ille, multorum Danorum instar, Danos repræsentasset, in Markdanner mutare coactus est in Patriam redux, ubi Regem qvidem propitium, sed æqvales invenit iniqvos & invidos.*

MAGDALENA ZEGERA *Vidua Doct. Thomæ Zegeri Med. Prof. Hafn. (de qvo vide E. Vinding Acad. Hafn. p. 68.) anno 1568 defuncta in sacrario templi Coldingensis Epitaphium habet Germanica lingva curiosè satis expressum:*

Hie ligt begraben die Tugentsame Frau
MAGDALENA
des Hochgelarten Medici Seliger Thomæ Zegeri nachgelassene Wittwe; hat ein christlich ehrlich Leren gefürt, und im selben uf den 16 Jan. des 68 Jars: Ires Alters aber M (fortè im) LXXVII Jar zu Coldingen mit vorhergehender Bekeniß Ires christlichen Glaubens, darin sie gantz wolgegründet gewesen, in GOtt seliglich entschlaffen. Sie war erfaren in der Astronomie, und weil sie Almanach gemacht hat, ist sie von Irem Beicht-Vater gefragt, was sie davom hielte, ist befunden, daß sie Ihrem christlichen Glauben zu wider nichts davon gehalten hat.

Conf. Sperling. MSS. de Doctis Feminis item Cl. Alb. Thuræ *Gynæceum Dan. Liter. Altonavii 1732. in Append. p. 132.*

Supra valvas Scholæ, à Sereniss. Regina DOROTHEA, *gl. m.* CHRIST. III. *Vidua, splendide extructæ, tetrastichon istud auratis exarari fecit literis* Jonas Coldingensis, *Rect. Sch. patriæ.*

DOROTHEÆ impensis Domus hæc extructa renidet,
Qvæ Danûm Conjux Regia Regis erat;
Illius æternùm florebit nomen in orbe,
Qvod Musas larga foverit ipsa manu.

Supra Cathedram Rectoris visitur tabula, cui aurea itidem literatura inscribitur:

Episcopo S. Venerab.
& Nobiliss.
Dno Laurentio Thura.

Præposito Brusch.
Clariss.
Mag. Laur. Lech.

Summa æternumq;
Memorabili munificentia

Sereniss. ac Clementiss. Dan. Norv. Vand. Goth. &c. Principis ac veræ Palladis

SOPHIÆ HEDEVIGÆ

novis mensulis, cathedris ac subselliis ita illustrata splendet Regia Schola Coldingensis Anno MDCCXII.



FRIDERICIÆ.

In templo SS. Trinitatis.

Infra testudinem templi juxta sellam Regiam insertus muro lapis quadratus, colore pictus cæruleo, gl. m. FRIDERICI TERTII *nomen aureis inscriptum literis monstrat, apposito Ann.* 1655. *d.* 29 *Maji. Vicina tabula hæc habet:*

Af GUds og Kongens Naade, sampt Christne Guds Borns Almisser, er denne Kirke saaledes opbygt. Anno 1655 den 29 Maji blef Kirken funderet af Sl. og Hoyloflig Ihukommelse

Konning FRIDERICO TERTIO,

som oveninbmurede Steen udviser, hvorpaa den Salig Herre af hoypriselig og meget Christelig Devotion har self siddet paa Knæ.

Ao. 1689 er Kirken efter vores allernaadigste Konges

CHRISTIANI QVINTI

naadigste Bref og Bevilning opbygt ved Hans Excellence Stifft-Ambtmand von Speckhan og Hans Hoyærværdighed Hr. Bisſkop Lodberg deres Befordring.

Ao. 1690 den 22 Julii er Kirken af velbemeldte Hr. Bisſkop solenniter indvied og kaldet Trinitatis Kirke.

Inferius seqventia Ao. 1727 sunt exarata:

In Lapidem auratis literis è muro templi Fridericiensis Danici *enitentem, cui olim Rex Beatiss. & Gloriosiss. memor.* FRIDERICUS TERTIUS *sacram Deo ædem inaugurando, cælo supplex incubuit.*

Fortunate Lapis! fundandi primula Templi
Gloria, nunc mediis conspiciende tholis.
Hanc reor, invideant tibi cætera marmora sortem,
Certarentq; tuo posse nitere loco.
Non lapis alter erat, qvem Rex locat ipse, nec alter,
Qvi Regale genu lambit & ambit, erat.
Qvid marmor? qvid ïaspis erit? FRIDERICUS in isto
Prociduus saxo saxa vel ipsa movet.
Hic placat superos, hic cœlum thure vaporat,
Hic sacrat à primo limine molis opus.
Floreat æternùm FRIDERICI Nomen & Hæres
Sceptriger in sera Prole beatus agat.

Re-

Regia cura dedit decus efflorescere Templi
Sit Rex, sit Templum cum Grege cura Dei!

J. B.

In crucem Servatoris ibidem.

De cruce pendentem, peccator, respice Christum
Præq; salutifera despice cuncta cruce:
Mors hæc vita tibi, si credis, crede, triumphat
De Styge, de Mundo, de nece viva Fides.
Fac, doleas, peccata Deo fecêre dolores
Et simul hac discas è cruce ferre crucem.

J. B.

In Æde S. Michaëlis Germanica.

Der Dritte FRIDRICH lies mich GOtt zu Ehren bauen,
Der Fünfte CHRISTIAN mich schützte gnädiglich,
Vom Vierten FRIDRICH bin jetzt grösser an zu schauen
Drum blühe stets der Stamm von Grossen FRIDERICH.

Extructa est hac ædes Ao. 1668.
Aucta & ampliata - 1722. H. P.

In frontispicio templi Reformatorum.

Sacrum hoc ædificium immortale Augustissimorum Daniæ & Norvegiæ Principum

CHRISTIANI VI. & SOPHIÆ MAGDALENÆ

beneficium, immortali Deo commendat Populus Ecclesiæ Reformatæ Anno MDCCXXXV.



VELLEJÆ.

In templo Nicolaitano.
Inscriptio testudinis in Sacello australi.

M. D. sub uno & simul octo sociato
Professto Viti completur opusq; Modesti,
Expensis providi Proconsulis ast NICOLAI
Ast JONSEN bella fuit hæc extructa capella
Nomine sic gratis Christi Matris, Trinitatis.

Aar efter GUDs Byrd MDXVIII. tha er denne Capell fuldkommen then Hellig Treforldighed til Loff og Ære, af Hæderlig Mand NIS JONSEN for sig, sin Hustru, Born, Forældre og efterkommende Slegt.

NB. Nicolaus *iste* Jonæ *filius Consul Urbis Anno, ut ferunt,* 1528 *hocce in sacello tumulatus est.*

Confine huic sacello ab australi Ædis parte visitur monumentum, quod Parenti suo Consuli Wellejano *posuit B. Mag.* Andreas Severini Vellejus *Celeberrimus Daniæ Historiographus.*

SEVERINO SEVERINI F.

Patri Amantissimo.

Non materia neq; opere parentatur Virtuti
Utrumq; in proclivi habet infernum.
Consecratur hæc immortalitati, digno apud
Posteros præconio & exemplo æmulo.
Satis itaq; tibi, Pater mellitissime, si qvi hoc
Ceu speculum prævium intueantur, discant
Te vitam bene actam, compari clausisse exitu.
Fama enim tibi illibata superstes mercaturam domi ac
Foris ita te exercuisse, neqvis unqvam iniqvitatis
te arguerit.
Et Magistratum urbis qvum gereres, bonos præmiis,
Pravos pœnis, magnanimo pectore continuisti in officio.
Deum & proximum purè veneratus es, semen eleemosynarium sparsisti non deficiens in veritate & opere.
In his constanter perseverans studiis, sacræ Synaxis munitus viatico, animam JEsu Christo reddidisti die XVIII Julii Ann. Dni. MDLXXI.
Tibi adjungi fida Conjux CECILIA Mater nostra Dilecta totis votis properat, decurso jam pii ævi Anno LXX.

ANDREAS SEVERINI VELLEJUS.

In Choro.

Viellæ expiravit

VINCENTIUS CASPARI F.

die 29 Julii Anno 1584. qvo ipso æstivo tempore lue pestilentiali extincti sunt hic Viellæ homines plus minus 500, cum toto civitatis flore nobiliore.

Ad est tabula inscriptionis vernaculæ, rhythmos qvosdam sola futilitate sua memorabiles complexa:

Clemind Söfrensen Borgemæster fød udi Ribe paa thenne
Tafle monne staae
Met begge hans Hostruer og try Børn Kirstin, Severin og
Mads ligesaa:
Hans første Hostru Lene Christens Datter fød i Waræ
med Ære
Hun døde i Waræ Anno 1556, og er begraven i Kirchen hære,
Then anden Hostru, Maren Hans Datter fød i Ribe lefver
endnu,
Gud give dennem alle thenn æwige Glæde og Roe.
1577.

M. NICOLAUS FRANCISCI Roschildensis

Illustrissimi Principis HULDARICI, Ducis Slesvici & Holsatiæ &c. CHRISTIANI IVti Regis Daniæ &c. Filii Institutor
olim

olim per decennium, postea Ecclesiarum Roschildensis Canonicus & hujus Pastor, mortuus & sepultus hic est Anno 1622. æt. 56.

In monumento b. m. Mag. HENRICI PONTOPPIDANI *Past. Prim. Welleja & Nomarchia Norvang. Præpositi Anno 1659 erecto inter alia:*

Cœlo animas cineresq; solo, sex pignora mundo
Linqvimus, hisce tribus Fama Deusq; fave.

In templo Jellingensi.

Conflagravit Anno 1679 antiqvissimum Jellingensium templum, à SVEN-OTTHONE, *ut putatur, extructum omniumq; Daniæ Regum imaginibus ornatum, deleta simul, qvæ aurata in Choro fulgebat, inscriptione,* Tabula Marckdanneriana *à Wormio Monumentor. Danic. libr. 5. una cum decantatissimis istis, qvæ concernebat, monumentis hujus loci* Runicis *pag. 829 inserta. Elapso autem biennio, renascitur è cineribus suis Phœnix & qvidem beneficio inprimis Gl. mem. Regis* CHRIST. Vti, *qvi inter pernoctandum Jellingii, tristi nuperæ devastationis spectaculo motus, restauranda qvantocyus ædi trecentos impendit imperiales, exemplum Regiæ munificentiæ illico secutis, qvotqvot Regem seqvebantur, Proceribus, id qvod* carminibus Latinis supra januam novi templi exaratis posteritati propinavit Pastor olim loci Mag. LAUR. GRöNSAGER, *teste Successore ejus* MAURITIO HOYERO *in Encom. Jellingens. MSS.*

Sic reparatæ ædes eleemosynâ CHRISTIANI
QVINTI, Danorum, Norrigiorumq; Monarchæ
Atq; Ministrorum, qvod GYLDENLEWIUS agmen
Duxit & excivit, cum LUXDORPH, SCHöLER & auxit
Cimbrorum gens tota stipem largita viritim.

Occurrit præterea in pavimento cippus longiusculus, qvo tegitur primus Ecclesiæ hujus Pastor Evangelicus, Dnus NICOLAUS SMED f. FABRICIUS, *duodecim, inaudito ferè exemplo, Sacerdotum parens, expresso familiari ipsius signo (*Boemærcke *vocabant veteres) sc. calceamento eqvino, natales viri respiciente.*

Visitur & alius heic cippus Sacerdotalis Dni SEVERINI STEPHANII, *qvi infusis circa ann. 1627 Cimbriæ Cæsareanis, ob fidem Regi suo Divo* CHRIST. IVto *religiosa calliditate præstitam, intercepto, qvi literas baculo inclusas ferebat, nuncio, ab exacerbato hoste in vincula conjicitur, haud erubescenda, ubi cum exspirâsset, in exuvias defuncti sævitum, ab editiori mox colle suspensas, uxoris verò pietate ostentui subductas humoq; mandatas.*

WARDÆ *nonnullis* WARINIÆ.

In Baptisterio Templi Jacobæi *hæc legas:*

Anno Domini MCCCCXXXXIV, in die Beati Georgii, erat completus fons aqvæ in honorem beati Jacobi Apostoli, in Ecclesia Ward, per manus Nicolai Klokstoper.

Ædes Nicolaitana.

Monumentum exhibet Marqvardi, *qvem cognomento* Divitem *adhuc appellant, hac inscriptione ornatum:*

Anno Domini MDXXV obiit
MARQVARDUS NICOLAI
atq; GUNDERA, qvorum animæ reqviescant in pace.

NB. *Marqvardus ille tempore* IVARI MUNCH *Episcopi Ripens. in hoc templo cultum Missarum instituit, qvæ septies qvovis die haberentur pro anima sua, Amicorum & Christianorum omnium. In Fundatione, qvæ adhuc* Vardæ *servatur, easdem nominat:* Historiam, Stellam, Mariam Matrem, S. Annam.

Juxta aram in muro capsa includitur, vestibus sacris custodiendis adhibita, cujus janua, præter figuras supra seculi istius genium Dædaleas seqventi decoratur inscriptione:

Ave verum corpus Christi datum Mariæ Dei Genitrici.

Inferius subjiciuntur ea:

Hic colliguntur convenientes Deo preces effundentis Magistri JOHANNIS MARQVARDI Canonici parentúmq; ejus MARQVARDI GUNDERÆq; intimæ.

Templum Urbis Holstepontanæ *animatur campana perantiqva, inscriptionis Germanicæ, sed monstrosæ adeo, ut totam nemo facile legerit:*

Anno Domini M.CCCC.LX.IIII. help Got. un. Maria. ALANA. hete. ik. - - - - - bin. ik. eter. Klouek. he. maket. mich. Pawel Jul.

Id est qvantum capimus:

Juvante Deo & Maria. Nomen mihi est Alana.
Sum campana vestra. Me fecit Paulus Julius.

Lapis sepulchralis in cæmeterio parœciæ Bröns *ita inscribitur:*

NIELS WILLADSEN
udi Brons en ærlig og velagt Sandeman, levede 67 Aar og salig hensofvede i HErren den 29 Jan. Aar MDIIIIC. i. e. 1596.

Vir simplex, verax, pius hoc bene ab orbe migravit,
Astra animam, corpus busta Paterna tenent.
Uxor, tres nati, natæ totidem hocce locârunt
Saxum: horum carmen, qvi dedit, unus erat.
Rustice, disce, Pater, rectè sic tollere Natos,
Sic colere, ô Fili rustice, disce Patrem.

Mag. WILHALDUS NICOLAI F.
Rector Scholæ Viburgensis.

Ostio Monasterii Divini Guddom Closter *hæc inscripta:*

Post conflagratas ædes BELOVIUS omen
Exstruxit tandem, Rege jubente, domum.
Ann. M.DCXXX. Ann. M.DCLVI.

Orientali ejusdem Cœnobii lateri inseritur lapis sepulchralis PALÆMONIS JULII, *ut ex literis eidem incisis constat, qvi unum & triginta annos Prior Monasterii olim fuerat.*

In

In templo Törringensi *Nomarchiæ* Skodborgherred *patriæ Archiep. Lundens.* GEORGII *à* SCOTHBORG *humili ibi genere orti*:

Inscriptio campanæ.

Anno Domini MDXII in honorem Ste Trinitatis, Sanāte Marie Virginis & S. Johannis Baptiste Patroni Ecclesie Thüring.

In pariete ejusdem templi.

O vita invita, o læti bona clausula lethi!
Hora venit vitæ, cum necis hora venit.

Resen. in Atl. Dan. Mss. In boreali regione parœciæ Törringensis *portio terræ, in Lymicum se inserens sinum insulam efficit* Hellerøe *dictam, in qva Amlethus Rex munimentum qvondam extruxisse fertur. In medio hujus* collis surgit sepulchralis, *qvem annis abhinc 80 cum perfodisset* Andreas *qvidam* Lundius, *magnam vim nummorum invenit, partim ex corio clavulis argenteis confixo, partim ex auro cum imagine Viri & inscriptione:* Amleth Rex Angliæ.

Supra australe templi Gieldrupensis *ostium in Nomarchia Hammerumensi.*

Anno M.C.XL Incarnationis Domini
Est hic fundata sub honore Dei domus ista.

Supra septentrionale:

Ingrediens aulam culpas abjicit reus istam
Et qvod justè petit donando Deus pius audit.

In templo parœciæ Olbye *in pavimento Chori*:

Dnus CHRISTIANUS CHRISTIANI
CHRIST. IIdi Regis regno extorris Cantor, qvem Episcopus IVARUS MUNCHIUS ad sacrum ordinavit munus. Mortuus anno 1592. annos natus 102.

In templo Eisingensi *structuræ rarissimæ obvius est lapis, cui literis antiqvis inscriptum:*

Abbas ATERUS Filius TUGONIS
ELIANUS (hic hæreo, an rectè legerim)
Et Dn. EGHIDEUS (vel CANUTUS EGHIDEUS)
nam abbreviata figura talis est QN:

In templo parœciæ Tim *territorii* Hindherred.

Hic jacet
Dominus NICOLAUS ERICI
Miles de Tim, qvondam Regni Daniæ - - - - qvi obiit Anno Domini MCDLXXXIV. Uxor sua Domina METTE de Longtynd (Landting) qvæ obiit Anno Domini MCDLXXXIV. orate pro eis.

Hic jacet Nobilis Domina
JUTILLE
qvondam uxor PETRI NICOLAI. Soror sua
JUTIE Domina,
qvarum animæ in pace qviescant.


Campanæ Templi Föulingensis *hæc insunt:*

+ am + aurd + Zacrar + Melchior + Hazzazar + heu + Mara.

Innuere videntur sacratam esse Jesu, Mariæ *&* *tribus Regibus, ut vulgò vocant, vel Magis orientalibus* Caspari, Melchiori *&* Balthasari. *De monumento Runico in cœmeterio Föulingensi vide Worm. Mon. Dan. lib. 5. p. 442.*

Murus septentrionalis templi Saddingensis

Provinciæ Bollingherred *in celebri illa Cimbriæ regione, unde Rex Daniæ & Angliæ* Harde-Knud CANUTUS DURUS *appellationem sortitus creditur, vulgò* Haarsfyssel, *Antiqvariis Herulia ab Herulis populo Gothico dicta, exhibet lapidem, Wormio ignotum, ulnam longum, latitudine trium qvartarum, cui facies humana rudi linea insculpta est, adjectis qvatuor literis Runicis, hunc in modum:*



ↄ: MHAR

Traditio accolarum est, translatum esse hunc lapidem è vicino monte Anno Domini 1210. cum templum Saddingense extrueretur faciemq; istam dimidiæ ulnæ altitudine antiqvi gigantis esse, qvem nonnulli Mahor, *alii* Mehar *nominant.*

Juxta templum Borbergense

In provincia Hierumherred *aliqvot collium occurrunt centuriæ, in qveis sepulti feruntur, qvi in factione* Clementis Piratæ *occisi.*

Ostentat Ædes Sacra Saëlensis, *Scheviam inter & Holstepontum in Diœces. Ripensi, eminentiori turris pyramide supra rurestrem sortem assurgens, visendum antiqvitatis Monumentum, Tabulam putà cupream, historiis variis nec non Angelorum, Evangelistarum Apostolorumq; iconibus aliisq; figuris bullatis, inprimis verò pervetustis Longobardici characteris versibus ornatissimam.*

I. *Circa limbum majusculis literis.*

Rector cœlorum dispensans jus meritorum,
Factor terrarum, sanctarum laus animarum.
Cœtus Apostolicus per mortem à morte redemptus,
Mortem condemnans, residet cum judice regnans.

II. *Circa effigiem Dei in meditullio totius Monumenti.*

Omnipotens unus, non tres sunt omnipotentes,
Non Di, non Domini, Dominus, tres, & Deus unus
Singula discernens, Deus unus cuncta gubernans.

III. Cir-

III. *Circa aliam Dei effigiem.*

Majeſtas digna, dulcis, veneranda.

Circa Agni vexilliferi effigiem.

Myſterio magno concluditur agnus in agno.

Circa Columbæ effigiem.

Spiritus hac ſpecie nos innocuos docet eſſe.

IV. *Circa effigiem hominis Matthæi Evangeliſtæ.*

Hoc Matthæus agens hominem generaliter implet.

Circa effigiem leonis alati Marci Evangeliſtæ.

Marcus ut alta premit vox per deſerta Leonis.

Circa effigiem bovis alati Lucæ Evangeliſtæ.

Jura Sacerdotum Lucas tenet ore juvenci.

Circa effigiem aqvilæ Johannis Evangeliſtæ.

More volans aqvilæ verbo petit aſtra Johannes.

V. *Circa effigiem Angeli alati Sti Michaëlis.*

Mundum percurro, Domini conſpectibus aſto.

Circa aliam effigiem Angeli alati.

Qvid mirum? præſens cum ſit ubiq; Deus.

Circa effigiem Angeli alati Raphaël.

Terrigenis, qvos pugna juvat, ego fratribus adſum.

Circa effigiem Angeli alati Huriel.

Protego pugnantem, vincentem jure corono.

Circa effigiem alterius Angeli.

Defero vota Deo, gemini commercia mundi.

Circa effigiem ultimi Angeli.

Thura precum cœlis fero, cœlica munera terris.

Ita legit in nuperis ad nos literis Vir Doctiſſimus Mag. Chriſtianus Tychonius *Præpoſitus Diœceſanus Wiburgenſis, qvi egregium hocce patrii templi monumentum coloribus domi ſervat adumbratum. Seculo XIII vel circa Ann. Chriſti 1200 elaboratum colligit, deſideratâ licet ævi nota. Limborum qvadraturas cbryſtallinis ubiq; globulis ſplendidiſſime radiare teſtatur.*

In templo Stadelenſi *vario ornatu conſpicuo.*

Petra Petrum tegit hic animámq; fovet Petra Chriſtus,
Sic ſalvum reddens utraq; Petra Petrum.

Scriptum putatur in memoriam Petri Schomanni, *primi, poſt mutata ſacra, hujus Eccleſiæ Parochi, viri eruditionis fama clariſſimi, utpote cui hujus provinciæ nobiles qvamplures, filios ſuos inſtituendos tradiderunt, teſtibus Sermon. funebr. non paucis, qvi honorificam hujus doctoris injiciunt mentionem.*

Andreas Vellejus in Not. ad Cantil. Heroicam, qva ita incipit: Kongens Søn af Engelland etc. Men Boren blæſer dennem Veſten ind for Danmark. & vers 36. Den Kongens Søn rand Taare paa Kind, Chriſt bedre det jeg kom for Boubierg ind. *hæc obſervat:* Det er endnu udi Mande-minde hos meenige Mand, ſom boer hos Bovebierg, at der ſkulde i gl. Dage ſaadan en Førſtelig Perſon af Engelland lid Skibbrud og til en Amindelſe prydet Stadye Kirke med en forgyldt Taſle *(cui fortè aliqvid de naufragio inſcriptum)* og et nyt Taarn.

Sed juxta promontorium Boubierg nullum datur templum Stabyense, proximum verò est Ferringense, qvod neq; tabulam ullam nec conspicuam turrim ostentat. Distat milliaris spatio templum Hygomense altiore qvidem turris πύργῳ, raro ruri exemplo, sed nulla tabulà ornatum. Verùm aliqvid huic relationi fortè affundant lucis, qvæ de Templo Holstepontano milliaribus qvatuor disjuncto habet Resenius in Atlante Dan. MSS.

Templum, inqvit, *urbis tabulam ex postico aræ erectam rari & pretiosi ostendit operis. Seniores loci incolæ fabulantur, à majoribus traditum, eam olim fuisse partem lecti Regii, qvi de Anglia navi transportabatur, eaq; juxta promontorium Boubergense fracta, inter reliqvias hanc ipsam primò ad urbem delatam, inde Sacris in templo destinatam usibus.*

De sepulchro Regis cujusdam ANGELI.

Resen. l. cit. Media inter pagum Dybe & urbem Holstebroam viâ, prælium Regis cujusdam Valdemari *gestum memorant cum Rege extero* ANGEL, *in qvo hic eum suis cæsus sepulchrum in colle invenit* Angelands Høy *inde nominato. Est etiam ibi locorum locus dictus* Angelands Mose.

Saxo Gr. l. I. Dan & Angul, *à qvibus Danorum cœpit origo &c. Ex qvibus* Angul, *à qvo gentis Anglicæ principia manâsse memoriæ proditum &c. &c.*

In templo Lundensi *prope* Wardam.

Ante altare S. Stephani in Choro sepulti sunt famosi Eqvites SVENO GRAA & THULE VOGNSÖN *sive* Tullius Vagnonis *filius, qvorum posterior cæde ac sangvine prioris hanc Ædem polluerat, teste cantilena Heroica, qvæ ita incipit:* J Lunde Kirke der ypper en Stefn etc. vers. 32. Her Thule hand sit Sverd uddrog, Her Graa Svend hand i Stykker hug: For Mariæ Alter der stilles det Blod, for St. Staffens Alter ligge de baade. Lefver hand Thule Vognsen og det skal hefnes.

Petr. Septimius in Not. ad hanc Cant. Disse tvende Adels Herrer haver begge boet og bygt udi Lunde Sogn i Vester-Herred paa hin Side Warde. Og er Svend Graa hans Nafn funden optegnet udi de gamle Kirke-Bøgger i vor Tid for et halfhundret Aar. Udi Visen kalde de ham med bagvend Nafn Graa Svend. Visen melder, at de begge skulde ligge for St. Stafens Altere i Choret, hvilket vel mueligt er. Thi der mand haver muret Erlig og Velb. Mand Thomas Stygge sin Graf Anno Domini 1577, da haver mand opgravet der nogle store Skinnebeen, vel halfanden gang saa lange, som nu kand være en voxen Mands Persons største og længste Skinbeen, og derhos funden en Egefiel af en Lig-Kiste meere end fire Alne lang. Nogle meene, at de begge skulle blevet paa Steden, men det er troligere, at Her Thule som forraskede hannem og var ham alt for stærk, haver taget hannem med Fordeel. Aarsagen til dette Drab synes at være kommen af Trætte for Stoelstand, saa den eene vilde være over den anden etc.



Mar-



Marmor. Danic. Lib. V.
continens Inscript. Cimbriæ Septentr.

DIOECESIS AARHUSIENSIS.
AARHUSII.
In Æde Cathedrali Clementina.

Monumenta Episcopalia.

Inscriptio cippi, qvo tegitur BOETHIUS *Episcopus Arusiensis Anno* 1423 *decimo Kalend. Januarii defunctus:*

Anno milleno C. D. viginti ter monas addas
M. Jani deno cessit moriendo Kalendas.

MSStum nobis è Cimbria transmissum sub titulo: Ecclesia Cathedralis Arhusina Divi Clementis in suis Monumentis, Antiqvitatibus, Inscriptionibus & aliis delineata pagg. 174 *ita habet:* Tvert over for dette Capell (sc. Sacell. Div. Virg.) er et andet Capell, derudi ere 2 Bisper begravne, hvorom man af et gammelt Document har denne Underretning: Vi Lector Hans Thygesön, Prior Broder Oluf Andersön af St. Nicolai Closter udi Aarhuus, Lector Peder Henningsön og Broder Christen af vor Frue Closter i samme Sted, Hr. Anders Duus af Melle-Kier kundgiør for alle med dette vort aabne Brev, at Aar efter Guds Byrd 1517 paa Ste Gregorii Dag vare vi forsamlede i Aars-Dom-Kirke, saae og grandskede den Datum, som findes paa Bisp Boëtii Steen og Bisp Ulrici (NB. Uldarici putà cognomento Stygge, qvi Boëthio successerat, defuncti Dom. Trin. 1449) da funde vi først paa Bisp Boëtii Steen disse efterfølgende Latinske Vers:

Anno milleno C D Vigin ter monas addas
(*&c. ut supra*)

Det er: Aar efter Guds Byrd 1423 da døde Bisp Boe. Saa ginge vi fremdeles til Bisp Ulrici Grav og vi funde der, at hand døde 1449 Dominica Trinitatis. Siden lod værdige Fader med Gud Bisp Niels Clausön i samme Sted os see det Skiøde-Brev, som hand hafde paa Hornum Kierkegaard, hvilken Hr. Trogels gav til samme Kirke for vor Frue Messes Opstandelse. Og var det givet Anno Dni 1348, da naar det reignes, var det 101 Aar fra den Tid samme Gaard blev given til Hornum Kierke og til Bisp Ulrici Død. In qvorum evidens Testimonium signa nostra præsentibus sunt inferius impressa. Datum Anno, Loco & die ut supra. Forbemeldte Capell er Ao. 1702

 soldt

soldt til Høyædle og Velb. Soph. Elisab. Charisius, Sl. Baron Constantin von Marselis Friherinde af Marselisborg &c. til et Begravelse for sig, sin Sl. Hosbonde og Arvinger og lod strax optage de 2de Biskoppers Steene (af hvilke Biskop Ulrici Steen var i Stykker) og udføre Jorden, hvor da fandtes ligesom en muret Kiste med nogle døde Been udi og fandtes først ellers døde Been tilsammen af 5 Mennisker og siden heel dybt neder af 2, som hun lod giøre Kister til og i Jorden igien nedsætte etc. Biskop Boëtii Steen var ved Magt, men Skriften derpaa meget u-kiendelig og blev nedlagt igien midt i Begravelset.

In Sacello Div. Virg. ab Episcop. JOANNE IVARI, *ut putatur, extructo, utpote cujus insignia 3bus rosis conspicua murum sacelli hujus exornant, superest lapis hujus inscript:*

Hic jacet
JOHANNES (ↄ: Jens Iversøn)
qvondam Episcopus Arhusiensis, qvi obiit Anno Domini MCDLXXXII. die 9 Maji.

Pone altare septentrionem versus:

Occurrit heic famosus ille lapis sepulchralis, qvi tritissimæ de dracone Arusiensi (Lindorm *vulgò audit) fabellæ locum fecit, in qvo primùm hæc leguntur.*

Anno Domini, MD primo, feria sexta Pasche

Interrupta deinde verborum serie, figura interseritur Draconis: *infra subjiciuntur:*

OR in Christo Pater & Dominus
Dominus EILERUS
(*Resenius in Atl. Dan. MSS. perperam legit* Tyserus)
Dei gratia Episcopus hujus Ecclesie Arusiensis

Ubi literæ initiales OR *sunt verborum*: Obiit Reverendus, *ut ut alii ex veterum, nescio qva relatione, sic legant hieroglyphicè:*

Anno Domini MDI feria sexta Pasche Draconem occidit Reverendus in Christo Pater &c.

Plausibilis est B. M. Pauli Paulsonii *conjectura in Bibl. Aarhus. Havn. 1725. p. 37. lapidarium figura illa draconis indigitatum voluisse, qvod Episcopus* Eilerus *s.* Hilarius Stygge *piè mortuus infernalem superâsset draconem.*

MSS. cit. de Templ. Clement. Arhus. De Stigmata udi hans Hænder vil Folk sige, skulde være de Saar, Dragen skulde have givet ham, men mueligt det skal referere Stigmata Jesu Christi in manibus, thi de andre Bisper ligger med lige Tean paa deres Hænder.

Pone altare orientem versus:

Hic jacet Reverendus in Christo Pater & Dominus
Dnus NICOLAUS CLAUSöN
Episcopus hujus Ecclesie Arusiensis, qvi obiit anno Domini MDXXXI. XV Dec.

Epi-

Epitaph. CANUTI de STELLA AUREA *inter Pontificios Fioniæ Præſules poſtremi, lapidi in Choro ſepulchrali inſcriptum:*

Her under hviler ærlig og Velbiurdig Mand
KNUD GYLDENSTIERN til Aagaard hede hand,
En Hoffvetsmand over Forleeninger tvenne
Ørelund og Vestervig-Closter vare de.
Der mand ſkrev Femten hunder tresindstive og otte
Sof hand hen i HErren af Helſotte,
Paa Vestervig-Cloſter den Hoylærde Mand
Den 8 Dag Decembris udgaf hand ſin Aand.
Her hos hviler og hans Huusfrue kiære
Erlig og Velbiurdig JUDITH PODEBUSCH med Ære
Til Vosborg hendes Sædegaard waar
Der mand ſkrev 1573 Aar.
Her hos hviler og hendes kiære Fader
BIÖRN PODEBUSCH til Biſtrup Ridder
Og Hoffvetsmand til Tranekiær
Der mand ſkrev 1541 Aar.
Paa Eſtrup opgaf hand ſin Aand
Den XI Decembris udi GUds Haand.

Ab hoc Apographo multum recedit MSStum ſupra citatum v. gr.

En Hovedsmand over Forleeninger tre
Orcheland og Weſtervig-Cloſter ere de
Der mand ſkrev Sexten hundred og ſex og tredive Aar
Sov han i HErren bort af Helſoet og ikke af Saar.
I Weſterwig Kloſter den Hoyædle Mand
etc.
Aerlig og Velbyrdig Judith Podebuſk med Ære
Til Visborg hendes Sædegaard
Der man ſkrev Femten hundred og ſyv og tredive Aar
Her hos hviler og hendes Fader Predbiörn
Podebuſk til Biſtrup Ridder. *Reliqua deſiderantur.*

Sed præſtat lectio prior, poſteriore hacce multò caſtigatior. Hic enim variæ eademq; graviſſimæ occurrunt hallucinationes. Primò qvoad ternum illum numerum Præfecturarum, cum tamen binæ tantum memorentur. 2dò qvoad nomina locorum Orcheland *&* Visborg *pro* Ørelund *&* Vosborg *not. in Cimbria præd. Hvitfeldius prædium* Borgaard *ipſi ceſſiſſe ſcribit in Hiſt. Chr. III. p. 1495 in fol. 3tiò qvoad utriusq; horum Conjugum annum fatalem, nam Epiſcopus noſter, cum cæteris Pontificibus Papiſticis anno 1536 ſede dejectus, hic ſacrorum illam Reformationem integro ſeculo ſupervixiſſe dicitur, ad ſesqvi-ſecularem (ſi Diis placet) ætatem provectus. Qvemadmodum poſtea pro 1573, perperam, ut apparet, legitur 1537, qvo modo breve admodum fuiſſet conjugium nuper contractum.*

Circa hæc monendum primò, falli Reſenium, qvando in Indice Bibliothecæ refert obiiſſe Canutum Gyldenſtierne *in prædio Iversnes, cum heic dicatur*

mortuus in Monasterio Westerwig. Secundò absonam esse opinionem Bircherodii in Collectaneis ad histor. Episcop. Fionens. MSS. Biornonem Podebusch, *qui hic dicitur sepultus Arhusii &* Predbiornum Podebusch, *cujus epitaphium vide supra in templo S. Johannis Othiniæ, unum fuisse eundemq;, ubi differentia locorum ex duobus unum conflatum arguit.*

In lapide sepulchrali MATTHIÆ LANGII, *Imi Episcopi Evangelici, olim ante chorum sito, sed postea Ao.* 1710 *d.* 24 *Jul. ab Episcopo Doct. Braëm, ne temporis injuriâ evanesceret, in Capitulum translato.*

En tumulo tegitur MATTHIAS LANGIUS isto,
Qvi populum ut pastor rexit & ante scholas,
Doctrinâ instructus sana verboq; vocatus,
Hac SUPERINTENDENS PRIMUS in Urbe fuit.

Epitaph. Conjugis ejus in alio ibid. lapide:

Ecce sub hoc dormit saxo CATHARINA sepulta,
MATTHIÆ LANGI qvæ pia nupta fuit,
Et velut in vita, sic nunc qvoq; servat amorem,
Ac prope dilecti Conjugis ossa jacet.

Reverendus in Christo Vir

Mag. LAURENTIUS BARTHOLOMÆI.

Secundus Arhusiensis Superintendens, postqvam scholis & Ecclesiis annos 44 inserviisset fideliter, anno 1580. d. 19 Januarii expiravit.

Epitaph. Uxoris ejus ita habet:

Præstans præ reliqvis Superintendentis & Uxor
Non procul à Tumulo, marmore tecta, Patris;
Ingenui Matris mores te, casta MARINA,
Ornabant, roseas forma pudica genas.
Obiit die 10 Apr. 1574.

JOHANNES ÆGIDIUS

Civis Ripensis Filius, juventuti in Scholis præfuit annos 5. Pastor fuit Ecclesiæ Christi, qvæ est Havniæ in Arce & ad D. Nicolai annis 12. Superintendens Arhusiensis annis 31. Tandem vitæ hujus miseriæ satur ac beatæ illius in cœlis percupidus, placidè migravit d. 11 Dec. Ann. Chr. MDCXXVI. ætat. suæ 76. MAGDALENA VALENTINI Civis & Notarii Arcis Wittembergensis posthuma Filia, nata annos 18 nupsit Mag. JOHANNI ÆGIDIO, cui postqvam peperit in honesto conjugio liberos VII & cum qvo vixit piè annos 45. animam Deo, unde profecta erat, ubi unum erit in cunctis lumen & unus amor, placidè remisit die 11 Julii Anno Christi MDCXXX. æt. 63.

Inscriptio Sarcophagi, qvo conduntur ossa Beati Doct. MARTINI MATTHIÆ, *Sexti Arhusiensium à Sacrorum Reformatione Episcopi, in peculiari eodémq; patulo heic sepulchreto:*

Her

Her under hviler Ærværdig, Hæderlig og Høylærde Mand

Doct. MORTEN MADSÖN,

som var Barnfød i Kiøbenhavn og har været Skolemester paa Soröe, Slots-Prædikant paa Friderichsborg, Kong CHRISTIAN den 4des Hof-Prædikant i nogle Aar. For sin høye Lærdom og Gaver er meget berømt baade i Dannemark og mange fremmede Lande. Hvis Siæl GUD kaldede til sig fra dette Elende til ævig Glæde den 17 Octobris 1643. der hand Gudeligen her i Verden hafde levet 47 Aar.

In columna australi Choro proxima.

D. S.

Memoriæ

JACOBI MATTHIÆ Arhusiensis,

Theol. Doct, olim Eloqv. in Acad. Hafn. Professoris, inde Regis CHRISTIANI IV. Concionatoris Aulici, demum Episcopi Arhusiensis & Canonici, Viri Pietate, Doctrina, Fide, Prudentia & Gravitate insignis, Theologi, Oratoris & Philologi Excellentissimi, ANNA BARTHOLINA Casp. Filia Uxor cum superstitibus V liberis & II Generis mœsta, sed meritò F. C. Natus fuit Anno J. Chr. CIↃIↃCII. die XVII Octobr. Obiit Ann. J. Chr. CIↃIↃCLX. die 3 Junii.

Epitaph. M. JOH. ENVALDI BROCHMANNI

Episcopi Arhus. longè elegantissimum.

Expecta, Viator, hæc rumina: Hunc o dolor! Divinum speraveramus, optaveramus æternum, Sacrum Uraniæ Mystam, individuum Veritatis Asseclam, perpetuam sui ordinis Gloriam, Virum incomparabilem, etiamsi comparetur cum maximis,

Dnum Mag. JOHANNEM ENVALDI BROCHMANNUM

Sed eheu! mortalem sensimus. Ejus si vitæ disciplinam & mores qværis, sensit tam religiose, qvàm Religionis Antistes, vixit tam sanctè, qvàm sanctimoniæ Sacerdotes, docuit tam svaviter, qvàm nemo ante illum. Si ingenium? magnæ eruditionis habuit qvantæcunq; Fortunæ capax. Si honores? majores qvàm cupit. Si titulos? pauciores, qvàm meruit. Plura si curiose velis, pluribus te non morabor: Sapientia, Gravitate, Constantia in recto, Abstinentia ab alieno, Pietate in patriam, Fide erga Regem non admirandus, Divinus fuit. Abi ad tuam rem Via-

Viator, ſi morem & Svadæ & Sophiæ vetuſtæ decora miraris, hic ſtupe.

D. O. M. ſacrum & M.

JOHANNI BROCHMANNO

Coagii Selandorum nato, olim ad Ædem D. Nicolai, qvæ Hafniæ eſt, Paſtori Primario, inde in Acad. Hafn. Theolog. Profeſſori, demum Diſtrictûs Arhuſienſis Epiſcopo & Canonico, qvi apud Britannos duxit Nobiliſſimam Virginem ANNAM LAURENCE de la FORD, filiam Generoſi Johannis Laurentii Eqvitis & Baroneti. Obiit ætat. 44. Dni MDCLXIV. die 4to Martii. Poſteros omnes hortatur, ne qvisqvam hoc ſuum cubile inqvietet, & qvi ſecus faxit, damnatus erit, idémq; expectabit à poſteris, qvod majoribus fecerit. Incomparabili Marito, Deſideratiſſimo Parenti Uxor & liberi IV in acerbo officio diligenter unanimes poſuerunt Ann. 1665.

In Choro meridiem verſus.

H. M. P. C.

Deo & hominibus dilectiſſimi Conjuges. Eminentiſſimus & Reverendiſſimus in Chriſto Pater

Doct. ERICUS GRAVIUS *Magni* F.

Antehac Epiſcopus Arhuſienſis meritiſſimus & ANNA ZANDERS Henrici F. Matrona itidem Nobiliſſima juxta & Honoratiſſima. Ille ſine controverſia dignus omnium bonorum admiratione, qvippe omnium ſcientiarum ac bonarum literarum peritiſſimus, aſpectu ita jucundus, ut ſuæ nobilitatis decorem & ingenii acumen etiam facie præ ſe ferret, pietate, probitate & morum integritate commendatiſſimus, proſapia magnus, infulâ major, propria meritorum corona maximus. Anno ætatis LXVII Epiſcopatûs XXII. Æræ Chriſtianæ MDCXCI. die XXII menſis Febr. piè placidéq; in Domino obdormivit.

In Sacello D. Virg. Monument. marmoreum.

Qvos amor junxit vivos, mortui hic ob amorem jungi voluerunt Conjuges conjunctiſſimi

Doct. JOHANNES BRAEM

poſt ſeptennem Rectoratum Scholæ Helſingorenſis, annuum Paſtoratum Neſtvedienſem ad Templ. D. Petri. Novennem Paſtoratum Roſchildenſem una cum Præpoſitura Semenſi, Superintendens Arhuſienſis Annorum XXII. Natus Hafniæ MDCXLVIII. die XII April. denatus MDCCXIII. die

die XXI Maji & Medea Harboe nata Friderichshaldiæ Anno MDCLII die XIX Februar. denata Arhusii Anno M. DCCIX die XVIII Januar. Aucti Filio Gothardo Braem Nato Roschild. MDCLXXXVIII die I Aug. Qvi hoc te B.L. nescire noluerunt, ne tu nescius disjungeres, qvos in vita & morte conjunxit Deus, cui Soli Gloria.

In Spem Recuperandæ
Propter Jesum Christum redivivum
Vitæ gloriosæ
Molliter heic qviescunt
Exuviæ Mortalitatis,
Qvas circumgestare desiit
Immortalis Memoriæ Nobilissimus ac Summe Venerabilis
JOHANNES OCKSEN,
SStæ Theol. Doctor Celeberrimus & Diœceseos Arhusiensis
Episcopus Vigilantissimus,
Natus Havniæ Ao. M.D.C.L.XVII Die V Decembr.
Prius Domi utroq; studio Theologiæ & Medicinæ sensim inclaruit.
Deinde apud Exteros
Per Integrum Triennium Germaniam, Belgium, Angliam,
Galliam, Helvetiam, Austriam & Bohemiam studiose perlustravit.
Patriæ tandem restitutus,
Duabus Ecclesiis Pastor,
Primò Flensburgensi, qvæ divæ Mariæ vocatur, per XIII Annos,
Dehinc Havniensi, qvæ aulica est, per V Annos.
Duabus Diœcesibus Episcopus,
Ripensi per XX Menses,
Deniqve Aarhusiensi per XXIV Annos
Et qvod excurrit.
Intemerabili ubiq; Fide, Infatigabili Sedulitate, Incomparabili Prudentia,
Præfuit.
Pari, id est, summa dexteritate Propriam gubernavit Familiam,
Uxorem nactus tali Marito dignam Ao. M.D.C.XCVI
Raro Virtutum omnium ornamento Conspicuam
ANNAM PETERSEN,
Fœcundam IX Liberorum, IV Natorum, Natarumq; V Genitricem,
Jam verò cum Filiarum Triga Defunct. Superstitumq; Fata acerbe lugentem.
Denatus Arhusii Ao. M.D.C.C.XXXVIII Die XIII Jan.
In Ecclesiæ, Patriæ, Familiæ, Bonorumq; omnium Irreparabile
Detrimentum,
Postqvam Domum Dei Pastor & Præsul XLIII Annos, Mensesq; II.
Propriam verò Maritus & Parens XLI Annos, Menses VII.
Ita rexit, ut Nemo rectius,
Vixitq; LXX Annos, Mensemq;
Ita ut Nemo melius
In Consvetudine humanus sine Levitate, In publicis Negotiis
gravis sine Austeritate,
Anno Domini MDVIII Reverendus in Chriſto Pater & Dominus Dnus NICOLAUS CLAUSÖN iſtas capſas dedit ad laudem Dei & Sti Clementis honorem. Orate Deum pro eo.

Inſcriptio ænei candelabri ſeptem lucernis ornati, ad formam ferè Lychnuchi in Templo Salomoneo.

Hoc candelabrum Reverendus in Chriſto Pater & Dominus, Dnus NICOLAUS CLAUSÖN fecit fieri anno Domini 1515. Orate Deum pro eo. **Dirich Kron hatt diese Leuchter gemacht.**

Conſpiciuntur præterea ejusdem Epiſcopi inſignia in campana principe, quam **Storm-Klocke** *vel tumultuariam vulgò vocant, ab ipſo inſuper ſine dubio donata.*

Inſcriptio campanæ cujusdam.

Sanctum AGNETIS nomen hoc muſicale tenebit.

Supereſt hodiedum in cœmeterio Clementino cippus perantiquus Doct. MARTINI BORUPII. *furcam & ferulam tanquam natalium muneriſq; inſignia decuſſatim exhibens, cura M.* Martini Herlovii *olim Paſtoris Arhuſ. ex terra, cui ſe longa annorum ſerie immerſerat, erutus. Vitam ejus, neſcio quo autore olim conſcriptam, in Collectaneis ſuis, inter reliquias inclytæ Bibliothecæ Roſtgardianæ Kraagerupii adhuc aſſervatis, conſervavit Beat. Petrus Septimius, ubi de ſepulturæ loco ſequentia invenimus:* Cum decrepitam prope ætatem explevisſet, annum plus minus octogeſimum agens moritur, Arhuſiæ ad orientalem ædis Clement. partem ex adverſo ſcholæ in cœmeterio ſepultus, ſcholam inter & templum medius, cum & voto illam & hoc fortunæ & bonitatis Dei indulgentiâ adeptus ſit. Epitaphium (*ſubjungit Septimius*) vide Num. 22. inter Arhuſienſia Monumenta. *Sed dolendum eſt, illud cum adverſariis Monumentorum Septimianis prorſus intercidiſſe. Fœniſecio ad Skanderburgum occupatus Borupius, cum paulo eſſet properando tardior, à præfecto operarum frameâ percutitur, additis minis, graviore, ni maturaret, pœnâ mox caſtigatum iri. Dicto perterritus, falce in pratum abjectâ, Arhuſiam contendit emtoq; libello elementari, ſcholam precibus obtinuit, ubi pone januam inter infimæ claſſis pueros conſedit, homo viginti quatuor annorum barbâq; jam promicante ſpectabilis. Præceptori adamatus ad majora non ſine ominum admiratione paſſim ſubvolitavit; hinc templum Cathedrale ingreſſus, votum Deo vovit, ſi cæptis aſpiraret, perpetuam ſe daturum inſtituendæ juventuti operam. Poſteà in Acad. Hafnienſi recens fundata Magiſter artium & tandem Coloniæ Aggrippinæ S.S. Theol. Doctor renunciatus, Scholæ Arhuſienſi ex proprio voto præficitur circa ann. 1504 annos natus 45. Diſcipulos relinquens praſtantiſſimos* Torchillum Abelgardium & Johannem Friſium *Nobiles:* Nicol. Molſingium, Joh. Synningium, Petrum Paulinum, Simonem Chriſtianum, *ut &* Georgium Sadolinum *Fionenſem*, Joh. Tauſanum *Ripenſem*, Jacob. Schönningium *Viburgenſem Epiſcopos. Senili demum ætate Paſtor Eccleſ.*

Cathedr.

Cathedr. constituitur. Parvæ staturæ fuisse dicitur, sed ingenio & erga egenos liberalitate insigni. Auctor est cantilenæ: Clericali & Regali *&c. vide Septimii Cant. Heroic. pag. 414. item scholasticæ istius næniæ, qva discipuli olim inter ludos suos æstivales utebantur:* In vernalis temporis ortu lætabundo *vid. A. Thur. Id. Hist. lit. Dan. p. 71. & præterea* Choream Stultorum, *ut vocant, excogitâsse fertur, dignum scilicet! Theol. Doctore inventum.*

In Cæmeterio D. Olai.

Supra ferreas crates, qvibus transitus est.

See paa os kun, vi vil dig lære,
Som vi er nu, saa skal du være,
Til os er brugt Skoul og Spade,
Vel at døe er dig stoer Baade.

Supra jannam sacelli ibidem.

Anno 1637 GUD til Ære haver ærlig og Velagte Mand Jens Christensön Raadmand og Anders Lydrichsön Indvaanere i Aarhuus ladet dette Capell opbygge og bekoste, formodendes, at Sogne-Folkene af en Christen Kierlighed, efterat vi og vores er ved den timelig Død henkaldede, vilde lade holde samme Capell ved Magt, betænkende det, som staaer Hagæi 1 Cap. I saae meget og føre lidet ind, I æde og blive dog ikke mætte, I drikke og blive dog ikke drukne, I klæde eder og kunde dog ikke varmes, og hvilken, som fortiener Penge, hand legger dem i en brudden Pung.

NB. *De Cruce hic in cæmeterio erecta, ad qvam olim erat suggestus, vide qvæ infra attulimus, ubi agitur de Monumento Giessingholmensi Sti Nicolai Arhusiensis.*

In Templo Dominicanorum St. Mariæ.

Sepulcrum olim nactus est Vir nobilis Janus Jani (Jens Jensen) *de Clausholm, occisus à* Jano Nicolai *gente Lövenbalchio Domino hereditario in Avensberg, Judice in Cimbria provinciali, de qvo vide infra inter inscriptiones Viburgenses. Ex transactione inter illum & defuncti cognatos Helsingburgi, præsente ipsa Arctoi orbis Semiramide Regina* Margareta, *Ao. 1405 facta, qvam vide apud Illustr. Hvitfeld. in fol. pagg. 627. seqv. seqventia hic adducere non videtur incongruens:*

Jeg Jens Nielsen af Afvendbierg Ridder, bekiender udi denne nærværende Skrift, og udi saa Maade, som her efter stander strevet, at have dagtinget, begrebet og endt en ævig Sone imellem Hr. Jens Andersen af Assendrup Ridder, Anders Jensen og Lauge Jensen og deres Venner og Frender paa den eene Side og mig og mine Venner og Frender paa den anden Side, om Jens Jensens Død af Clausholm, hans Søn og deres Fader (hvis Siæl GUD hafve!) Først skal jeg giøre en ævig Messe for hannem udi St. Clementz Kirke udi Aarhuus med 3 Lester Korn i Obsyssel-Maal og Løfvesyssel-Maal og det Altar, som Messen for holdes, skal fornæfnte Jens Andersens Børn og deres Arvinger have Jus Patronatus til. Item en ævig Messe udi Sorte Brødre Kirke udi Aarhuus, som fornæfnte Jens Jensens Leyersted er.

 Item

Item skal jeg og lade hannem begaae (NB. *id est solenniis anniversariis Defunctorum animabus in Papatu celebrari solitis*, Danicè Begiængelse *dictis*, *Unde hodiedum dicimus:* Liig=Begiængelse) det feirste og beste, som jeg kand, og skal der bydes begges vores Venner til. Item 30 fattige Folk skal jeg klæde samme Dag og de skulle holde 30 Blus i denne samme Begiængelse. Item skal jeg giøre en Mand til Rom og een til Jerusalem, en til S. Karine og en til S. Jacob, en til Wilsnach, en til Aken. Item 9 Mand Indenlands i disse 3 Riger, som ere: Een Mand til St. Knud, een til Wadsteen, een til Rye, een til St. Hielpere, een til St. Oluf, een til St. Erich, een til St. Envold, een til St. Lauritz i Lund og een til vor Frue i Kiøbenhavn. Item skal jeg og forbede Hr. Jens Andersen, Anders Jensen og Lauge Jensen med 200 Riddere og Svenne og sige saa: Var jeg den bedste og den mægtigste Ridder i Dannemark er, og de havde slaget min Fader i saa Maade, da vilde jeg hende lige saadan en Sone af dennem derfor. Item skal jeg fornævnte Jens Nielsen forbede af dennem og Frue Ide Jens Jensens Hustrue og hendes Børn med gode Mænds Bøn og Knæfald, og saa skal jeg gifve dennem og Frue Ide og hendes Børn, hver dem et Clenodie efter min Formufve. Item skal jeg antvorde Hr. Jens Andersen, Lauge Jensen og Anders Jensen et draget Sværd eller Knif og falde paa Knæ for dennem og bede dennem ydmygeligen for Guds skyld, at de forlade mig deres Vrede og fordrage mig Freden etc. etc. etc. Datum in præsentia Illustrissimæ Principissæ ac Dnæ, Dnæ MARGARETÆ, Dei gratia Daciæ, Sveciæ, Norvegiæ Reginæ &c. Anno Dni 1405 die beati Matthæi Apostoli.

De Episcopali olim Templo Lisbergensi *SS. Trinitati sacro ita B. Andreas Vellejus in Not. ad Adam. Bremens. lib.* 2. *cap.* 46.

Est, *inqvit*, prope Arhusium in Cimbria Templum, qvod Liesbergense vocant, in colle edito situm, qvod tempore POPONIS conditum existimatur. In eo apparent in vetustis qvibusdam Marmoribus vestigia Epitaphiorum, qvæ POPONI sacra reputant accolæ &c. Ego (pergit Vellejus) hoc loco adducor ut credam saltem Poponis successores, non ipsum Poponem, ibi sepultos.



RANDRUSIÆ.

In Æde S. Martini.

Inscriptio sacelli australis S. Johannis, Insignibus Regiis substrata:

JOHANNES
Dei gratia Rex Dacie, Svecie, Norvegie & qvi fundavit primò hunc locum qviq; in Domino obiit anno Domini MDXIII 20 Januarii, reqviescat in pace.

In Choro templi leguntur carmina:

Anno milleno qvingenteno numerato
Rege sub pleno Rege JOHANNE dato,

San-

Sangvine præclarus NIELS CLAUSöN Præſul in Arhus,
Dignus honore, ſuam dum regit Eccleſiam,
Sub Præceptore mandante JOHANNE Priore,
Iſta Creatori ceſſit imago Chori.

NB. *Priores Monaſteriorum vocabantur interdum Præceptores.*

Ibidem locunari inſcriptum.

MCD qvater XL & V numeres minus uno
Hæc PRIOR J. primus tunc facit, imo Deus.

NB. *Ita habet Reſenius in Atlante Dan. Expuncta voce qvater, qvam oſcitantiâ exſcribentis fortè illatam nec metri, nec ſenſus ratio patitur, prodit inde annus 1444. Hæc vero Chronologia à priori, qvæ certior & genuina, immane qvantum recedit.*

Inſcriptio capſæ in Choro patellæ & calici Euchariſticis ſervandis deſtinatæ:

Ave verum corpus Chriſti, natum ex Maria Virgine, verè paſſum, immolatum, mortuum & ſepultum.

Tabula Altaris cælaturæ antiqvioris oſtendit primò Sacroſanctam Trinitatem ſive tres Divinitatis Perſonas, cum ſubſcriptione:

Sanctiſſima & una vera Dei Trinitas.

Alii legunt: Sanctus unus Deus & una vera Deitas.

inde Deiparam, adſcripto:

Imperialiſſima (NB. *Perperam exceptum pro* Impeccabiliſſima) Virgo Maria.

Hinc Stum Martinum *Eccleſiæ hujus Eponymum cum epigraphe:*

Sanctus Martinus

Item 12 Apoſtolos & 4 Patres: Ambroſ. Hieron. Auguſtin. *ac* Gregorium, *ſubſtratis nominibus.*

In ipſo altari oſtenditur locus operculo plumbeo coopertus, ubi S. MARTINI *oſſa olim recondita ferunt.*

In muro extra Chorum depicta inſignia Danica cum Symbolo glor. m. Regis Chriſt. IV.

R.F.P. 1634.

In duobus ſubſelliis occurrunt inſignia gentilitia una cum literis nominum initialibus hunc in modum:

C V A M	C V A F
(*Inſignia Roſenkrantziana*)	(*Inſign. Ahlefeldiana*)
1639.	1639.

Inſcriptio tabulæ ligneæ juxta aram, initialibus vocum literis, neſcio qvo guſtu, exulantibus:

Eg ar ng ch r leven ammel, eg aae ldrig en etfærdige t ære orladt, y eller ans æd t aa ſter rod. Ud llermægtigſte il re en hriſten irche il eprydelſe aver

ÖREN ENSEN

ordum aadmand yefoged ch older er i Anders undered

ch dgiven enne iden ierke afle, om led enkaldet il udomelig rovidentz ch Errens erlighed en idste ecember 1629 ch igger er nder ed ine uende ustruet Aren Ensdatter; ch Ette Ortens aatter, ampt hristelige gte ern, uende onner, Ud orleene em lle n lædelig pstandelse. Verbum Domini manet in æternum.

NB. *In Curia Urbis Randrusiensis suspensus est gladius longiusculus famosi istius* Clementis Piratæ (*vulgò* Skipper Clemind) *cujus capulo inscriptum :*

MARIA.

Extra Urbem in monte S. Laurentii (S. Laurids Bakke) *attollitur Sacellum* (*Assistentz*-Kirke) *cæmeterio cinctum, ubi mutilatum quendam offendis lapidem sepulchralem, ex cæmeterio Arcis Dronningburgensis eò translatum, effigie Prælati cujusdam & binis insignibus gentilitiis insignitum. Inscriptionis antiquæ quidem restant vestigia, sed, fracto lapide, meliore sui parte mulctatæ.*

In templo Oppidi SCANDERBURGENSIS.

Inter alios heic sepulchrum invenit MARCUS von VOXENSNO *Nobilis, qui glande plumbea trajectus occubuit, ut ex disticho apposito constat :*

Was Adel, Ehr und Sterck in langer Zeit erworben,
Ist durch ein wenig Bley zu einer Zeit verdorben.

HOTHERSNESII.

In templo Franciscanorum.

Her ligger begraven ærlig og Velbiurdig Mand
- - - ABILDGAARD
til Sandagergaard i Fyen, som døde paa Stiernholm den - Januarii ther mand skrev Aar 1561.

NB. ABILDGARDUS *iste inter saltandum abreptus traditur.*

In muro Scholæ.

ERICH LANGE 1589.

ÆBELTOFTII sive POMAGRII.

In templo pone altare:

Her neden hviler
Hr. NIELS PEDERSEN
Sogne-Præst til Æbeltofft og Draabye 40 Aar og efter stoer Forfølgelse døde den 19 Januarii 1653. i sin Alders 69 Aar etc.

No-

Nota. *Persecutionem istam, cujus meminit epitaphium, ita exponit vulgaris apud Pomagrienses traditio, solvisse nimirum* Petræum *nostrum pro urbe Æbeltoftana militi Cæsareano Cimbriæ olim incumbenti vectigal, quod vocant æstimationem condonati incendii Danis* Brandskat, *quod sibi restitui cum urgebat, accusatum fuisse officii minus observati, quod scilicet peste ibidem grassante, indecoro quodam contagii mortisvè metu decumbentes accedere subterfugisset, quibus sacras dapes longiori ligno impositas per fenestram transmisisse arguebatur. Hinc igitur pœnæ loco habendam quovis Mercurii die concionem* Petræo *injunctam, quæ hodiedum incumbit successoribus.*

MARIAGRIÆ.

In templo vastissimo Monast. S. Birgittæ.

Monumentum Episcopale.

Lapis Episcopum cum petaso ac pedo referens hæc babet.

Herr STYGGE KROMPEN
som var Bisskop y Borlum oc døde y Asmyl-Kloster Aar MDLI. GUD være hannem naadig!

Hic jacet
Dominus JOHANNES MATTHIE
de Vesborrig miles cum uxore sua
Domina ANNA
Orate pro iis.

NB. *Exprimuntur in saxo utriusq; effigies.* Johannes *hicce dicitur ex illorum numero fuisse, qvi in bello intestino à* Clemente Pirata *excitato ceciderunt, cui relationi non parum exinde accedit roboris, quod* Haraldus Hvitfeldius *memoret,* Clementem Piratam *rusticorum furentium operâ exspoliâsse prædium Viiborgense, à Nostro possessum. Refert certè Autor laudatus complures in Conflictu* Clementino *cæsos Mariagiæ fuisse sepultos, quorum nonnullos recenset: Verba ita habent:* Anno 1534 udi somme Skipper Clemends Slag bleve disse efterskrevne Gode Mænd (NB. i. e. *Nobiles Viri locutione tum temporis usitatâ)* Hr. Holger Rosenkrantz, Niels Broch, Mester Anders Hach, Christen Skram, Erich Flemming, Iver Thomæsön Juul, Jörgen Clemendsön, Mester Anders Gyldenstiern, og mange fleere, siden begragvne i Mariager. *Quorum tamen nulla hodie supersunt Monumenta.*

Hic jacet nobilis Vir
*MATTHIAS MAGNI
de Thiel cum uxore sua
Domina ANNA
Anno Domini MDC.

* *Alii legunt* LAURENTIUS.

Appositis itidem imaginibus.

Her ligger begrafvit Erlig oc Velbiurdig Qvinne
Frue KIRSTINE
Her Peder Högis Datter af Esker. Dode thet Aar MDXIII.*
Her Lafve Broch af Estrop hendes fyrste Hosbonde. Her
Peder Lyche til Hverring den anden Hosbond.

Alii legunt XLII.

Visitur lapis sepulchralis Nobilium Krompeniorum *insignitus insignibus, decem ejus gentis ibi sepultos indicans:*

Her ligger Thii KROMPEN Slecht.

In medio templi ambitu occurrit lapis vastissimus imaginibus tribus & hac inscriptione conspiciendus.

Her. ligger.
Her. OTTE. KROMPEN.
Til. Trudsholm. Ridder. Danmarkis. Rigis. Marsk. Begraven. Met. Begge. Hans. Hustruer.
Frue. DRUDE.
Her. Klaus. Kromedigis. Dattr. oc
Frue ANNA
Her. Peder. Löches. Datter. GUd. unne. Thenom. Med. Alle. Christene. en. gledelige. oc. salig. Opstandelse. oc. Thz. evige Liff. Anno 1555. paa 18 Dag Maji blev Frue. Drude. begraven.

Saxum sepulchrale exhibet Sacerdotem pontificalibus indutum, substrata inscriptione:

Hic jacet
Dominus JOHANNES JOHANNIS
Presbyter in Jellingh orate pro anima. M - -

In subselliis quibusdam visuntur insignia gentilitia Rosenkrantziana, Bildiana, Uhlefeldiana & Seefeldiana, Jacobi *putà* Seefeldii *quondam Cœnobii Mariagriensis Præfecti Regii* Lehnsmand.

Supra introitum ad Chorum.

C. 5. C. A.
16 73.

Inscriptio tabulæ columnæ affixæ.

Hr. HAMS JACOBSöN ABEL
fordum Proust i Onsild, * HERRE og Præst i Mariagger
dode d. 3 April 1648 udi sit Embeds 30 og Alders 55 Aar etc.

* *Ita exscriptum ad nos pervenit, sed genuina lectio videtur esse:* Proust i Onsild-Herred.

In alia tabula legitur:

Det Gudfrygtige nu Sal. Ægte-Par, den meget Hæderlige og fornemme Vellærde Mand

LAURITZ MORTENSÖN HASSING

fordum Rector i Mariagers Latinske Skole i 42 Aar, som Hoyadelige, Præstelige og andre brave Mænd har profiteret af, og hans meget dydige Hustrue Gudelskende Matrone

MAREN CHRISTENS Datter,

hvilke udi 39 Aars kiærlige Ægteskab avlede 2 Sønner og 1 Dotter, som alle forhen saligen ere hensovede, hun døde den 20 Julii 1732 i hendes 73 Aar, hand d. 21 April 1734 i hans 71 Aar. Til Gudelig Brug af dennem legeret som følger:

1. En paa 90 Lodd forgyldt Sølv-Kande paa Alteret.
2. Renten af 100 Sldlr. Capital til Collega Schol. for Aftensangs-Prædiken, hver anden Hellig-Dag paa de 3 stoere Hoytider.
3. Renten af 100 Sldr. til fattige Discipler i Mariagers Latinske Skole.
4. Renten af 200 Rdlrs. Capital til fattige Disciplers Klæder ibidem.
5. Renten af 100 Rdlr. til Collegam Scholæ for Sang i Kirken og Skolen.
6. Renten af 100 Rdlrs. Capital til Bogger for fattige Discipler ibid.
7. Renten af 400 Rdlrs. Capital til Byens Fattige.
8. Renten af 60 Rdlrs. Capital til Under-Degnen for at skaffe Lius i Froe-Prædiken item for Messe.
9. Renten af 40 Rdlrs. Capital til deres Gravs Bestroelse med Blomster. Saa lader os love dette nafnkundige Folk, hvis Retfærdighed ikke bliver forglemt og hvis Lof skal ikke forgaae. De ere begravne i Fred, men deres Navn loves ævindelig. Folkene taler om deres Viisdom og Meenigheden kundgiorer deres Lof. Syr. 44.

Tradidit hic vivus præcepta fidelia nostro
Gymnasio, semper floreat Ejus honor!
Legavit multis Rector Venerandus amicè
Pauperibus fractis æra diurna diu.
Curavit Templum, laceros vestivit alumnos,
Legatori Elegos culta Minerva dabit.

Notabile hic inprimis, quod prius collocandum esset, epitaphium inclyti illius, qui sub Waldemaro IIdo *floruit, JCti, Viri Nobilissimi* Thord Degn, *in columna juxta Chorum:*

Velbordig Mand
THORD DIEGEN,
som hid gaf got Gotz. Hans Siæl GUD have!

Conspiciuntur ibidem ipsius insignia, duabus lineis transversis & camelo rubro insignitis, eminentibus in casside binis cornibus, quorum dextrum est nigrum, sinistrum verò album. Hinc adscripta Echenbergerianæ Juris Cimbrici Versioni in certo exemplari nota perperam tradit gestâsse illum in insigni capulum gladii (ein Gevheste van ein Degen) *quæ ex cognomine gentili* Degn, *quô familia nobilis olim gaudebat, orta videtur traditio. Audit vulgò* Ille Thord Degn & *in Constitutione* Waldemari *Regis in Parlamento Danorum Neoburgi per Nostrum consignata, Parvus* Thurdo *Diaconus seu Legifer. Provincialem Cimbriæ Septentrionalis Judicem fuisse patet ex Codd. antiqv. Legum MSS. in Archivo Cancellar. ubi salutatur:* Lille Tord Degenn Landsdommer i Nørre-Jütland. *Ineptit igitur pro more Claud. Lyschander, qvi Diaconum Wiburgensem fuisse nugatur, Latina cognomenti metaphrasi, ut videtur, ad fingendum seductus. Confer de eo Joh. Molleri Isagog. ad Hist. Chers. Cimbr. P. I. c. 15. p. 264. 268. 270. & P. IV. p. 641.*

Sperlingius in Not. ad Test. Absalonis *Archiepiscopi, ubi fit mentio* Thordonis *Cappellani Absalonis: p. 39. Non existimet qvis hunc* Thordonem *Cappellanum esse* Thordonem Degn *vulgò cognominatum, qvi leges* Waldemari *2 Juthicas annotationibus perbrevibus illustravit: nec juvat, qvod Cappellani qvandoq; Danis* Degne *vocati sint: nam primò non convenit ætas:* Thordo *Cappellanus* Absalonis *sub* Canuto 6 *Rege vixit:* Thordo Degn *sub* Waldemaro 2do *& qvidem sera ætate post promulgatam legem Juthicam Anno Chr. 1240, qvò* Thordo *Cappellanus vix pertingere potuit. deinde qvod* Thordo *Cappellanus Absalonis Archiepiscopi fuerit Roschildensis, ut innuit Hvitfeldii Chronicon p. m. 134. tertiò qvod* Degn *vel Diaconus & Capellanus haud idem fuerit,* Degn *enim & Diaconus Archiepiscopi ad Cancellariæ negotia admoveri non solebat, sed in Ecclesiæ officiis Archiepiscopum juvando aderat, Cappellanus verò in cappella Archiepiscopi, ut in Comitatu Principis Cancellarius vivebat & scribenda regens & scripta: Hæc Sperlingius.*

Fertur inhabitâsse prædium Trinnerup *juxta Mariagriam, ubi hodiedum rudera & muri subterranei inveniuntur, augustioris olim ædificii indicia. Dicitur etiam possedisse prædium aliud nobile in pago* Hov *situm & ad villæ rusticæ sortem hodie detrusum, qvod tum temporis audiebat* Bierregaard. *Adde qvod aliam ibidem locorum villam rusticam, cæteris tamen ampliorem, quæ itidem ad Monasterium Mariagriense pertinet, incoluisse olim ferant Virgines tres nobiles, festo Nativitatis Christi à prædonibus occisas, quæ filiæ* Thordonis *fuisse putantur, post obitum Parentis heic considentes.*

Pandit tabula depictas Sanctimonialium duarum habitu Vestali effigies, sub qvibus legas:

Her ligger begravet ærlig och Velbyrdige Jomfruer
Jomfr. CITZEL LYCHES og
Jomfr. HYLLEBORG LYCHES,
Her Jacob Lyches Døttre af Schofeboe! Och var Jomfr. CITZEL Abbetdes y Mariagers Closter y XX Aar. Och døde hun her udi Mariagers Closter paa Hellige tre Kongers Nat der Klocken hafde slaget jet Aar 1582. Og døde Jomfrue

frue HYLLEBORG Abbedis her paa Mariagers Closter den 8. Novembris, der Klocken hafde slaget tolv Aar 1583.

Lapidi sub introitum Chori inscriptum:

Her ligger begrafvit Erlig oc Velbyrdige Jomfrue
GIERTRUD LÖCHE
Her Jacob Löches Datter af Sckovsboe, som døde her i Mariager den - Dag - - i det Aar der man skrev 15 - - Gud give hende med alle Christne en glædelig Opstandelse. Amen.

NB. *Annum emortualem indicat Tabula aqvilonari in Choro columnæ affixa, qvæ ostendit* Giertrudis *hujus effigiem, adscripto: 1598 una cum inscriptione aurata, sed hodie præter seqvens vernaculi carminis, ut videtur, initium prorsus obliterata:*

Giertrud Lykke med Ære maa. etc.

In Sarcophago ipsius apparent hodienum literæ initiales.
G. L. K. *additis insignibus.*
Distinctus auro qvondam fuisse dicitur, jam piceata manu subductô.

In MSSto qvodam Genealogico Viri Clarissimi & Doctiss. Dni Olai Neopolitani *Pastoris in Cimbria, annotatur debere templum Mariagriense munificentiæ* Giertrudis *hujus tabulam altaris, suggestum nec non inauratum cum patella calicem eucharisticum.*

Sed videtur hic (qvod patellam ac calicem attinet) confundi Giertrudem Lychiam *cum sororibus suis* Cæcilia & Hylleburgi Lychiis *Abbatissis nuper memoratis, cum oculati testes observaverint in patella literas utriusq; nominis initiales una cum insignibus* Lychianis *& anni nota, hoc modo:*

C. L.
H. L. 1582.

& in calice H. L. *cum insignib. præter* Bildianæ *gentis in utroq; vase expressa insignia.*

Inscriptio campanæ vulgò Tolv-Klokke.

Anno MDCXXXIX den XVIII Martii haver Erlig og Velbr. Mand Iver Krabbe Nielsön til Albech Kongl. Majests. Befalings-Mand udi Mariagers Kloster, ladet denne Klokke omstøbe paa Kirkens Bekostning til Guds Ære og Meenighedens Gavn og Beste og Johannes Abel Pastor loci.

NB. *Hanc templo campanam dederat* Giertrudis Lyche, *de qva supr. teste Encomio Regni Dan. pagg. 70, qvæ postqvam turri excidisset, curâ* Ivari Krabbe *refunditur. Ostendit eadem campana præter insignia gentilitia, his literis cincta:* I. N. K. publicum Urbis Mariagriensis Insigne: Anchoram puta una cum imagine Servatoris de cruce pendentis.

In alia campana.

Jörgen Lyche Ao. Domini MDLI.

Inter subsellia unum ostendit insignia Lychiana, subscripto itidem: Jörgen Lyche. *Aliud insignia Brahæorum, adscripto*

Beate Brahe.

Juxta boreale templi ostium visitur lapis muro insertus, cui imago Virginis insculpta. Item alius binis leonibus insignitus.

Fuudatum hoc templum ferunt à qvodam Svenone Thyt & *alio, cui nomen* Indboe, *qvi etiam pontem Mariagriensem, olim Stenildbroe dictum exstruxisse dicuntur, juxta vulgatum accolis rhythmum:*

Svend Thyt og Indboe
Bygte Mariagers Kirke og Stenildbroe.

Templum hocce inter vastissima heic terrarum meritò refertur, in altitudine nimirum 52, in longitudine 83 cum dimidia, in latitudine verò 42 ulnarum cum dimidia. Turris, procerô qvondam pinnaculo conspicua, plusqvam 56 ulnas alta. Pars qvædam templi ad duodeviginti ulnarum longitudinem accedens, peculiari ædificio distincta, audit hodiedum: Dom-Kirken, *cujus nominis rationem vix assequor, nisi Episcopi hic qvandoq; lites Ecclesiasticas fortè diremerint, cum aliàs tantummodo Cathedralia sive Episcopalia* & Collegiata *hoc nomine veniunt templa. Hinc mentio illa templi* Cathedralis *Mariagriensis Resenio in Atlante Dan. facta.*

Inscriptio campanæ tumultuariæ in foro urbis suspensæ, quæ olim pertinuit ad templum rurestre Hover, *tempore Reformationis destructum, ut inde resariendo templo Mariagriensi suppeterent lateres, cui hæc qvoq; subjecta parochia:*

Hæc campana fusa est in Hower in honorem Mariæ Anno MDL.

In ipso Monasterio MARIAGRIENSI.
Inscriptio saxi supra januam turris aurata:

Anno 1724.
er
Den Velædle og Velbaarne Herre
Hr. SEVERIN BENTZON
Herre til Haunoe etc. Gaarder, Hans Kongl. Majests. Justits og Cancellie-Raad, med sin elskelige kiære Frue
Frue ANNE KIERULF
Frue til Visborriggaard, bleven Ejere af Mariagers Closter och haver ladet denne Borgegaard fornye och forbedre, samt Ladegaarden forflytte och af nye opbygge, saasom begge forhen deels af ælde vare forfaldne, deels de største gamle Huuse med deres Hvelvinger af forrige Beboere udi de Aar 1721 og 1722 nedbrudte. Hvilket paa denne Steen til Efterkommernes Minde bliver antegnet.

For denne Steen er tæret hen
Af ælde, skal ey Verdens Pen
Hr. Bentzöns Fliid forgiette,
At hand det gamle Closter-Skrog,
Der hand det under Bygning tog,
Saa got og net opsætte.

Med

Med Ladegaard, som her og staaer,
Alt dette skeede paa et Aar
GUd give der til Lykke.
Lob Avind kun din Pande mod
Hr. Bentzöns Ære-Steen, hand loed
Her see et Mester-Stykke.
At Mandens Nafn berømmes bor,
Til denne Skrift af Kampen doer,
Af hver, som dette læser,
Nid vil du bide, bryd din Tand,
Hr. Bentzöns Navn og Huus har Stand,
Her er hans Ebenezer.

GRENOVIÆ in templo.

Epitaphium OLAI PETRI *qvondam ab anno* 1650 *per novennium Scholæ Grenovianæ Rectoris, inde vocati Pastoris Todbergensis ac Meelbyensis, sed ante inaugurationem defuncti, qvi Scholæ huic qvinqvaginta Thaler. simplices legaverat.*

Salig OLUF PEDERSON vel var
Der hand død' 16 til trediv' Aar,
Lærde velmeent, uden Ræve-Skind var hand
Rigtig, Gavemild, med sand siges kand,
Skolen i Doden hand betænkte,
Hend' et halvhundr Slet Dal'r skænkte.

Præter egregium illud poëseos antiqvioris vernaculæ artificium, legitur ibidem Epitaphium Latinum Viro huic conditum, ubi inter alia salutatur:

Rector solers & industrius, optimè de suis rectè sentientibus alumnis meritus *item* insignis formandæ rudis ætatis Artifex.

HOPONTI.

Ad alterum hujus Urbis monumentum Runicum à Wormio delineat. pag. 281 *tali inscriptione:*

Thurir risdi stan doasi ufti Karl hin gudoa fylaka sin, herde gudian tryg. *Id est vertente Wormio:* Thoro lapidem hunc posuit Carolo bono comiti suo, Diis bonis (*exercitui*) fido.

Observat Johannes Mejerus *in Libro Monumentor. Danicor. ubi Monument. Dan.* Olai Wormii *partim emendat, partim locupletat.* MSS. instructissimæ Bibliothecæ Fossianæ, lapidem hunc, ut rumor est, primitus extitisse in agro Gudenmorensi ibiq; in prælio olim cecidisse Comiten qvendam vel Gravium belli Ducem, eo sub saxo sepultum; anno autem 1638 ædificio templi Hobroensis destinatum huc migrâsse, sed religione qvadam in cœmeterio diu intactum mansisse, donec in conti-

guam figuli aream, ubi hodie visitur, tandem fuerit provolutus. *Hæc Mejerus.*

Epilogum Epitaphii: Herde gudian tryg, cujus formulæ in complusculis monumentis obviæ genuinum sensum se pro certo asseqvi non posse ipse Wormius fassus est pag. 179, ita tutò explicandum statuimus: *Exercituum Deo fidus* seu Othino Numini bellico & Marti Arctoo, qvem Dani præcipuè colebant, sicut Norvegi ac Islandi Thoronem, Sveci verò Freyum. *Thom. Bartholinus in Antiqv. Dan. libr. 2. cap. VI. pag. 251.* Cæterorum, *inqvit*, qvibus regimen bellorum credulus Septentrio attribuebat, memoriam qvasi obfuscavit Odini celebritas, qvi in Edda non modo Valgautur h. e. *Stragis custos*, seu *cadendos in bello decernens*, cognominatur: sed & augustiori nomine summum in omnium militantium vitam mortemq; imperium exprimente, dicitur Valfodr h. e. *stragis Pater*, causam addente mythologia octava decima: Þuiat hans oska synir eru aller Þeir er i val falla h. e. *qvoniam ipsius dilecti filii sunt omnes in præliis cadentes.*

De Monumento Runico Giesingholmensi *à Wormio delineato pag. 285. qvod effigiem Episcopi & seqventem ostendit inscriptionem:*

Rus Duad gode oauff yfa dyria Ebi sun laghar wis bedar Mari nadi syll Nicolaus Kaesunor.

I. e. Russus (*s. Moschus*) Duadus Bonus supra tumulum Yfonis filii Ebbonis - - - (*Lacuna*) Rogate Mariam, Animæ ejus ut misereatur. Nicolaus Kasonius. Stephanius in literis ad Wormium datis *vide Epist. Ol. Wormii ab Illustr. Jo. Grammio editas pag. 240.* In Inscriptione Monumenti Giesingholmensis vereor, ne parum accuratè expresserit ductus Runicos, qvos ipse lapis repræsentat, qvi in illis describendis operam impendit suam. Nam pro Nicolaus Kaesunor legendum existimo Nicolaus Knudsunor i Arrus. Ejus mentionem facit Hvitfeldius in Catal. Episcop. Arhus. Femte Bisp til Aarhuus var Svend I. levede Aar 1140 (emenda 1180) under samme levede Claus eller Nicolaus Canuti Søn Bisp Valdemars af Slesvig Broder, hand blev begraven udi den Træ-Kirke til Aarhuus ved Stranden paa Bierget, nogen Træ-Korss var sat hannem derhos til en Amindelse etc. etc. Ex ligneo isto sacello, qvod forte solo æqvatum est, qvum viginti post annos magnificam illam Basilicam, qvæ hodieq; Arhusii visitur, extrueret Petrus Vagnonis Episcopus Arhus. saxum hoc sepulchrale ad exornandum pavimentum sacelli arcis Giesingholmensis (qvam vix altero lapide Arhusio distare fando comperi) una cum aliis lapidibus translatum arbitror. Considera, qvæso, paulo diligentius ipsos Runarum flexus, præsertim in ultima voce ᚷᚱᚢᛋ, sic etenim scribebant veteres sine aspiratione Arus vel Arrus pro Arhus sive Aarhuus. Ita centies occurrit in MSS. Codicibus Episcopus Arusiensis, civitas Arusiensis &c. Et qvamvis hic Nicolaus Knudsonius ipse nunqvam sacram infulam gesserit, qvia tamen sub Episcopo Svenone vixerit & Episcopi frater fuerit multaq; & insignia patraverit miracula. Episcopi effigiem & Capituli Arhusiensis vetustissima insignia, Agnum videlicet crucem gestantem, ob viri sanctitatem fortè ipse Episcopus Sveno tumulo ejus incidenda curavit. Adeo 7ò Rus non ad Duad ɔ: Døde referendum puto, sed ad præcedent. Syllab. AR.

In

In templo S. SEVERINI RYENSI.

Monument. Episcopale.

Hic tumulatus eſt Venerandus in Chriſto Pater

Dominus SVENO

Epiſcopus (*ſc. Aruſienſ.*) Roſa papali ornatus.

Ao. Dni MCLXXXIII. Cujus anima reqvieſcat in pace.

Conſpicitur hic in lapide ſepulchrali imago Abbatis, baculo paſtorali innixi, exſculpta infra pubem campanâ. Oras lapidis ſeqvens cingit inſcriptio, literaturæ, qvam vocant, monaſticæ & qvidem ſatis ambiguæ:

Hic tumulatus eſt Venerandus in Criſto Pater

Dominus TURO

qvartus Abbas - - Fundator S. Larentii ſeculi anno Dni MCLXXX. tertio cujus anima reqvieſcat in pace.

Ita accurate legit in ſuis ad nos literis Vir Celeberrimus Chr. Falſterus *Schol. Cath. Rip. in Cimbria Moderator, qvi vetuſtæ literaturæ ſimul miſit apographum. Memorat ibidem Vir Eruditiſſimus, ſe anno 1727 in itinere, qvod Illuſtriſſimam jam Beatam Heroinam - -* Rantzoviam, *Excellentiſſ Herois - - de* Harbo *Sacr. Reg. Maj. Conſiliarii Intimi Viduam, inviſurus inſtituerat,* Ryam *(ex civitate qvondam haud contemnenda hodie pagum) divertiſſe ibiq; dictum exſcripſiſſe epicedium, exſcriptum memoratæ* Heroinæ de Harboe *obtuliſſe, qvæ ad exteros haud multò poſt excurrens, ut Jeſuitarum Colonienſium tentaret perſpicaciam, legendum iis explicandumq; commiſit, qvi tantum Siſyphio ſcilicet! huic ſaxo interpretando poſtulabant temporis, qvantum à proſeqvenda ulterius peregrinatione ipſi tum minus daretur induciarum. Unde liqvet, qvàm lyncei in anteceſſorum ſuorum monumentis ſint Monachi hodierni. Pergit deinde laudatus* Falſterus, *Præſulem Ripenſem Divum Mag.* LAURENTIUM THURA, *cum* Ryenſe *olim perluſtraret templum, Monumentum hocce ex cœmeterio, ubi inde à decurtato templo, cœli injuriæ diu ſub dio patuerat, in medium ipſius templi pavimentum antiqvitatis qvadam veneratione voluiſſe translatum. Cæterum ex inſcriptione hac edocemur Monaſterium illud* Ryenſe *Sto.* Laurentio *fuiſſe dicatum, diſtingvendum ab alio ejusdem nominis prope Slesvicum,* Rye Closter *qvod Latinè* Rus Regis *dictum.*

In alio ibidem ſaxo.

Hic tumulatum eſt corpus

Domini PETRI SEVERINI

qvondam hujus loci Abbatis Vigilantiſſimi, qvi ex hoc ſeculo migravit. Anno Domini MDLIV.

De hoc Abbate ſupereſſe ibidem Fragmentum qvoddam, illuſtrandæ Monaſterii hujus hiſtoriæ inſerviturum, l. ſupr. c. teſtatur Cel. Falſterus.

In templo parœciæ LYNGAAE *territorii* Saugbroe-Herred
(*in vett. Codd. MSS.* Sahebroch.)

Inſcriptio Baptiſterii.

Anno Domini MCDLXXXI factus eſt fons iſte tempore Domini JACOBI NICOLAI HVID Curati Eccleſie Liungaae, pro cujus anima orate.

NB. *Idem* Jacobus Nicolai Hvid *campanam, quæ adhuc invenitur in turri Lyngaaensi fundi curavit & seqventi in baptizanda campana usus est oratione:*

Præsta, qvæsumus, Domine, ut vasculum hoc sanctum tuæ Ecclesiæ præparatum à tuo sancto Spiritu per nostræ humilitatis servitium sanctificetur, ut per illius tactum & sonitum fideles invitentur ad sanctam Matrem Ecclesiam & ad præmium supernum per Dominum nostrum J. Chr. Amen.

NB. *In agro* Lyngaaensi *collis surgit dictus* Bochøy, *ubi Bous illi Othini filius sepultus creditur, qvi Regem* HOTTHERUM, *narrante Saxone libr. 3. occidit.*

Turris templi Nödagger *in territorio australi* Synderherred *saxum muro inclusum ostendit, cui insculpti duo eqvites cum totidem servis, qvorum alter securi, alter gladeo instructus. Tradunt accolæ* Nilaum de Tostrup & Helenum Mor *de Morup eosdem esse, qvi in prælio singulari ambo cum eqvis, famulis juxta ac canibus occubuere.*

Templum parœciæ ROSMUS *in Nomarchia eadem calicem servat, cui hæc insunt:*

NICOLAUS UFUS ABBAS.

NB. *Ferunt ibidem esse cryptam subterraneam eamq; ingressos qvosdam ad æneam pervenisse portam, ubi spectris ita infestati, ut salvos redire satis haberent, exinde intactam mansisse.*

In vestibulo templi HYLKENSIS *territorii* Worherred *saxum extat, cui inscriptum:*

Hic jacet
OLAUS TOP

Conditorem templi una cum Eschillo Broch *eum faciunt vulgati accolis rhythmi:* Eske Broch og Oluf Top Bygte Hylcke-Kircke op.

In territorii Lysgaardensis *pago* GRöNBECH *templum surgit è secto lapide satis eleganter structum, cujus turris campanam ostentat hisce insignitam:*

Alpha & O Deus & Homo. O Rex glorie qviescat in pace
Dnus ANDREAS
Anno Domini MCDLXXXV.

NB. *In occidentali ejusdem pagi parte rudera cernuntur domus, uti ferunt, venatoriæ* ERICO GLIPPINGIO *qvondam adamatæ. Item rudera sacelli in vicino colle* Capelhøy, *ubi post Reformat. aliqvamdiu conciones habitæ.*

Inscriptio famosa lapidis Gröndalini Mag. Jano Christophori *Canonico Ripensi Wiburgo-Randrusiam tendenti Anno* 1503 *primùm observata:*

Kircker skulle bliffue til Fange-Taarn, oc Skalke skulle trifuis, oc Eldinge fordriffuis, oc Danske Mend wgieffue

oc

oc fange Tydske Sæder oc Hærremend skulle bliffue Kiøbmend, oc Præster til Bonder oc Bonder til Widunder.

Qvam ita Latio donavit Celeb. Olaus Wormius *Mon. Dan. libr. 5. p. 309.*

Carcer erit Ecclesia,
Magna neqvam gloria,
Prudentûm rara copia,
Vilescit vir Danicus,
Ni totus fit Germanicus,
Merces vendet Nobilis,
Clerus arabit flebilis,
Ruris erit cultor vilis.

Huic analoga est inscriptio Gothica Saxi Norvegici in valli Jemptiæ homonyma Gröndal, qvam metris ita reddidit Latinis Johannes Messenius *in Specula Sveciæ Cap. 19.*

Cum Svecus acceptat *peregrinos undiq; mores*
Templaq; cum claustris evertunt superiores,
Firmus adhuc extat lapis hac in *valle virenti*,
Cum perversorum mundo florentior est sors,
Sed crux dira probis animis infligitur & mors,
Firmus adhuc extat lapis hac in valle virenti.
Presbyter agricolæ similis sed qvando vigebit,
Agriq; cultorem mirari jure licebit,
Stratus humi pausat lapis hac in valle virenti.

NB. *De priori monumento Gröndalino in peculiari poematio, qvod Mirmix inscribitur, egit Maro noster Danicus* Erasmus Michaëlius Lætus.

Supra januam templi KRAGLUNDENSIS *lapis Runicus Wormio non observatus cum inscriptione Latina:*

Aesi Bad hunc erexit.

Videtur aliunde huc translatus & ab imperitis cæmentariis aliqva sui parte mutilatus.

In cœmeterio FRAMLOVIENSI *austrum versus occurrit lapis* $3\frac{1}{2}$ *ulnas longus, unam latus, exhibens imaginem Viri, demissa stola induti, coronâ tempora cincti, crucem utraq; manu tenentis, cruci impositi crucémq; capite gestantis, adjectis circumqvaq; literis ex parte monstrosis & insuperabilibus. Qvi lapidem hunc totum delineatum dedit in MSS. Bibl. Acad. Hafn. ita legere non dubitat:*

Dic, rogo, versiculos o! Lector, qvi legis istos,
Da pie, da MAGNO gaudia, Christe, tuo.

NB. *Memoratur ibidem, juvenem qvendam* Nicolaum Michaëlium, *dum eundem lapidem loco dimovere aggrediebatur, ut defunctam eo oneraret genitricem, vocem nescio qvam audivisse, vindictam sceleris minantem, fatente ipso, cum eodem anno furti falsò suspectus in patibulum agebatur, reperto postea, qvem subduxisse arguebatur, caballo, aqva palustri obruto.*

In lapide sepulchrali ibid.

Sub lapide isto reqviescit corpus CAROLI.

Inscriptio campanæ.

Eſt in honore pie campanula fuſa Marie. A. Dni MCDLXXII.

Templum SIÆLEF *in territorio* Framlövherred *lapidem proximè fores conſpiciendum exhibet, cui hæcce Runicis inſcribuntur literis, à Wormio præternavigata:*

Frey Sten ſeti
Her Uli ſiſi
Sinar tru Guden.

Latinè reddas. Frejerus lapidem poſuit Domino Olavo intimo ſuo, fido Diis.

Inſcriptio Tabulæ Altaris.

Anno 1595 lod œrlig og Velbyrdige Mand Hans Rostrup til Siellö Scougaard med ſin kiere Hyſtrue Fr. Anne Lange giore denne Alter-Tafle til Sielloe Kirche.

NB. *Autor eſt Beatus* Andreas Vellejus *in Notis ad Cant. Heroicam:* Svend Felding hand ſidder paa Helſingborg etc. reperiri heic ad veſtibulum templi ſaxum ſepulchrale inſigni longitudine, qvod in Choro antea jacuerit, obliterata ferè inſcriptione Runica, verſibus ſex comprehenſa, iſtóq; ſine dubio tegi, qvi Arcem Seluſſkougaard olim incoluit, SVENONEM FELDINGIUM ejusq; familiam.

Addit præterea conſtare ex Latino Eccleſiæ hujus Calendario, qvod Sveno Felding obierit die S. Matthiæ Apoſtoli, uxor ejus Aasa feſto Michaëlis, gnata illorum Ingerdis die Converſionis S. Pauli & hujus filius proxima Dominica poſt Feſtum Cinerum (Aſke Onsdag) ſed ſine mentione anni, unde ævum illorum ignorare cogamur.

Præter complura ibidem de Feldingio ſatis curioſa, accepimus eſſe lacum in territorio Gierløſherret vulgò Hampenſøe, in qvo Sveno Feldingius ſuum adaqvâſſe eqvum fertur, ſesqvimilliaris ſpatio inde ſtabulantem in loco dicto Black Stald, ex caballo Blach denominato. Adde qvòd flagellum Svenonis Feldingii ligneum, ferrô munitum ferreisq; catenis tremendum, olim in prædio Selöſſkougaard aſſervatum, hodie poſſideatur à Petro Munſtero Sylvarum Cuſtode Storringenſi.

Oſtendebatur ante annos haud ita multos in prædio Sieleſkougaard prægrandis Svenonis Feldingii, qvod ferebant, gladius, item vas ingens jentaculo coqvendo adhibitum: vulgò Svend Feldings Ølle-Brød-Potte.

In templo HORNSLETTENSI, *juxta prædium nobile* Roſenholmenſe, *curioſos oculos in ſe convertunt ſequentia Monumenta* Roſenkrantziana.

In Monumento, qvod Chorus Templi oſtendit, lapideo.

Anno 1584

OTTO NICOLAI F.

de Biörnholm ex ordinis eqveſtris familia clara Rosenkrantz, excelſi animi, prudentiæ & fidei ſpectatæ laude, tribus ordine Regibus Daniæ Erico Pomerano, Christo-

PHO-

PHORO BAVARO & CHRISTIERNO OLDENBURGICO ſingulis à conſiliis & Regni Senator fuit graviſſimus, neq; Senatoriam ſolùm dignitatem maturè adeptus, Rempublicam conſiliis juvit, ſed promptâ ipſe ſtrenuus manu arma tractavit feliciter. Poſtqvam enim in conflictu ad *Emmervad* grave in vertice accepiſſet vulnus, fortitudinis reiq; bene geſtæ præmium ERICUS Rex ipſi contulit provinciam arcis Kallöe, qvam deinceps annos plus minus XXX adminiſtravit. Sed cum ERICUS regno deſerto, ad ſuos profugiſſet, idem apud CHRISTOPHORUM BAVARUM, deinde apud CHRISTIERNUM PRIMUM fidi ſimul Conſiliarii & ampliſſimi curiæ Magiſtri dignitatem obtinuit, tantò huic habitus honoratior, qvantò annis jam erat provectior, ſeniliſq; prudentiæ maturitate ſpectatior. Ingraveſcente ætate minúsq; negotiis & rebus gerendis habili, licèt memoria judicióq; eſſet integro & in dignitate conſtitutus ampliſſima, à muniis tamen publicis & profectionibus indulta ipſi fuit vacatio, qvò domi religioſa qviete conſeneſceret, utq; de conſiliis qvoties res poſtularet, per ſcripta ſolùm reſponſa daret. Junxerat is ſibi matrimonio ELISAM Filiam HOLGERI GREGERSÖN de Heyreholm, viduam Domini ANDREÆ OTTISSÖN de Biörnholm, cum qva Biörnholm dotali hæreditate obtinuit, ex qva & filium ſuſcepit ERICUM. Diem verò ſuum cum obiiſſet Anno 1477, ſepultus eſt Randruſii in Cœnobio Franciſcanorum, in eo ſacello, qvod ſibi ſuiſq; fundârat, in qvo antea uxor ſepulta, qvæ obiit Anno 1470. Sed qvando Monaſterium iſtud immutatum diciq; cœpit Dronningborg, oſſa illorum in hunc locum transferri fecit ipſorum progenies & Hæres, Regniq; Daniæ Senator GEORGIUS ROSENKRANTZ de Roſenholm Otthonis F., Holgeri Nepos, Erici Pronepos, Ottonis hujus Abnepos Anno 1562, qvorum ſepulturam in honorificam memoriam & ſpem glorioſæ Reſurrectionis hoc monumento ornavit Anno 1584.

In alia ejusdem Monumenti parte.

Manibus & Memoriæ Nobilis & Strenui Viri Dni ERICI OTTONIS ROSENKRANTZII poſteritati S.

ERICUS OTTONIS F.

de Biörnholm Eqves Auratus ex antiqva Roſenkrantziorum oriundus familia, cujus virtus ſingularis, prudentia, authoritas, integritas ſanaq; conſilia ſui temporis Regibus patriæq; præſtita, à bonis prædicata, laudabili etiamnum

ſunt in memoria: Connubio ſibi aſciverat SOPHIAM Henrici Canuti de Iversnes Præſidis Bygholmenſis, Eqvitis Aurati ex ſtirpe Gyldenſtiern, filiam, fœminam lectiſſimam, per qvam jure dotali Curiam Boller hæredium nactus. Ex ea licet unicus parentis, matre etiam qvinqvagenaria, filius novem maſculos totidémq; una minus ſuſcepit filias, qvorum progenies ut numeroſa, ita fœcunda in decem præclaras nobilitatis Danicæ propagata eſt familias. Vixit CHRISTOPHORO BAVARO Daniæ Regi à Conſiliis, qvo etiam regnante, Mareſcalcus Regni fuit. CHRISTIANO qvoq; PRIMO in eadem dignitate ob rerum gerendarum dexteritatem & felicem ſucceſſum adeo acceptus, ut domi foríſq; ubi res poſtulabat, ejus præ aliis uteretur opera. Cumq; Dominus OTTO Nicol. F. Aulæ Magiſter hujus Pater ſenio gravis bona Regis gratia officio ſe ſponte abdicâſſet, filius paternis inſiſtens veſtigiis in ejus locum ſuffectus, magnificum illud officium laudabiliter geſſit, donec JOHANNES CHRIST. F. patri in Regno ſucceſſit. Tunc ætate ingraveſcente, ægritudinibus indies magis magíſq; invaleſcentibus, vitam pertæſus politicam, Magiſtratu ſe qvoq; exuere conſultum judicabat. Qvò autem à mundi immundi vanitatibus & curis liberior reliqvo vitæ tempore pietati & precibus vacare, inq; cœleſtem vitam tranſitum parare commodius poſſet, partitis inter liberos prius curiis & bonis, reditibus ſaltem paucis ſuæ ſuſtentationi reſervatis, ad cœnobium Mariagrenſe, qvod Parens pluréſq; è Nobilitate Danica Viri conſpicui intentione bona fundârant, ſeſe recepit; exædificata ſibi prius extra Cœnobii parietes habitatione & juxtà templum ſacello, qvòd precum & devotionis ergo qvotidie inviſens, vitæ tandem ſatur animámq; Deo commendans placidè obiit Anno 1503 ætatis - - & juxta oſſa dilectæ Conjugis, qvæ jam antea fatis conceſſerat Anno 1487, ſepultus eſt. At qvia Religionis & rerum varia viciſſitudine facta, cœnobium hoc atq; ſacellum non integrè conſervarentur, ſepulchrúmq; inqvietaretur; amborum oſſa inde exempta in hunc locum honorificè juxta monumentum transponi condíq; Anno 1589 pietatis in Progenitores ergo curavit GEORGIUS ROSENKRANTZ de Roſenholm Ottonis F. Holgeri Nepos, hujus Erici Pronepos, qvi & ſepulturæ locum hoc monumento in perpetuam ad poſteros memoriam ſuis ſumptibus poſito decorari F.

Me-

Memoriæ
D. OTHONIS G. F. ROSENKRANTZII.

OTHONI ROSENKRANTZ

GEORGII Eqv. Splendidiss. & inter Proceres Regni Daniæ eximii Filio, juveni pio, bene morato, docto, ab omni luxuria & fastu alieno & qvod rarum huic ætati est, mortis perpetuo memori, qvi præcipuis utriúsq; Germaniæ urbibus & Academiis perlustratis, in patriam vix reversus sub ipsum juventutis florem suorum ex oculis, non memoria, sublatus est Anno Christi CIƆIƆLXCII die VII Martii ætatis suæ XXI.

Cultor OTHO à teneris sincerus Numinis annis,
Musarum decus & patris pia cura Georgi,
Hoc sua deposuit ROSEKRANTZIUS ossa sacello,
Cum tria complêsset vix dum septennia, primis
Dania litterulis hunc imbuit: addidit artes
Et lingvas Varnus, Scaldis, Nicer, Isula, Rhenus
Judicium & mores ita formavere, senile
Ut qviddam viridi jam conspiceretur in ævo:
Optatos hinc sperabat sibi patria fructus,
Sperabant Rex & proceres claríq; parentes,
Verum aliter Domino placuit, qvi noluit isti
Tot spinas instare Rosæ & mox leniter ungve
Somnifero avulsam cœlestibus intulit hortis,
Pars ubi sidereæ nulli evellenda coronæ est.

Obdormivit anno CIƆIƆLXCII mensis Martii die VII. hora VIII. anno ætat. XXI.

GEORGIUS ROSENCRANTZ & DOROTHEA LANGIA parentes mœstiss. filio desideratiss. in spem lætiss. resurrectionis cum lachrymis P.P.

Aliud Brevius Eidem.

Dania dat patriam, Rosecrantzia Nomen OTHONI
Nobile gens: puerum pietas formavit:, in urbes
Teutoniæ eximias Charites duxêre: reversum
Mors rapuit: reqviem exuviis hic terra, beatæ
Lumina dat menti Christus, nova gaudia cœlum:
Illius exemplo vel ipso flore juventæ
Disce mori, humanæ summa hæc Sapientia vitæ est.

Ao. Dni MDXCVI. IX Apr. obdormivit in Domino
GEORGIUS ROSENKRANTZ
de Rosenholm hic sepultus cum uxore sua dilecta
DOROTHEA LANGE
defuncta Anno - - qvorum animæ reqviescant in pace.

Dn. GEORGIUS ROSENKRANTZ *de se ipso loqvitur:*

Curarum satur & rerum, qvas mundus adorat,

Hoc vivus mihi delegi struxiq; sacellum,
In qvo tranqvillâ post fata qviete potirer:
Voce sua Christus dum me revocaret & omni
Crimine mundatum cœlesti in sede locaret.
Ergo valete arces & opimæ jugera terræ!
Aula vale: valeant Regum qvos nomine honores
Et Patriæ gessi, cui si satis utilis esse
Haud potui, studui certè, mundana valete
Omnia, sed Christus mihi custos unicus adsit!
Hic mihi solus amor, spes, lucrum, honor, omnia solus,
Ac tu, qvi terræ post me dominaberis isti,
Parce mihi, ne sis defuncto injurius, ipse
Qvi vivus ne vel minimo gravis esse cupivi,
Scito sed ad metam hanc ipsam te tendere eoq;
Disce mori, dum vita placet, propere omnibus instat
Mors hodierna mihi, tibi crastina fortè futura.

Hic qvoqve patrio onerari se passa est sepulchro Nobilissima Virgo HELENA JANI F. ROSENKRANTZIA, *cui carmen elegans appositum:*

Hic decor, hic honor, hic multum placitura voluptas,
Hic optata qvies, hic bona cuncta virent,
Huc age contendas, qvantum potes, hic mera vita est,
Hic hortus, portus lætitiæq; domus!

In Sacello illud additur:

Id qvod es ante fui, qvid sim post fata reqviris,
Qvod sum qvicqvid id est, tu qvoq; lector, eris.

Item:

Qvisqvis ades, sic te fragilem memorare, viator,
Mors est certa, brevis gloria, vita nihil.

Lapidi pone altare muro inserto literatura aurata inscriptum:

1532
HENRICH ROSENKRANTZ Ridder.

In Monumento qvodam in Choro:

Anno Domini 1496 døde ærlig og Velbyrdig Mand
HOLGER ERICHSEN ROSENKRANTZ
til Boller paa Krogholm i Schaane og blev fort til Mariagers-Kloster og er der begraven.

Ab alia ejusdem parte:

Anno Domini 1522 døde ærlig og Velbyrdig Mand
OTTHE HOLGERSEN ROSENKRANTZ
til Boller udi Lübeck og blef ther begraven udi Dom-Kirken, og lod hans Søn Holger Rosenkrantz hans Been der optage og lod ham igien nedlegge udi Boller Sogne-Kirke Uth Kirke.

Jux-

Juxta aram Euro-Notum versus Lapidi inscriptum.

Thenne Steen haver ærlig og Velbyrdig Mand Jörgen Rosenkrantz til Rosenholm ladet her sætte, hans kiære Forældre, som er hans Fader og Oldefader til en Afmindelse og Ihukommelse og i then visse Forhaabning om en glædelig Opstandelse til det ævige Lif.

In lapide inferiori:

Men siden efterat Bollergaard og Gods fra rætte Arvinger er forandret, haver Holger Rosenkrantz Jörgensen til Rosenholm Aar M.D.C.XLII. sin Oldefader Otthe Holgersen Rosenkrantz og hans Hustrue Frue Margrete Gans, samt sin Oldefaders Søster Frue Sophia Rosenkrantz Holgers-Daatter Sl. Axel Brahes til Krogholm, deres Been udi Boller Sogne-Kirke Udt Kirke ladet optage og tillige med de Steene, som der sammesteds paa dennem fandtes, hid til dette Sted ladet føre og dennem til en hæderlig Afmindelse hos andre deres Oldefædre og Slegt nederlegge, udi en vis Forhaabning paa en salig og glædelig Opstandelse til det ævige Lif.

In sacello visuntur effigies Dni GEORGII ROSENKRANTZ & Uxoris, *item Inscriptiones, quæ sequuntur, cum Latina, tum vernacula:*

Tandem hunc curarum nexu vitæq; solutus,
  Qvo conderer mihi ipse condidi locum,
Extructo, ut cernis, secreta in parte sacello,
  Ut svaviter mea hac qviescam in cellula.
Vox Salvatoris donec lætissima letho,
  Ceu blandulo fusum sopore me excitet.
Ipse animam promens, ipsum hoc ex pulvere corpus
  Prodire splendidum jubebit & novum.
Hunc in carne mea spectabo hominemq; Deumq;
  Alius haud oculis, sed his ipsis meis.
Nunc oblita mihi tot cultæ jugera terræ,
  Nemora lucus, arces, opes, Regum domus.
Et gesti in patria, non infima, munia honores,
Refert præterea ibidem Dnus Pastor, imaginem Deiparæ, sanctissimum olim Templi hujus ornamentum, à Nobili Viro Beat. Georgio Marsvin *Domino in Avnsberg cum aliis translatam esse ad templum* Siörslet, *ubi hodienum unacum pluribus Papatûs spoliis, visitur. Inesse qvoq; muro cœmeterii Karupensis saxa qvædam variis figuris hieroglyphicis ornata. Item dari locum qvendam in campo Karupensi, unde jactus lapidis patet in 3 Diœceses* (Stiffter) *3 Præfecturas* (Ampter) *3 Nomarchias* (Herreder) *3 parœcias* (Sogne) *& 3 regiones vulgo* Sysseler, *notatu non indignum.*

NB. *Ad postremum monet, superesse adhuc in vicinâ parœcia Thorningensi juxta villam Graaegaard vestigia istius cœmeterii, in qvo sepultus fuit Rex Dan.* Sveno *prostratus eò loci in eryceto Graabeede, unde vulgo* Gratte *vel Grathe cognominatur. Idem antea observavit* M. Chr. Ericius *in Descript. Viburgi.*

In SAMO BALTHICA.

Conjunguntur in templo Nordbyensi *gemella insignia gentilitia: Horum alterum duabus illustratur stellulis totidémq; semilunis, substrata inscriptione:*

Arma
Domini NICOLAI CLAUSON
Episcopi Arhusiensis.

Alterum tribus trabibus globulísq; distinctum compluscules istiusmodi ostendit epigraphen:

Dominus MARTINUS JOHANNIS
Præpositus in Samsöe.

De priori monet Resenius in Descript. Samsoe Havn. 1675. pag. 27 seqv. fuisse eum è nobili Schadorum *stirpe oriundum, qvorum stemma stellas duas cum semilunis candidis in cæruleo solo exhibere demonstrat: Posteriorem autem ad nobilem* Presentium *pertinere familiam, cujus sunt trabes rubri coloris globuli in area flavâ & interdum nivea. Jam verò dictum Arusiensem Episcopum* Nicolaum Claudii *Avum habuisse maternum Dnum* Jacobum Present *Toparcham de Wollerop in Sialandia, adeoq; Præposito, cui hic jungitur,* Samsoensi *necessitudine fuisse conjunctum. Testatur præterea B.* Paulsonius *in Biblioth. Arhusiensi pag. 59. insignia Præsulis ejusdem eodem modo in meridionali templi* Saxildensis, *qvod in provincia* Hatsherred *est, reperiri fenestra.*

In Templo ejusdam insulæ ONSBERGENSI *parieti affixum cernitur signum Christi de cruce pendentis affabre figuratum inauratúmq;, cui substernitur fæminei funeris imago cubitus incumbens, appositâ clepsydra cum inscriptione vernacula:*

Mit Glas er udlobenn Anno 1596.
Id est: Clepsydra mea effluxit.

Huic accessit epigraphe historica, qvæ sic habet:

Dette forgyldte Crucifix var bunden paa et dødt Mennisse, oc kom flydende her til Landet ved Isseman i Gammeborg Sogn. Der de vilde age det til Kirckegaarden, kunde fire Heste icke drage det, icke heller kunde de faae samme Liig til Colbye Kirke, men der de vendte Vognen om til denne Onsberg Kirckegaard, drog tho Heste det letteligen, oc blef begrafven udi den Øster Gafl af Kircken Anno 1596.

Id est:

Inauratum hocce Cruci affixi Servatoris signum sibi alligatum habuit funus qvoddam ad locum Isseman parœciæ Gammeburgensis appulsum. Qvod cum ad Gammeburgense veheretur cœmeterium, eqvi qvatuor haud fuerunt trahendo, Colbyensi qvoq; inferri noluit, directô autem ad Onsbergense hoc cœmeterium vehiculô, eqvi satis superq; sufficiebant bini, adeoq; in orientali ædis parte sepulchrum invenit. Anno 1596.

Hinc templo nomenclatura vulgo mansit Hellig Korss-Kircke ɔ: Ædes S. Crucis.

Asservatur ibidem elegantissima hierotheca Papistica vulgo Monstrantz.

NB. *Nomen* Onsbierg *quasi* Osbierg ɔ: Osuræ mons, *judice Resenio, originem debet* Osuræ FROTHONIS PACIFICI *gnatæ, cujus olim circa annum Christi decimum filii duodecim piraticam exercentes in* Samo *hac Balthica ab uno* Arvaroddo *itidem pirata uno ictu ligniq; gubernaculo navis destinati impulsu omnes simul feruntur occisi.*

In Templo BETZER.

Wid dette Synder Alther Hiorne liger begravet Erlig Qvinde

Sl. KAREN

Mester Jörgens udi 31 Aar og Mester Hanses udi 8 Aar, som (NB. var den første Egte Prouste-Qvinde her paa Landet, som døde Kyndelmysse Afthen 1599. og Moder til 1 Søn og 6 Daatter, alle hensovendes for sig i HErren, di 5 her begraffvit, de 2 i Aarhuus Dom-Kirke hos deres Mænd Sl. Mester LAVRITZ BERTELSEN i fordum Tid Biscop, og hos Mester Lauritz Nielsen Canich og Sogne-Præst til Dom-Kircken.

NB. *Qui hanc inter honestas primam constituit, plures minus honestas præsupponere videtur.*



Mar-



DIOECESIS WIBURGENSIS.

WIBURGI.

In Æde Cathedrali primùm D. Virg. dehinc S. Ketillo dicata.

Monument. Reg.

Visitur in Choro pone altare sepulchrum Regis Daniæ ERICI VIti *cognomento* GLIPPING, *qvem anno* 1286 *vigiliâ S. Cæciliæ Finderupii oppressit conjuratio* Stigotiana, *plagis plusqvam septuaginta confossum. Ut scilicet sacro viatico, qvo moriens frustratus erat, vel mortuus frueretur* Ericus, *inclusam argenteæ pyxidi hostiam sarcophago ingessit malesana superstitio, inscripto hexametro:*

Panis adest veræ donans sponsalia vitæ.

Fatalem Regi huic venationem (qvippe qvi ad venandum egressus, cum in memorato juxta Wiburgum pernoctaret pago, à conjuratis nefariè occiditur) adumbratis, qvi feras perseqvebantur, canibus, repræsentâsse Monumentum pristinum auctor est in suo de Rebus Wiburgensibus MSSto in Bibliotheca Grammiana asservato Beat. Mag. Christiernus Ericius *ad Dominicanorum, quæ Wiburgi est, Ædem qvondam Pastor Primarius his verbis:* Bag Alteret findes ingen, uden Salig og Høyloflig Konning Erici VI Graf, som er ophøyet over Jorden, hvorpaa er lagt en stoer Træ-Ramme Anno 1638. og der omkring er udhuggen en Jagt med Mynder og Diur i Løv-Verk, og midt paa den Bogstaf E. med en Crone. Hans Grav er muuret, dog ey større end Kisten derudi kand staae, Kisten er af Træ og uden om samme Træ-Kiste findes en anden Kiste af Blye, hvilken letteelig kand sees, naar man optager det Træ-Monument, som der ligger, og kand man see Kisten, som gandske er fuld af Steen og Grus af et Hull, der er paa Hvelvingen paa samme Grav, og var værd at repareres igien for dends Ælde skyld. *Postea ibidem alia manu adscriptum:* Ao. 1708 den 16 Maji blef Kong Erichs muurede Grav nedbrudt og hans Kiste deraf udtaget, hvor i fandtes hans Hoved-Been, hvor mange smaa trekantede og runde Huller og Blessurer paa det heele Been saaes, ligesom det kunde have været giordt enten med Stridshamre eller Pige af Morgenstierner. Saavelsom hans Skoesaaller, sampt hans Sværd saa bred som 3 Fingre, Klingen 7 Qvarteer lang og var der en Krydse paa Fæstet, og en stoer Knap af en Materie, ligesom det kunde have

været fiin Messing. Item en liden Æske af Sølf, hvorudi hostia var lagt af Munkene etc. Uden omkring denne Æske stod denne Rhythmus, som var læselig nok: Panis adest veræ donans sponsalia vitæ. Og blev hans Kiste og Grav forflyttet af det Sted, som den stod midt paa den Pille, som de 4re Hvelvinger neden under i Krafft-Kirken ere samlede paa, og tre Alen meere Vester paa imod Alteret, og det formedelst den nye Convent-Huusets Indgang, som Biskop Bartholomæus Deichmann samme Tid lod indrette.

Hæc verò omnia cum absorpsisset, quæ Urbem tantum non universam Ao. 1726 absumpsit feralis flamma, conditus denuo, debita Regiorum Manium observantiâ, & quidem eodem, quo Regia lipsana olim condebantur, loco, Regalis tumulus, nigro obductus operculo, fulgentibus in quatuor angulis totidem coronis auratis, adjectaq; inscriptione metrica auctore Summè Venerabili Vibargensium Episcopo Divo Johanne Trellundio, *Poëta Latiali longè Venustissimo. Conspicitur nimirum primò coronatum.*

E. 6.

Deinde figuræ pyramidali inclusa Gnome:

Innocentia Triumphat.

Literis initialibus I. T. *Auctorem tacitè designantibus. Substrato eleganti tetrasticho:*

ERICUM, ferro qvem Finderup impia stravit, (a)
Wiburgi in cineres flamma redegit atrox, (b)
Ne tamen exustum pereat cum REGE sepulchrum,
Ligna tibi & Lapides Marmora, SEXTE, parent. (c)

(a) MCCLXXXVI. 22 Novembris.
(b) MDCCXXVI. 25 Junii.
(c) MDCCXXXIII. 30 Novembris.

De Vigilia matutina & hymnis in memoriam Regis hujus, etiam post sacrorum Reformationem, diu hic cantari solitis digna sunt quæ afferantur, sequentia ex citato nuper MSSto Ericiano: Udi forrige Tider ved det Aar 1560 til 1630 da Doctor Wandalinus blev Bisköp, var det Sædvane, at Bispen, Lector, Præsterne og de andre Geistlige hver Morgen selv gik i Chor udi Dom-Kirken ved halfgaaen 5 Slet, naar det ringede (med tvende smaa Klokker, som hængte udi et lidet Taarn midt paa Kors-Kirken, takt med hvid Kaabber, hvor fra Strængene nedgik i Alter-Gulvet) til Baad-Sang, som det da kaldedes, og kaldedes det og saaledes udi min Barndom, og er det saa meget som Baade-Sang, thi da blev der siunget Latinske Psalmer, som var en Levning af Pavedommet, da der holdtes Siæle-Messe over Konning Erich Glipping, som er udi Dom-Kirken begraven og blev ihielslagen etc. udi en Lade i Finnerup ved Wiborg, og af den Baade, u-formodentlige og ynkelige Mord blev Messen og Sangen kaldet Baad-Sang *quasi* Baade-Sang. Og paa det de Geistlige ikke skulde miste det Beneficium, som var lagt til samme Siæle-Messe, nemlig Indkomsten af Fuslom, da bleve de Lutherske Geistlige ved at holde selv udi egen Person Chor hver Morgen og sang Latinske Psalmer af flere Psalme-Bøgger, hvilke Bøgger vare fæstede udi Kiæder, at de ikke skulde bortstiæles; af samme Bøgger har jeg seet udi min Barndom Bindet og Kiæderne, men Bladene vare borte, som vare skrefne paa

Per-

Pergament, og de, som sang i disse Bøgger vare Cantor, Succentor & Diaconi. Denne Skik at siunge om Morgenen fra Klokken var halfgaaen 5 og til halfg. 6 holdtes ved indtil Doctor Vandalinus blev Biskop, hvilken, enten ved Kongl. Bevilning, eller og ved egen Myndighed forordnede det saaledes, at 12 af de største Disciple udi Wiborg-Skole skulde gaae i Chor hver Morgen fra halfg. 6 og siunge til Klokken var 6, hvilke Discipler fik for samme Tienneste aarlig udi Begyndelsen 6 Slettedaler hver, siden blev det afkortet til 5, siden til 4, dernæst til 10 Mark, hvilket Beneficium de fik saa længe de gik i Skolen, der efter formindskedes det efterhaanden, at de fik slet intet. Og blef der siunget af samme Discipler først: Jam lucis orto sidere &c. Derefter O Gud vi lofve dig etc. Siden en Morgen-Psalme, hvilken de vilde. Og paa det at alting kunde gaae des skikkeligere til, da skulde den øverste Capellan møde udi Kirken hver Morgen og staae udi den øverste Stoel ved Alteret og begynde Sangen, for hvilken Tienneste hand og fik noget til Løn, og kaldtes hand Succentor i Choret og var Sl. Jonas Nielsön Grun (øverst Capellan) den sidste som kaldtes Succentor i Choret. *Hinc bina inprimis elucent imò quàm providè circa proprios reditus se gesserit Clerus Wiburgensis, qvi cum abrogatum quidem Papismum, relictum verò sibi Beneficium Papæum haud item abrogatum vellet, ritum superstitiosum, Missam putà pro anima* Erici *Regis, in innocuum matutinæ pietatis opus scitè mutatum, ut Fuslomenses retineret reditus, tam diu retinuit. 2dò quantò frigidiorem pauperum discipulorum curam gesserit, qvorum pro sublato onere mercedem annuam extenuari passim imo in nihilum desinere passi sunt, suorum emolumentorum Statores inconnivi. Cæterùm hymnos illos matutinos ad ann. 1684 productos testatur in suis ad nos literis Vir Eruditissimus* Chr. Tychonius *Præpositus Wiburgensis, his verbis:* I langsommelig Tid og indtil Ann. 1684 holdtes en Vigilia matutina og Chor-Sang af nogle Pæblinger af Lat. Skole, som endnu havde Qvadram vel mensam Regiam nedre i en Crypta, til K. Erichs Amindelse. *Qvid? qvod ex ipso ore Illustriss. Senis jam Beati* Nicol. Slangii *S. R. M. Cons. Conf. nos qvondam audivisse meminimus, ipsum, dum Wiburgensem olim freqventabat Scholam, utpote Episcopi Wiburgensis M.* Petri Vilhadi *filium, cantionibus istis matutinis interfuisse. Qvod verò maximè Wiburgensium in hunc Regem, etiam post fata ejus, acuebat studia & cantricia inprimis resolvebat ora, erat Insula Lessoa, qvam Canonicorum Wiburgensium qvondam adjecerat Collegio, unde haud pænitendi reditus.*

Monumenta Episcopalia.

Ante novissimum Urbis rogum conspiciebatur in Choro Arca Sti KETILLI, *Wiburgensium qvondam Papicolarum Patroni, ex Præposito Episcopi Anno 1151. 5 Kal. Octobr. defuncti & ob miraculorum famam à* Clemente III. *Pontifice Romano in album Sanctorum relati, de qvo prolixè agitur in Actis Sanctorum.*

Pendebat olim ante sacrorum Reformationem à testudine peculiaris sacelli auratis alligata catenis Arca Ketilliana, cujus ita meminit Resenius in Atlante Dan. Mss.

Ossa Chiliani Vindingii (patria Sancti hujus fuit pagus Vindingensis prope Randrusium) primum in Templo S. Margaretæ recondita, inde, honoribus cœlitum additis, Templo Cathedrali digna & sacello peculiari, ubi altare ipsi erectum cum lampade die noctuq; ardente,

qvotannis per plateas aurata in arca circumferebantur. NB. *Incendio novissimo Wiburgensi hac Arca S. Chetilli pone Altare reposita periit.*

Codd. Membran., qvem ex donatione RANTZOVIANA asservat Bibliotheca Acad. Hafn. Publ. Secul. XIII à Monacho qvodam Monasterii Øm f. Caræ Insulæ in Diœcesf. Aarhusf. compilatus, præter ampliorem dicti Cœnobii historiam, Vitam GUNNERI, ex Abbate ibidem in Episcopum Wiburgensem à Gregorio Cardinali, Apostol. Sedis Legato, qvicum Parisiis olim consveverat, Anno M.CC.XXII. electi, ad calcem aliâ manu habet adjectam, cujus epilogus de obitu hujus Episcopi in Monast. Asmiald (ubi habitâsse videtur, nam in antecedentibus dicitur semel qvotannis vel bis omnes cives Wibergenses ad se Asmiald invitatos delicioso apparatu pertractâsse) & sepultura in Eccles. Cathedr. Wiburg. seqventia prodit: *Cum ætatis sue centesimum annum ducere cepisset & Dyocesin Wibergensem per triginta annos rexisset, bona multa & predia eidem Episcopatui adjungendò, solus calor naturalis in eo defecit, qvod comesta degerere non valebat, qvam infirmitatem per totam estatem sufferens & in autumpno in bono testamento coram omnibus nobilioribus sue Dyocesis finivit dies suos* Asmiald *Anno Domini* M.CC.LI. *die Sti Genesii Martyris feria sexta & hora sexta. Cujus corpus humeris prepositorum & clericorum ac aliorum nobilissimorum ad septentrionem per stangnum portatum est cum bonore decenti & debito, obviante funeri suo ad litus ipsius stangni toto clero & populo ipsius civitatis cum crucibus ecclesiarum & vexillis, & sic ad Ecclesiam Ste* Marie *illud honorificè ferentes sepelierunt in eadem Ecclesia in* Capella sepulchri Sti KETILLI *ante altare ejusdem Capelle. Ornamenta itaq; pontificalia, qvibus ipse sepultus est, per qvinq; vel sex annos ante mortem suam fecit de novo parari, qve manu propria ipse benedixit. Sepeliebatur autem in habitu nostri ordinis (scil. Cisterciens.) sicut & in omnibus indumentis pontificalibus cum anulo & baculo. Qvedam autem littera plumbo involuta capiti ejus suppositum est, totam seriem vite sue continens & annorum: qve qvidem littera, si effodi cum de cetero aliqvando contigerit, ignorantibus eum plenam de eo nuncient veritatem. Animam verò ejus Deo & Sanctis suis commendamus.*

Lapis sepulchralis repræsentat Episcopum Nicolaum Globium *Pontificalia indutum cum inscriptione:*

Anno Domini MCCCCXC octavo obiit
Dominus NICOLAUS GLOB
Episcopus Vibergensis & jacet hic, orate pro eo.

In Sacello australi Spir. Sto Sacr.

Reverendi Viri
Magistri CHILIANI JULII
Superintendentis Vibergensis secundi Uxorisq; ejus ANNÆ JOANNIS corpora hic qviescunt, animæ autem eorum in cœlis fruuntur consortio Filii Dei Salvatoris sui. Anno Domini - -

NB. *In medio lapide adsunt insignia Beati Præsulis sc. Columba ramum ostro ferens oleaginum, additô* J. H. S.

Ci-

Cineribus

Mag. PETRI THEOGARI

Episcopatu Vibergensi ann. XXV perfuncti Anno MDXCIV ætat. LXIII obdormientis posuere hæredes.

NB. *Adduntur itidem insignia Crux, serpens & rasum monachi caput, de qvibus infra.*

Epitaphium Mag. NICOLAI ARCTANDRI *Superintendentis Wiburgensis Anno 1616 defuncti, qvi cum Uxoribus binis* Maria Stratmannia & Catharina Scavenia *hic qviescit, ita habet:*

Qverneffum genuit, nutriit Nidrosia, Musas
  Haunia, Marpurgum me docuere sacras:
Qvæ didici, docui, reddens θεωρία primum
  Regis ad Hauniacas Arx ubi surgit aqvas.
Post operas Viberga meas, me Præsule, sensit,
  Ex Christi puro dogmata fonte bibens.
Cum thalami sociis binis natisq; duabus
  Præmissis, gnato spe generis reliqvo,
Corpus humo, mentemq; Deo famamq; relinqvo
  Terrigenis moriens vividus astra peto.

Hoc saxo teguntur Exuviæ Plurimum Reverendi, Excellentissimi & Amplissimi Viri

Domini JOHANNIS VANDALINI

SS. Theol. Doctoris Celeberrimi. Nati Ripis Cimbrorum Ao. MDLXXIX die XX Augusti. Qvi post exactos domi forisq; summa cum laude annos 34 & lustratas interea plerásq; ac præcipuas Europæ partes, primùm Ecclesiæ Othinianæ in Fionia Pastor Primarius annis ferè qvatuor. Deinde Episcopus Viburgensis Vigilantissimus per annos XXIV ac semestre. Et Capituli hujus Templi Canonicus dignissimus ultra annos XVII. Maritus annis XXV & XI liberorum Pater piè defunctus est anno ætatis LXIII. magnis Viris fatali, nempe Anno Chr. MDCXLI. die XVI Dec. nec non Uxoris lectissimæ Matronæ Honestissimæ Laudatissimæq; MARGARETÆ JOHANNEÆ Senatoris Othoniani filiæ, qvæ consumptis in hac vita annis prope XLVII in placido autem conjugio XXV & pia viduitate supra qvinq; obdormivit in Domino anno 1647. 27 Jan. Ambo ingens sui desiderium reliqverunt, gloriosam verò resurrectionem heic exspectant beatioris vitæ candidati.

Her hviler Hæderlig og Hoylærde Mand nu Salig hos GUD

Doct. JOHAN DIRICHSöN BADSKER

fordum Skolemæster i Siælland paa den Adelige frie Skole

Herlufsholm 6 Aar. Sogne-Præst til samme Sted 10 Aar. Hans Kongl. Majests. FRIDERICH den 3dies Hoff-Prædikant 8 Aar, Bisköp over Wiborg-Stifft og Canick 1 Aar 7 Maaneder. Dode i sit Alders 51 Aar, der man skrev Aar 1661. Denne liden Tafle har denne Salige Mands efterlatte Hustrue Anna Pouls Daatter ladet opsætte hendes Salige Hosbond til Ære og Ihukommelse. GUD give os paa Dommens Dag en glædelig Opstandelse.

Cineribus & Memoriæ
Dni Mag. PETRI VILHADI,

qvi omnem ætatem pietate & doctrina illustris, bonis omnibus domi forisq; charus. Exteris, cum qvibus toto vixit qvinqvennio, idem sui desiderium ac antea Patriæ reliqvit, redux ad Ædem sacram D. Michaëlis Slaglosiæ anno æt. XXX Pastoris demum & Præpositi honores meritus post Episcopali dignitate hac patria in urbe eminuit annos XII. Vir omnis eruditionis & reconditioris doctrinæ sacrarium, Antiqvitatum inprimis Patriæ ut magnus amator sic doctissimus, cui antiqva fide & candore nihil unqvam fuit antiqvius. Vixit annos LXVIII. Obiit VIII Kal. Mart. Conjugem habuit DOROTHEAM NICOLAI Domini Doct. NIC. PETRÆI SS. Theol. P.P. filiam. Qvæ XXIV annos stabili conjugio 2 filiorum & 5 filiarum Mater, felicissima Optimo Marito & bene merenti hoc pietatis officium persolvit mœsta.

Unum necessarium. Cœlum non solum.
Hic ossa qviescunt Viri Pl. Reverendi
Doct. SEVERINI GLUDII,

qvi anno Christi 1621 in lucem editus est, post exantlatos apud Sædlandos in Ecclesia Tostrup 25 annorum labores anno 1673 ad Episcopatum Vibergensem evectus, hanc vitam finiit anno 1693. In hoc tumulo sibi associatam habet Optimam, Svavissimam & Castissimam Conjugem

IDEAM CHRISTINAM MOTH.

Natam anno 1644. Denatam verò - - NB. *Nobilitatus à Rege.*

Cineres
Viri Nobilissimi & summe Venerandi
Domini Doct. HENRICI GERNERI

Hafniæ nati 1629 die 9 Decembr. qvondam Pastoris apud Bir-

Bircherodios Siælandiæ 37 annos, Præpositi Districtus Lynge-Coronæburgensis 3 annos, Episcopi Diœces. Wiburgensis. - - Nec non Uxoris Dilectissimæ, Piissimæ & Nobilissimæ Dominæ DOROTHEÆ BIRCHERODIÆ natæ Bircherodii Siælandorum 1636 die 11 Octobr. XI filior. & filiar. Parentum justo jure hæc urna contegit. Vixêre autem unà conjuges 44 annos, ille Pastor, Præpositus & Episcopus 70 annos, illa virgo casta & mater fœcunda 69 annos. Obiêre anno salutis restauratæ 1705 (a) ærumnarum, bellorum, laborum, honorum & dierum saturi, resurrectionem carnis & gloriosam æternæ vitæ coronam præstolantes.

2 Reg. 33. v. 18. Lader hannem ligge, ingen røre hans Been.

(a) *Confer Inscriptionem Templi Bircherodiani supra inter Sialandicas adductam*, Vinculis Sveco-Gernerianis *ibidem suspensis adjunctam.*

EPITAPHIUM,
Sarcophago inscriptum.
Venerare. Vel. Capulum. Lector.
Capit. Id. Exuvias. Animæ. Verè. Magnæ. Qvia. Vere. Doctæ. Verè. Piæ.
Capit. Reliqvias. Qvas. Deposuit.
VIR.
De. Qvo. Dania. Et. In. Ea. Qvidem. Havnia. Et. Viburgum. Inprimis.
Æternum. Gloriabuntur.
Qvem. Ecclesia. Et. Litteræ. Æternum. Lugebunt.
Per-Illustris. Summe. Venerabilis. Et. Celeberrimus.
Dn. JOHANNES. TRELLUNDIUS.
Natus. Havniæ. Prid. Non. Octobr. A. Chr. MDCLXIX.
Patre. EDVARDO. TRELLUNDIO.
Cive. Et. Negotiatore. Havniensi.
Matre. CATHARINA. MöLMANNIA.
Denatus. Imo. Vere. Natus. Viburgi. Prid. Id. Jun. A.C. MDCCXXXV.
Cum. Ultra. VIII. Menses. Supra. LXV. Annos. Sibi. Satis. Parum.
Suis. Parum. Ecclesiæ. Vixisset.
Honore. Consiliarii. Regii. Status. Raro. Raræ. Gratiæ. Brabeo.
A. Rege. Donatus.
Sed. Verissimis. Virtutis. Partæ. Adoreis. Ornatus. Nam.
Lectorem. Theologiæ. Christianiæ. Norvegorum. Per. Duos.
Præpositum. Copiarum. Apud. Exteros. Reg. Generalem. Ultra. Tres.
Professorem. Eloqventiæ. Havniensem. Per. Duos.
Præpositum. Diœces. Et. Pastorem. Primar. Agershusiens. Ultra. Qvatuor.
Professorem. Theologum. Havniensem. Ultra. Qvatuordecim.
Episcopum. Viburgensem. Ultra. Decem. Annos.
Gloriose. Si. Qvis. Unqvam. Egit.
Ubiq;. Merito. Suo. Amatus. Ubiq; Laudatus.
Enumeravissemus. Nisi. Numerum. Excederent. Laudavissemus.
Nisi. Æstimationem.
Itinera. Per. Potiora. Et. Politiora. Europæ. Regna. Vere. Litteraria. Offi-

Officia. Deo. Sacratissima. Ecclesiæ, Academiæ. Scholæ. Per. Annos. XXXVI. Fructuosissima.
Merita. In. Diœcesin. Cujus. Clerum. Academiam. Cujus. Cives. Patriam. Cujus. Incolas.
Solidam. Sanctam. Et. Incorruptam. Theologiam. Verbo. Docuit. Et. Exemplo.
Scripta. Qvibus. Eruditos. Ditavit. Litteras. Ornavit. Hostes. Prostravit.
Poëmata. Qvibus. Plura. Veteris. Omnia. Novi. Testamenti. Volumina. Felicissime. Primus. Exposuit. Et. Svavissime.
Legata. XX. Millium. Imperialium. Qvibus. Moriens.
Bibliothecæ. Academicæ. Templis. Egenis.
Huic. Basilicæ. Urbis. Hujus. Scholæ. Et. Ptochodochio.
Sacræ. Augustanæ. Confessionis. Memoriæ. Rudi. Et. Rusticæ. Pubi.
In. Serum. Et. Omne. Ævum. Stupenda. Liberalitate. Prospexit.
Qvæ. Universa. Ornant. Non. Onerant. Liberos. Qvos. Solos.
Reliqvis. IV. Mature. Demortuis. Reliqvit.
Susceptos. Ex. Una. Sed. Svavissima. Conjuge.
Dna. CATHARINA. TRESCHOVIA.
Qva. Nihil. Illi.
In. Vita. Dulcius. In. Morte. Lugubrius. In. Sepulcro. Vicinius.
EDVARDUM. TRELLUNDIUM.
Virtutum. Paternarum. Æmulum.
ANNAM. CATHARINAM. TRELLUNDIAM.
Dominam. De. Qvistrup.
Amabili. Cancellariæ. Regiæ. Consiliarii.
Dni. CHRISTIANI. MOTHII.
Conjugio. Felicem.
Cætera. Norunt. Superstites. Mirantur. Omnes.
Laudabunt. Posteri. Coronat. Deus.
Hoc. Te. Volebam. Lector. Vade. Vale. Et. Qvod. Ille. Fecit.
Cogita. Æternitatem.

Ex Ordine Nobilium.

Hic jacet
JOHANNES de LEMBECH,
qvi obiit anno Domini MCCC. - -

Hic jacet
JUTA
qvondam Uxor Johannis de Lembech, qvæ obiit MCCC. - -

Epitaphia IVARI & PALLANTIS JULIORUM.

Ther mand skref 1468 Aare laugdes IFFVER JUELS Liig paa Baare,
Og under denne Steen hviler sine Been;
Med syn twende Hustruer kiere, som med ham ligger begrafne here.

The-

Theres Vaaben og Contrafeyer her staaer, saa mand kand
vide hvad Stamme de affode var.

Inferius in lapide.

Kom Loich medh Salleichheidh
PALLI JUEL
(Ad imitationem carminum superiorum)

Ther mand skref 1568 Aare
Thug hans Frende Palli Juel sig faare
Og lud ughugge thenne Steen
Og agter her under at hvile sine Been.
Med Frue Anne Lychis Datter sin Hustru kiere,
Som agter med hannem at lade sig begrafve here,
Thieres Vaaben og Contrafeyer her ofven staaer,
Saa mand kand vide hvad Stamme og Slegt de affode var.

Quo pede Pallantem *hunc* Julium *& in ipso præpotentem tum nimis Nobilitatem Danicam metiebatur Maximus ille ac Magnanimus Rex* Christianus IVtus *seqventibus ostendit relatio M. Christ. Ericii in Msto supr. citato, notatu verè digna.* Som det var Skik udi de Tider, at de, som vare i stoer Estime og udi Aat og Ære for andre, lode deres Liigsteene forhøye noget efver Kirke-Gulvet, hændte det sig engang samme Tid (sc. anno 1634 cum filio Friderico IIItio Homagium Viburgi curabat præstari) at Høy-loflige Ihukommelse Salig Konning Christianus Qvartus kom ind udi samme Kirke (ɔ: templ. Cathedr. Viburg.) og der hand ikke kunde komme frem paa Kirke Gulvet for den Liigsteen, som var ophøyet i Kirke-Gulvet over Salige Palle Juuls Begravelse, spurde hand ad: Hvad hand havde giordt, efterdi hand frem for de andre skulde ligge saa høyt? hvortil blev svaret, at hand havde været Lands-Dommer: Da befalede Kongen, at de skulde legge ham ned, efterdi hand var ikke bedre end de andre.

Epitaphium nobilis Vestalis.

Her ligger begrafven ærlig og Velbiurdig
Kirstine Mads-Daatter,
Mads Jonsens Daatter af Thorstelund, som var given ind i Closter og døde her i Wiborg Aar 1577. GUd give hende etc.

Epitaphium Matronæ Nobilis sat portentosum.

Her under hviler Fru Karen Kotte,
Hende bider hverken Muus eller Rotte,
Hun var fød i Mors
J. Chr. Kors.

Epitaph. Generosiss. Herois Dni NICOLAI KAAS *Regni olim Daniæ Cancellarii & Senatoris.*

Her under forvares hans Legeme, hvis Siæl hviler i GUds Haand, den ædle og Velbr.

Hr. NIELS KAAS

til Torrupgaard, fordum to Kongers i Danmark tro Mand, Raad og Cantzeler, en meget skarpsindig og dybtænkendes, trofast og oprigtig Mand. Efterat hand sig i 18 Aar her i Riget og i Tydskland, Nederland og Franckerige i Bogelige Konster og andre Adelige Øvelser berømmelig hafde forfremmet, er siden af Hoylovl. Kong Friderich den Anden til øverst Secreterer forordnet 1560. og samme Bestilling udi 10 Aar betient og strax derefter til Kongl. Majests. Cantzeler 1570, hvilken hoje Bestilling hand udi 24 Aar tillige med mange andre hoyvigtige Legationer haver forrettet. Udi vor Naadigste Konges Kong Christian den Fierdes u-myndige Aar haver hand med 3 andre Rigens Raad begge disse Kongerigers Regiering forvaltet og i alle bemeldte hoye Bestillinger sig et hoyloflige, berømmeligt og ævigt Nafn udi begge Kongeriger efterladt. Salig i HErren hensov 1594 den 28 Junii. Venter med alle Udvalde en glædelig Opstandelse til det ævige Livs ærefulde Fuldkommenhed.

NB. *Hic fuit eruditus ille* Kaasius, *ad qvem D.* Chytræus *tot epistolas dedit.*

D. O. M. S.

Æternæ memoriæ & honori Generosi

Dni. KILIANI KRABBE

de Bruusgaard, qvi ob excellens ingenium, facundiam & in agendo industriam admodum juvenis ad legationes & militiam adhibitus, ea fide, fortitudine & supra annos prudentia se gessit, ut suis magno decori esset, Reipublicæ ornamento & commodo maximo; ob eximias animi dotes & terra mariq; pro Patria susceptos labores à Serenissimo Rege Urbis & Arcis hujus Præses constitutus, muneri huic uno tantum anno magna cum justitiæ & comitatis laude præfuit, in omni deniq; conversatione adeo modestus & pius, ut ingens sui desiderium amicis & bonis omnibus reliqverit. V. Ann. XXIX. Obiit hic Viburgi in ipso ætatis flore, ardente bello inter SS. & P.P.R.R. CHRISTIANUM IVtum & CAROLUM IX. anno ultimi temporis MDCXII præter votum A.B.O.S.F. Et Nobilissimæ ac raræ virtutis Fæminæ

D. CHRISTINÆ JUUL

Hermanni Juul de Aabierg Gothlandiæ qvondam Toparchæ filiæ, qvæ in casto & unanimi conjugio cum tam egregio Viro vixit conjunctiss. annum tantùm unum.

O mi-

O miserandam sortem! Obiit Anno MDC-- uno monumento hic jungi voluerunt, qvos arctius amoris vinculum antea sociaverat.

Lapis loqvitur:

Sum qvia durus ego, perpaucas haurio voces,
Qvæ brevibus refero, Lector amice, cape:
KRABBÆUS, Charitum dulcedo & Martis alumnus,
Conditur hoc tumulo, fama superstes erit.
Ingenio magnus, doctrina excultus & arte,
Corporis atq; animi dotibus auctus erat.
Principibus populoq; placens, percharus amicis,
Et patris & patriæ gloria gentis erat.
Qvem duo discordes qvisq; in sua castra trahebat
Trux Mars & Musæ, conseruêre manus;
Musa cadit victorq; manet Mars ipse triumphans,
Victorem seqvitur mens generosa Ducem.
E bello rediens ad bellum rursus abire
Dum cupit, en Lachesis rumpere fila parat.
Occidit ingenius solidæ virtutis amator,
Musarum & Martis magna columna cadit.
Vix qvinq; attigerat funesto hoc tempore lustra,
Cum mors extremum clauderet atra diem.
Ferte rosas pueri, lacrymas o! fundite servi!
Condoleat sapiens, hostis, amicus, inops.
Hæc CHRISTENSA jubet Conjux viduata Marito
JULIA me fari, chare Viator, abi.

Nobiliss. & Generosiss.

Dnus PETRUS LERCHE

Dominus de Lerchenfeld & S. R. M. in Supremo Tribunali Justitiæ & Cancellariæ Consiliarius, nec non antiqvæ Chersonesi Cimbricæ Judex Provincialis Senior, qvi natus Neoburgi 17 Aug. 1642 & 21 ejusdem mensis renatus annis accrescentibus, studia humaniora, lingvas & artes liberales coluit. Exteras Nationes adiit, qvippe Batavos, Gallos, Hispanos visitavit, postqvam variis magnarum rerum, ita jubente Sacr. Reg. Maj. functionibus feliciter & fidè præfuisset, humanæ sortis haud immemor, memoriæ süæ & suorum ad majores ita dispensante Numine Sacratissimo, honores iturus, à morte ad vitam, monumentum hoc justo pretio sibi suisq; vivens comparavit & posuit Anno 1695. Denat. 1699.

NB. *Hic qvoq;* 1606 *d.* 7. *Dec. sepultus fuit* HENRICUS BELOV de SPÖTTERUP, *Præfect. Diœces. Wiburg. Sermonem parentalem habente Episcopo* Nic. Arctandro. *Text. Gen.* 25 *à vers.* 7 *ad* 11. *Ille Ao.* 1540 *d.* 6 *Dec. in Ducat. Megapolit. natus,* 1583 *intravit Daniam.* 1565. *duxit in matrimon.* Elisabetham Skram, Laurentii Skram *de Hastrup* & Mariæ Bil-

le *Filiam, ex qva procreavit:* Claudium & Laurentium Belovios, *nec non* Mariam & Dorotheam atq; Sophiam Belovias. *vid. Mss. Chr. Er.*

Pone Altare.

Memento mori.

1652.

Her hviler Erlig og Velbiurdig Mand nu Salig

MOGENS KAAS

til Krabbesholm, fordum Kongl. Majests. Befalingsmand udi Dueholms Closter, som Gud fra denne Verden til sig fordrede paa Krabbesholm den 15 Martii Ao. 1639. efterat hand her hafde lefvet Christeligen, oprigteligen og vel udi 46 Aar og 12 Dage, desligeste hans kiære Hustrue Erlig og Velbyrdig Frue

JOHANNA HÖG,

som og saligen udi Herren hensov paa Krabbesholm d. 10 Maji udi samme Aar, og forventer her begge med alle Guds Born en glædelig og ærefuld Opstandelse.

Her under hviler Erlig og Velbiurdig Mand

THYGE KRUSE

Envoldsen;

til Aastrup, som blev fød udi Kiøbenhavn Anno 1604. d. 2. April. og døde meget salig og sagteligen paa Aastrup d. 2. Febr. 1629. med hans kiære Hustrue Erlig og Velbiurdig Frue,

Frue KAREN SEHESTED

til Øland, som blev fød paa Arensborg-Slot Anno 1606. d. - - og døde Anno - - saavelsom hendes anden kiære Hosbond, Erlig og Velbyrdig Mand

JöRGEN SEEFELD

til Wisborggaard Kongl. Majests. Befalingsmand ofver Augdesidens Lehn i Norge og Gouverneur ofver Christiansøe, som var fød paa Skiervad Anno 1606 d. 17 Decembr. Anno - - med hans første kiære Hustrue, Erlig og Velbiurdig Frue

Frue BARBARA FRIIS,

som var fød paa Kiøbenhavns-Slot d. 15 Febr. Anno 1622. og døde udi Othense d. 19 Sept. Anno 1638. Gud give dennem 2c. Anno 1639 lod Erlig og Velbyrdig Frue KAREN SEHESTED opsette dette Epitaphium ofver hendes salige Hosbonde THYGE KRUSE Envoldsön. Anno 1649 lod Erlig og Velbyrdig Mand JöRGEN SEHESTED og Frue KAREN SEHESTED staffere dette over dennem samptligen.

NB. *Georgius hicce Seefeldius, cujus inter alios meminit Epitaphium, diver-*

diversus est ab Eruditissimo illo Georgio Seefeld, *qvi ab anno* 1630 *ad annum* 1661. *Judicem Sialandiæ Provincialem egit, instructissima inclytus Bibliotheca, qvæ Possessore Ao.* 1658 *Hafniæ tum obsessæ incluso, à Svecis diripitur, in Bibliothecam Acad. Upsaliensis magnam pastem transportata. In posteriore hocce* Georgio Seefeld *illud erat singulare, qvod, teste* Resenio *in Atl. Dan. omnes mulieres aversaretur usq; eò, ut splendidè licèt viveret & lautè, nullos tamen nisi viros habuerit sibi ministrantes. Obiit Hafniæ* 1661 *postqvam ad paupertatem irruptione Svecorum pene esset redactus.*

Her under hviler Erlig og Velbiurdig Mand
THYGE KRVSE
Thygesön.
til Steenalt, fød paa Aastrup Anno 1629 d. 16 Aprilis og døde paa Holmgaard d. 16 Maji Anno 1649. Hans gandske Alder 20 Aar, 1 Maaned. Gud gifve 2c.

In Choro.

Her sofve og hvile udi Herren tvende Edle Velbyrdige Mænd, dend Eene
NIELS SEHESTED
til Bechmark, fød paa Arensborg paa Øsel Anno 1595, som fra sit første mandelige Aar hafver udi adskillige Krigs-Bestillinger ladet sig bruge, og først udi Nederland, hvor hannem betimelig er Fendrichs-Bestilling betroet, derefter udi den Bøhmiske Krig Anno 1620, hvor hand for og udi det Slag for Prag Ritmester-Charge haver betient, og endelig udi den Tydske Krig er af Kongl. Majest. her udi Dannemark Ao. 1625 til en Ritmester, og siden til en Major forordnet.. Midlertid hafver hand fra Anno 1623 lefvet udi it Christeligt og kierligt Ægteskab med Erlig og Velbr. Frue BIRGETE BRAHE Axelsdatter udi 4 Aar og 3 Maaneder indtil Annum 1627, der hand ved it u-lykkeligt Skud af it Skib da er bleven dødelig saaret og af Gud hedenkaldet. Den anden
HANS CASPAR von Reibnitz
fød til Alterfurst udi Neder-Lausnitz Anno 1596, som og fra første Ungdoms Aar udi adskillige Krigs-Løb er blefven brugt og først under de begge vidtberømte Obrister Hr. Sigfried Golnitz og under Obriste Schwendi, under hvis Regimenter hand ogsaa nogle Aar indtil Annum 1624 for en Fendrich imod Tyrken hafver tient, derefter er hannem et Compagnie, at være Hopmand ofver under den Keyserlige Armee betroet udi nogle Aar at føre imod Tyrken, Bethlen

Gabor, de Rebelliske Bonder, og den eene og andre Keyserens Fiender indtil Annum 1630, da hand her udi Riget hafver begivet sig udi Ægteskab med forbemeldte Sl. Niels Schestedts Efterleverske Frue BIRGETE BRAHE til Bechmark, med hende hafver Christelig og kierlig lefvet udi 4½ Aar, 1 Maaned, da Gud hannem naadelig henkaldet paa Bechmark Ao. 1635. Forbemeldte deres Efterlatte bedrøvede Hustrue hafver ladet deres Begravelse Sted samptlig her bekaaste, og dette Monument ofver dennem og sig selv oprette til en kierlig Amindelse og en glædelig Forhaabning, at de atter engang skulle samles udi en ævig levendes Opstandelse med Gud at lefve tilhobe evindelig.

Her sofver og hviler udi Herren begges deres Kiære Hustrue Erlig og Velbiurdig Frue

BIRGETE BRAHE

til Bechmark, som var Erlig og Velbyrdige Mands AXEL BRAHE til Elvid og Erlig og Velbyrdig Frue KIRSTEN HARDENBERG til Eskeberg deres Daatter, og var hun fød paa St. Hanses Closter udi Fyen Ao. 1591, d. 18 Augusti og kallede Gud hende paa - - - Anno 16 . Gud give hende 2c.

Inscriptio argenteæ qvondam tabellæ testudini in Choro affixæ:

Her ligger begrafven Erlig og Velbyrdig Mand

Salig JENS JUUL Pederson.

som døde paa sin Gaard Lindebierg i hans Alders Aar 42, der mand skrev 1636 og hans Frue Erlig og Velbyrdig Salig Frue

IDE GÖYE,

som døde paa Wrele Closter hendes Alders Aar 49, der mand skrev 1654

Adjunctis insignibus gentilitiis.

Inscriptio Vexilli

Erlig og Velbyrdig Mand

Sl. Hr. EBBE ULFELD

til Urup, Ridder, Kongl. Majests. bestalter Obrist ofver det Judlandske Regimente til Fods og Befalingsmand paa Skifvehuus. Frygt Gud og gior Rett.

1654.

Appositis insignibus Uhlefeldianis.

Inscriptio alterius Vexilli.

Erlig og Velbiurdig Mand

Sl. MOGENS HÖG

til

til Todbølle, Hans Kongl. Mayests. af Dannemark bestalter Obriste Vagtmester til Hest, under det loflige Kruses Regimente, bekom sit Bane-Saar for Nyeborg udi Fyen i den offentl. Felt-Slagtning imod den Svenske Armade d. 14 Novembr. 1659 og kaldede GUD hannem udi Odense af samme Bane-Saar d. 18 Novembr.

Adsunt insign. Hægiana.

In Lapide sepulchrali.

Under denne Steen er begrafven Erlig og Velbyrdige Mand
ERICH KAAS
til Lindbierggaard, Lehnsmand paa Borlum, som døde den sidste Decembr: Aar 1578 med hans kiære Frue
KIRSTEN PEDERSDAATTER,
som døde Aar - - med deres 10 Børn. GUD give etc.

Lapis sepulchralis præter Effig. & insignia sequentem ostendit Inscriptionem.

Her under denne Steen hviler Erlig og Velbyrdig Mand
JENS MUNCH,
som døde her udi Wiborg 1528, med hans kiære Hustrue
Frue ANNA KRUSE,
som døde 1534 d. 5 Octobr. GUD give dennem etc:

In majori templi ambitu occurrit lapis sepulchralis, cui insculpta imago cadaveris humani, vermibus obsiti, additâ epigraphe:

Under denne Steen er begraven Erlig og Velbyrdig
Frue KAREN ROSENKRANTZ
Velbyrdig MOGENS MUNCHS til Wolstrup Hustrue, med sin Søn
LODVIG MUNCH
til Dalsgaard Anno Domini M.D.XXXV.
——— Mors ultima linea rerum.
Denne Steen lod IDE MUNCH til Wallöe legge paa sin Salige Moders og Broders Grav.

In Sepulchreto quondam hic patulo sumptu Generosiss. Heroinæ Dnæ Margarethæ Reetz *extructo erectum Monumentum, præter Effigies & insign: Conjugum hic sepultorum, sequentem pandebat inscriptionem:*

Anno 1663 haver Erlig og Velbyrdig Frue MARGRETE RITZ ladet dette Begrafvelse-Sted bygge og Epitaphium opsette ofver hendes Salige Hosbonde, Erlig og Velbyrdig Mand
MALTE SEHESTED

til Rychafve, Kongl. Majests. Befalings-Mand paa Aastrup, som var fød paa Arensborg Anno 1596 d. 13 Nov. og tiente i Krigen imod Tyrken, Tatteren, Muschoviteren og Ungeren udi 10 Aar, siden under Vores Naadige Herre og Konning Hoyloflige Ihukommelse Konning C4 i den Tydske Krig, item været i Spanien og Franckerige i 7 Aar, og siden ladet sig bruge hans Fæderne-Rige til Tienneste i hvad Occasion forefaldt, lefvede i Egteskab med Erlig og Velbyrdig Frue

SOPHIA BRAHE

Salig PEDER MUNCKIS til Sæbyegaard udi 11 Aar, som der hos hendes Hosbond og Daatter er nedsatt, og med denne hans Velbyrdige kiære Hustrue udi 21 Aar, til vor HErre kaldet hannem paa hans Gaard Rychafve d. 20 Julii 1661. Er her og nedsatt Erlig og Velbyrdig Frue,

Frue MARGRETE RIDTZ,

som er fød paa Tygestrup i Siellând Anno - - Dnica Trinitatis og opfød hos hendes Sl. Farmoder Velbyrdig Frue KAREN ROSTRUP Sl. PEDER RITZIS, som med Saltoe-Slot hendes Livstid var forlehnt, lefvede i Egteskab med bemeldte hendes Salige Hosbond 21 Aar og med ham aulede 10 Born og lefvede udi Enche-Stand udi - - Aar.

In Sacello Div. Virginis.

Under denne Steen ligger Erlig og Velbyrdig Salig

Mester NIELS FRIIS,

som var Cantor udi Wiborg, og blef henkaldet af HErren udi det Aar 1557. den siette Dag Novembr. og hans Hustrue

Frue ANNA HÖGS-Daatter,

som døde 1545 den ottende Dag Julii.

Inscriptio Monumenti lapidei.

Her ligger Erlig og Velbyrdig nu Salig Mand

NIELS KRAG

til Trudsholm, Dannemarkes Riges-Raad og Kongl. Majests. Befalingsmand paa Aarhuusgaard, som meget oprigtelig, berømmelig og vel sin Tid hafde lefvet, hensof Christelig i HErren Anno 1650 d. 23 Maji udi sit Alders 77 Aar, med sin kiære Hustrue, Erlig og Velbyrdig Frue

JUTE HÖG,

som GUd kaldede d. 11 Junii Ao. 1659. GUd gifve dem etc.

Su-

Supra Januam Sepulchreti ejus legitur sententiosum hexametrum:

Disce mori vivens, moriens ut vivere possis.

Ante Templi hujus incendium visebatur in Hypogæo Ecclesiæ *amplissimo inter complura alia Nobilium funera Sarcophagus Fratrem ac germanam ob incestum decollatos unà complexus, ubi notatu dignum observabatur, partes cadaveris utriusq; inferiores remotissimâ memoriâ in cineres planè fuisse redactas, superioribus integritatem diutissimè servantibus.*

Ex Ordine Erudito & Civili.

Mag: JOHANNES MICHAELIS MONBO

Canonicus Viburgensis obiit anno salutis 1557 d. 14 Julii.

NB. *In medio lapide loco insignis apparet semi luna cum stella, substratis sequentibus:*

Qvem pietas superis, probitas mortalibus olim,
Principibus gratum fecerat alma fides,

CLARA AMBROSII

Uxor ejus ob. 1562 d. 19 Aug.

NB. *Idem, qvi apud Hvitfeld: in fol: p: 1208 audit* Mester Hans Moenboe, CHRISTIANI IIdi *in exilio Pastor Aulicus, literis ab ipso Rege extorri latinè scriptis, qvas vide in succincta nostra Histor: Reform: Dan: pag: 37. Svinardiam Flandrorum evocatus.*

Epitaph. Mag. Johannis Johannidis (Jens Hansen) *Pastor: Prim: ad hanc Ædem à Sacror: Reformat: ordine secundi.*

Anno Domini 1558. 2 Sept. obdormivit in Christo Venerabilis Vir

Mag. JOHANNES JOHANNIS

Canon: Vibergensis & Verbi Dei Præco fidelis, qvi hic cum Uxore MARINA CANUTI qviescit.

In Monumento ligneo.

Clarissimo Viro

Doct. JOHANNI PALUDANO

REGINÆ DANIÆ Archiatro ac Capituli Viburgensis Archidiacono, qvi &c. &c. anno ætatis suæ 77 totius vitæ cursu in timore Dei peracto, in vera fide 19 Nov. Anno 1615 placidè expiravit &c.

Item

Hoylærde Mand

HANS PALUDANO

Dronning DOROTHEÆ Lif-Doctor og Erche-Degn i Wiborg Capitel &c.

Reliqvas de binis Uxoribus & sedecim liberis adscribendis supersedemus.

In Sacello Div. Virginis.

D. O. M. S.

Piæ ac sempiternæ Memoriæ Dulcissimorum Parentum

CLAVDII CHRISTIANI

Qvi

Semper bonus civis,

Variis Reipublic. muniis cum laude functus,

Senator primò, post *dificill. temporib.* Consul.

In ea dignitate, qva claruit ann. XII.

Sumtus ingentes, labores indefessos,

pericula immensa emensus,

Major omni invidia moritur.

V. A. LXI. m. II. d. VII A. M.DC.LXXI. d: X Dec.

Fidem in Patriam intemeratam,

Amorem in Cives paternum

loqventur omnes boni.

&

MEDÆE PETRI

Dni Mag. PETRI PETRÆI Præposit. & Pastor.

piæ memor. Filiæ

&c. &c. &c.

Hoc, qvod viva jusserat, pietatis Monumentum mœsti posuere liberi.

Ibidem

Inscriptio Monumenti lignei.

PETRUS IVO

Viburgensis

totos annos 14 apud Exteros inprimis Tubingæ, Argentinæ, Altorpii, Patavii conversatus, Româ bis visa, Doctor Medicinæ promotus Basileæ, Bambergâ reversus Anno 1591. qvi ætatis erat 36, Regium stipendium honorificè meruit, donec in hac Viburgensi Exedra ad Cantoris Dignitatem sit elatus, filios genuit tres & totidem filias, Matre CATHARINA PETRÆA, qva Anno 1610 & INGA BLOCHIA secunda Uxore, defunctis Viduus vixit annos 16, ad diem 25 Nov. 1629.

Hr. Jørgen Kieldson, Hr. Jfver Pedersen B. Peder Pedersen Bering og Peder Pedersen deres Kiære og nu Salige Forældre, Doctor PEDER IFVERSEN og Karen Peders-Daatter (Fil. M. Petri Theocari Ep. ib.) denne Tafle til Ære ladet bekaaste.

Qvi felix Medicus, Conjux fuit atq; POËTA,

Jam Deus hunc plene perpetuoq; beat.

D. O. M.

&

Memoriæ perenni Parentum Optimorum

Doct. CHRISTIANI SCHVTTE

Me-

MEDICI FELICISSIMI, qvi viſa Germania, Helvetia, Gallia, Italia, poſt XIV Annorum peregrinationes Exedræ Wiburgenſ. Canonicus conſtitutus moritur Anno MDCL. ætat. LXIII. nec non MARGARETHÆ GRUBBE, Matronæ pientiſſimæ fœcundæ IX liberor. Matris, qvæ mortua anno MDCLVI. æt. XLVII. Liberi ſuperſtites &c. &c. P. C. MDCXCVII.

NB. *Neſcio an hæc* Margaretha Grubbe *ex antiqva & nobili* Grubbiorum *gente fortè fuerit oriunda, cum conſtet per impares iſtiusmodi nuptias complures vetuſtæ Nobilitatis familias in ignobiles degeneráſſe.*

JOHANNES BENTSON

Medicinæ Doctor Peritisſimus, qvi fuit Archiatèr Serenisſimi Regis Daniæ CHRISTIANI QVARTI, & inclyti hujus Collegii Cantor dignisſimus, obiit anno 1595 die 3 Novembr. ætat. ſuæ 67. corpore ſub hoc Saxo conditur, animo beatus in cœlis vivit, Uxores ejus JACOBE MÜNICH & MARGARETA PORTERS.

Epitaphium MARIÆ PETRÆÆ, *Uxoris Mag.* Chriſtiani Nic: Foſſii, *unde celebres hodiedum apud nos.* Foſſii *deſcendunt.*

Her hviler Erlig og Gudfrigtig Matrone

Sl. Maren Pedersdaatter

Mag. Chriſten Nielſön Foſſis Canich i Aarhuus, fordum Skolemeſter og Læſemeſter her i Wiborg, hans Huſtrue, henſof i HErren 1588 i ſit Alders 18 Aar. Gud gifve hende en ærefuld Opſtandelſe. Maritus poſuit 1602.

NB. *Mag.* Chriſtierno Ericio *in Mſſto nupr. citato audit:* De Foſſers Moder. *Erat Filia natu maxima Mag.* PETRI THEOCARI *Epiſcopi Wiburgenſis. Extincta puerperiô primo. d.* 4 *Octobr.* 1588, *poſtqvam enixa erat* Nicolaum Foſſium, Doct. Chriſtiani Foſſii *ex Medico Practico Lundenſi, in Summo Tribunal. Aſſeſſ. & Auguſt. Regis* CHRIST. V. *Archiatri. Doct.* Matthiæ Foſſii *de Hvidſtedgaard. Epiſcopi Alburg.*, Jani Foſſii *de Svanöe Med. Doct. Conſil. Cancellar. & Camer. nec non in Summo Tribunal. Aſſeſſoris. Mag.* Petri Foſſii *Muſices in Acad. Havn. Profeſſ. Aſſeſſ. Conſiſt. & Rector. Schol. Havn.* Laurentii Foſſii *de Todboll Med. Doct. & Præſid. Soran. Mag.* Jacobi Foſſii *Rect. Schol. Havn. & duarum Filiarum Parentem. Plura de Geneal. Foſſiana vide in cit. Mſſ.*

In Sacello auſtrali.

Extabat heci olim Monumentum ligneum duorum Templi Franciſcani Paſtorum, ſcilicet Domini PAULI IBSONII, qvi anno 1572 incauta ſclopeti tractatione periit, nec non Mag. HIERONYMI JUSTI Præpoſiti & Canonici, inſignis Poëtæ Comici, qvi ludos Scenicos primus hic terrarum inſtituiſſe creditur, qvibus ipſe tanqvam Comœdorum ſimul Præpoſitus & Anteſignanus religioſè ſatis interfuit.

PAULUS vir juvenis, ſed Chriſti Præco fidelis,
Qvinqvennis Sancti PAULI imitator erat,

Omine successit JVSTVS cum NOMINE SANCTO,
Nam sacer officio conjugioq; fuit.
DANICUS atq; fuit natura ac arte POËTA,
Cui cedat lingvâ natio qvæq; suâ.
Hos binos habuit doctos CATHARINA Maritos
OLAPHÆA, ambos læta videre cupit.

Piis Manibus
Præstantissimorum Virorum & Honoratissimorum Templi Franciscani Pastorum
Dni PAVLI IBSON
Succentoris in hoc templo Cathedrali Vigilantissimi Anno 1542 in lucem editi, 1572 fato defuncti &
Mag. HIERONYMI JVSTI,
Canonici in hac Exedra Viburgensi Vigilantissimi Anno 1539 nati, 1607 d. 3 Decembr. placidè in Domino obdormientis, posuit Uxor.

MONUMENTUM Mag. PETRI à LAPIDE vel STEENII, *ad Ædem Franciscanorum Pastoris Anno 1602 defuncti. Associata thalami tumuliq; consorte, eleganti olim gaudebat Disticho:*

Qvi nos conjunxit, dissolvit, colliget idem,
Qvondam conjugio, morte, salute Deus.

In lapide sepulchrali Mag. PETRI REMBERTI, *Canonici & ad Ædem Dominicanorum Pastor: Ao. 1612 defuncti, observas Tetrastichon:*

Siste gradum qvidq; hic dicat, memor esto, Viator,
Incola terræ olim fuero viridisq; vigensq;
In limum cineresq; mea est jam gloria versa,
Sors eadem expectanda brevi tibi qvippe memento.

Inscriptio Cathedræ Confessionariæ ante incendium novissimum:

Dominus JOHANNES NICOLAI de Avensberg.
HELENA Domini Petri Muncs-Datter.
Adjectis armis gentilitiis.

NB. *Qvi antiqvissimam hanc Sellam extrui fecit Confessionariam, Vir nobilis* Johannes Nicolai (Jens Nielsen) *Judex Cimbriæ Provincialis à Regina* MARGARETA *Anno* 1396 *constitutus teste Hvitfeldio in fol. p.* 607. *oriundus erat ex stirpe* Lövenbalchiana, *ad qvam olim spectabat prædium* Thielle. *Constituerant ambo Conjuges, superstitione ætatis illius inducti, inter Monachos Franciscanos sepeliri, hinc in cœmeterio Templi Franciscani superest hodiedum candidus ille, qvo teguntur, lapis sepulchralis. In ipso hoc saxo Frater* THEOGARVS (*etiam secundum nonnullos gente* Lövenbalchius) *fidus ille* THAVSANI *in oppugnando Papismo Achates, postea Pastor ad Ædem Dominicanorum, Evangelicam, qvâ Viburgum primùm per-*

personuit, sub dio habuit Concionem, cum per invidiam Franciscanorum Templi non daretur copia.

NB. *Ille* Jo. Nic. *occidit Janum Jani de Clausholm Arbus sepult. vid. supr. Confer. Hvitfeld. in fol. p.* 627.

Inscriptio Lychnuchi orichalcei eximia mole operisq; egregii, qvi in medio Ædis Cathedralis ambitu æneis tribus olim sustinebatur leonibus:

Hr. PER POVELSON een Canich to Viborg deith machen disse Lichter.

Disse Lichter hat macht Dirich Rob. to Lubc. Anno Domini M. CCCC. XCIIII. da wirdt disser Lichter mact.

Ave Maria gratia plena benedicta tu.

Conspiciebantur ibidem insignia Episcopi NICOLAI GLOBII, sc. Aqvila expansis alis cum epigraphe:

Hr. Biscop GLOB.

Prope altare meridiem versus legebantur olim seqventia:

M D cum primo qvasi summo prorsus & imo
Hæc domus usta fuit, plurima damna luit.
Botulphi Festo Viberg perit igne molesto,
CHRISTIANI nato Rege JOHANNE dato.

E Diametro septentrionem versus:

O! Christi cella, Mater pia, Virgo tenella!
Sic interpella, ne nos voret alta procella.

Item:

O! KETILLE bone! noster reverende PATRONE!
Fac te propitium per vetus officium.
Nos ita consignes, ultrices tollat ut ignes
Christus perpetuæ pro precis arte tuæ.

Sub qvibus Carminibus exsculpta erant Insignia Episcopi Viburg. NICOLAI FRISII, *ex illa Frisiorum gente, qvæ audit vulgò* Skacktaffle Friser.

Pone Altare.

TABULA.

hæc D: O: M: *sacra esto!*

sed memoriæ Majorum Posterisq; inservitura.

Testatur laudatus Dnus Hoppius in lit. supr. citatis observâsse se an. 1712 in Septentrionali turris angulo Anglicanam rubentis literaturæ Inscriptionem, extructum ab Anglis templum, qvod cætera Vendilensia longitudine superat, indicantem, cæmentô, ut acceperat, hodie obductam. Conspirat Resenius in Atlant. Dan. MSS. Ad promontorium Cimbriæ, inqvit, in Tabulis Hydrographicis Old Schagen humiles olim sedes extructæ piscatorum Anglorum Belgarumq;, à qvibus & lateres una cum cæmento apportati Templo fabricando, qvod nunc urbs ostendit Div. Laurentio sacrum. Alterum Templi latus fons nobilitat ejusdem cognominis St. Laurizes Kilde, ægris sanandis ut vulgò creditur opportunus. Præter templum duo habet Cappella. &c.

In Templo Monasterii olim Vestalis Ord. Benedict. Hundslundensis sub titulo SANCTI FILIUS (prout legitur in Collectaneis ad Hist. & antiqv. Dioeces. Alburg. MSStis) fundati, hodie Dronning-Lund à glor. mem. Regina CHARLOTTA AMALIA cujus qvondam arx fuit, nuncupati.

Ab australi Ædis parte Saxo nigricanti aurata literaturâ incisum legas:

Da Kongens Syster fik for Dronning-Lund at raade,
Var det til Stedets Gavn og Kirkens store Baade,
SOPHIA HEDEVIG er Guds og Dydens Ven,
Som Sions Muure nu har bygget op igien.

Paa HErrens Tempel Hun slet intet lader savne,
Som er til Prydelse og kand til Styrke gavne,
GUds Alter, Funt og Præst og Ordets Lære-Sted,
Har af PRINCESSENS Haand aldt hvis dend ziires med.
Hvo her sin Bøn til GUd med Andagt frem vil bære,
Mod Hendes Høyhed og taknemmelig bør være,
Og ønske, Himlens Gunst maa favne Hende om,
Som elsker saa sin GUd og HErrens Helligdom.

Anno M. DCCXIX.

In Choro boream versus:

Under denne Steen ligger begravet Erlig og Velbyrdig Mand
HANS JOHANSEN
til Gaunøe, som døde paa Norgaard i Fyen d. 23 Maj 1596. æt. 54. Med sin kiære Frue Erlig og Velbyrdig
Fru MARGRETE ROSENKRANTZ
til Hundslund, som døde d. 27 Jan. 1635 og var hendes Alders 83 Aar. Som levede tilsammen i 22 Aar og avlede de tilhobe 9 Børn, 4 Sønner og 5 Døttre, og ligger her begraven et af samme Børn, Erlig og Velb:
Jomfrue IDE LINDENOV,
som døde paa Hintzgavel Anno 1593.

Austrum versus:

Sub ara hujus Templi sitæ sunt exuviæ Generosâ orti prosapia Viri
GEORGII FRIDERICI ab HAXTHAUSEN
S. R. M. Dan. & Norv. à Consiliis Status & Præfecti Stabulorum, qvi Serenissimi Daniæ PRINCIPIS CAROLI amplexus servitia, Eidemq; & Serenissimæ SOPHIÆ HEDVIGÆ Regio Fratri & Sorori, in itinere Dronninglundensi, comes, in hac ipsa Arce repentinâ, sed beata morte ad coelestia evocatur gaudia die XXVIII Julii M. DCCXIX hora X antemeridiana. Natus est XXXI Januar: M. DCLXV. Vixit LIV annos. V menses. XXVIII dies.

Sub ara reqviescunt præterea seqventes Nobiles,

JOHANNES FRIIS JÖRGENSEN defunct: Ao. 1651
Domina CHRISTIERNA BRAHE defunct: 1672. æt: 47.
JACOBUS LINDENOV de HUNDSLUND. æt: 55.

Item

Item tres Virgines.

ELIZABETHA QVITZOW defuncta 1667 æt. 55.
BRIGITTA BROCH DAAE defunct: 1646
IDEA CHRISTIERNA HöG defunct: 1665

Inscriptio Campanæ

Sancta Maria
CCCCCCC XXXXIII.

Si numerorum nota (*inqvit Resenius in Atl. Dan.*) anno Christi 743 fusam esse doceat, ut qvidam opinantur, næ inter antiqvissimas meritò refertur.

Inter Pastores heic sepultos memorabiles inprimis sunt:

Dnus SVENO STAVNSKOV Vir nobilis ex antiqva Stavnskoviorum familia, olim Sanctimonialibus hujus loci á Confessionib. & Concionib. Sacris, circa incunabula repurgatæ Religionis Sacerdotali munere aliqvamdiu functus, licet non totus Lutheranus, qvi non multò post officio se abdicavit, extructa domuncula, horticulturam amplexus, unde locus ille hodiedum appellatur Svends Have Hortus Svenonis.

Dnus GABRIEL alter à sacrorum Reformatione Pastor, olim Monachus Coenobii Westervigani.

Dnus MATTHIAS circa ann: 1568. qvi Viduam Doct: Olai Chrysostomi Episcopi Alburg. duxit.

Mag. MICHAEL PETRI ZIMMERMANN aliàs BUNDTMAGER cognominatus Hafniensis, qvi post Rectoratum Scholæ Stegensis in Mona insula, & Con-Rectoratum Lundensis, Germaniam, Gallias, Hispanias atq; Italiam peragravit, tandem invitæ Apostasiæ renuncians patriæq; redditus Pastor Ecclesiæ hujus 34 annos & Normarchiæ Jersleviensf: Præpositus annos 14. obiit 1678 d. 28 Octobr. ætat: 66. De qvo varia curiosa suppeditat Mstum, qvod penes nos est, hujus tituli:

M. Mich. Petræi Dani Excusatio de ingressu suo in Religionem Pontificiam facto Genuæ 1639. Ejusdem Confessio fidei edita, cum rediit in patriam nostris se Ecclesiis iterum associaret.

NB. *Reliqvit paræciæ* Dronninglundensi *septem cœlestissimæ, qva ardebat, pietatis monumenta Beatissima* Princeps SOPHIA HEDEVIG, *Scholas putà vernaculas*, triginta Joachimicorum Stipendio docentibus septemviris *clementer indulto juxta Fundationem Anno* 1719 *d.* 28 *Aug. Divæ Principis natali datam.*

In templo DRUM *itidem* Nomarchiæ Jersleviensf:
Supra Baptisterium affixa muro tabula ænea qvadrangularis seqventem gerit Inscriptionem:

Jeg NIELS MORTENSEN KIÆRULF, residerende paa Heisselt udi Thorslev-Sogn kundgior her med for meenige Drum-Sogns Indbyggere, som nu ere, eller her effter kommendes worder, saavelsom for alle andre, hvo det være kand, at efftersom mig er given til Affonelse for dend Overlast, som mig udi Thorslef Præstegaard blev tilføyed d. 2 Junii 1671 Penge et Hundrede Slette Daler: Da haver jeg, Guds

Nafn for alting til Ære, som mig fra større Ulykke, end mig samme Tid vederfores, naadeligen bevarede, og ved Liv og Helbred opholdte, fra mig hengivet, og til Ørums-Kirke, liggende udi Vendsyssel udi Jerslev-Herred, foræred forskrefne Hundrede Slette Daler, som skal være og blive fornæfnte Kirke til en ævigvarende Capital, og Renten aarlig til Kirkens Gavn og Forbedring at komme, dog saa at dend nu værende Sogne-Degn, saavelsom hans Efterkommere af samme Rente maa nyde aarligen Een Sletdaler for sin ringe Indkomstes Skyld, og dend Tafle at holde reen. Og haver Herreds-Provsten, tillige med Stedets Sogne-Præst og Kirke-Værger denne Gave paa forskrefne Maade at forvalte, som de for Gud og Christen Øvrighed agter at forsvare, og ingen anden sig dermed at befatte. Saasom Pengene ogsaa dennem allereede I Hænderne ere leverede, hvilke de strax haver hos visse Folk paa Rente at udsette, og Kirken derfor Rigtighed at giøre, eragtende første Aars Rente til St. Hans Dag 1673 at forfalde, og siden fremdeeles aarligen til dend Tid. Derimod haver jeg Niels Mortensen Kiærulf mig forbeholden at nyde mit Begravelses Sted fri udi fornæfnte Ørum-Kirke hos mine Forfædre, om jeg eller nogen paa mine Vegne, det vorder begiærendes. Tilmed om ikke rettelig med denne Gave vorder omgaaed, som forbemeldt er, men befindes Underslæb der paa at begaaes, Kirken til Afgang og Skade, da dend at være forbrudt og Capitalen til mig eller mine rette Arvinger hiemfalden. Til dets ydermeere Forvaring, at ikke nogen forskrefne Capital Kirken skulde fravende, samt denne Christen Meenighed til velmeente Underviisning haver jeg ladet denne Tafle (som af Renten, naar behov giøres, kand repareres og fornyes) udi Kirken indrette, men Fundatzerne til videre Rigtighed og Underretning skal findes een i Stigts-Kisten, een hos Herreds-Provsten i Jerslef-Herred, og een hos mig eller mine Arvinger, alle tre ligelydende og rigtig Copie deraf udi Kirkens Regnskabs Bog indført. Datum Heisselt d. 2 Jun. 1673.

Niels Mortensen Kiærulf.

NB: Pastor hujus Ecclesiæ ann. 1555 Dnus Petrus Stinbeen Monachus antea Börglumensis.

In Templo Wrenstedensi *ejusdem Nomarchiæ*.

Visitur in Choro Monumentum cum inscriptione:

MELCHIOR EVERTSÖN MEIER

Præst

Præst til Brensted og Thise Kirker udi 14 Aar døde 1655. d. 20 Aug. ætat. 41.

NB. Mejerus ille infelici omine Cognomini respondit; vox enim Danica Mejer messorem denotat: Repentina admodum morte extinctus fertur, hac ratione: Egressus nimirum cum uxore animi causa ad messores suos invisendos, merendam sumentibus illis, falcem arripuit, periculum facturus, qvantum in hac palæstra valeret, verùm vix ter vibraverat ferrum, cum inopino occasu præceps in terram datur, exanimis domum reportatus.

In templo annexæ paræciæ THISE, *ab antiqva Septentrionalium* Dea Thisa *apertè nuncupatæ*.

Inscriptio Lychnuchorum:

Disse tvende Lyse-Stager gav Erlig og Velbyrdig PEDER MUNCK til Estvadgaard og hans Velbyrdige Frue KAREN SCHEEL til Hammelmoese til Tiise-Kirke 1588.

NB. Habet suum ibidem Sepulcrum illa CATHARINA SCHELIA, Alberti Scheelii de Fussing filia, Mumia adhuc integra. Ad hoc templum freqventatur fons medicatus ejusdem originis cum Thiseveldensi Sialandiæ.

Templum S Nicolai JEDZMARCKENSE *territorii* Hvetboe-Herred *Campanâ animatur, hujus inscriptionis:*

Hanc tibi campanam NICOLAE dicamus habendam.

NB: Patet in turri aditus ad locum, qvem vocant Pussis Hul, qvò se ultimus Sacerdotum Pontificiorum NICOLAUS PUUS recepisse fertur, fame tamen inde expulsus. Ita Resenius in Atl: Dan: Qvem hic NICOLAUM vocat, ille loci Pastori Rev. Dno. Wilhelmo Frider. Bondorfio in transmissa Relatione audit CHRISTEN PUUSE, de qvo ille: Mig er fortalt af gamle Folk, at her ved Reformationens Tiid skal have været en Mand, som venteligi de Tider har været her Præst. Denne der hand med stoer Smerte saae Lutheri Lærdom faae Fremgang og fik tillige en stærk Lugt af en almindelig Reformation, udvaldte hand som en Helt at døe for sin Religion, forend hand vilde see den forandret, lod sig dervaa giere et Hull oppe i Taarnet paa Kirken, hvor udi hand vilde sidde og sulte sig selv ihiel, men da det ikke kunde endes med et par Dages Hunger, hengte hand sig selv vaa samme Sted; Stedet kaldes endnu Puuses Hull. Der findes oppe i Muuren i en af Pillerne ved Taarnet 10 smaa Trappe-Trin op til Stedet, som nu er tillukt. Additur ibidem: Jedsmark har tilforn været annecteret med Hune-Meenighed og siden den Tiid Bønderne selv kaldte, været Præsten i Saltum overdraget og som af et gl. Document sees ligesom tigget ham paa, thi derudi findes den rare og i vore Tider u-brugelige Tale-Maade: Og giorde vi hannem (nemlig Præsten i Saltum) saa goed, at hand paatog sig at være vor Præst.

Conspicitur supra Sacelli ostium lapidi incisa facies fæminina, tegmine capitis, qvod Toers-Hatte vocant, conspicua, qvæ sacelli hujus Fundatricis ora esse perhibent.

In hac paroecia Jezdmark *sita est villa dicta* Toftegaard, *in cujus vestibulo columna antiqva robustea sibi inscriptum habet nomen veteris istius ac famosi Gigantis sive Herois*

RIDDER RöE vel RöD,

qvi dictam villam olim inhabitavit, ex illo putatur tota paroecia dici Jedsmark qvaſi Jettes-Mark ɔ: Campus Gigantis, nam Jette ſignificat Gigantem.

In cœmeterio parœciæ Biergbye *prope* Heuringam *extat lapis ſepulcralis, qvo feniores tegi ferunt* Epiſcopum leproſum, *cui villa* Øſtergaard *parœciæ hujus Montoppidanæ aliqvot annorum olim præbuerit domicilium.*

In Nomarchia Hornenſi *attollit ſe mons* Asbierg, *variis Gigantum monumentis ſpectabilis.* Nomen ipſi ab Aſianis procul dubio contigit idolis, Vicina illi eſt vetuſtiſſima arx ASDAL (Arnkilio in Cimbriſchen Heidenthum Vallis Othini ſive Aſarum) *prædium olim ſi famæ creditur* Gambarucæ Matris Ducum Longobardorum Ebbonis & Aggonis, hæreditate paterna ipſi relictum. *De hac & alia villa nobili notum dicterium:* Odden hin Old Asdal hin Bold ɔ: Odden vetuſta, Asdal venuſta. Fortè Odden etiam ex Odino dictum.

In templo Aaſtrupenſi *juxta ſedem Nobil: ejusdem nominis in Nomarchia Hornenſi.*

D. T. O. M. S.

Virtuti, Honori, Memoriæ, Meritis

Domini ERICI KRABBE,

Ex longa Eqvitum Auratorum ſerie, ab utraq; Progenitorum parte, Eqvitis Aurati, etiam in Buſtrup, Aaſtrup & Biörnholm, Regnorum horum Conſiliarii Sapientiſſ: Graviſſ: Regii Præſidis in Lundenes & Aaſtrup Wandal: Eqvites Regionum harum qvosq; ſuperioris ac ſui ſeculi religioſa pietate in Deum, fide in Principem, Amore in Patriam, caſtitate in Conjugem, ſedulitate in Officio, Juſtitia in Judiciis, omni eleganti Doctrina, polita ſcientia, rerum uſu, experientia variarum lingvarum, facundia, favore in doctos Studioſos, benignitate in pauperes, humanitate in converſantes, comitate in conſulentes, verecundia, urbanitate & decente feſtivitate inter familiares, probitate in ſingulos, verbo uno, virtute, bonitate, decore, omnibus inſuper Animi, Corporis, Fortunæ donis tantopere antecellentis, Patriæ ut lumen, Virtutum Exemplar, veræ Nobilitatis ſpeculum & poſteris ſpecimen perrarum cenſeri & haberi debeat meritò. Domi ex Manduto Regio, eo nempe fine, ut qvemadmodum ſub uno Rege, ſic ſub una lege omnes tenerentur, harum ditionum legibus, conſtitutionibus &c. à methodicis alicubi & Provinciarum ac Proceſſuum ratione diſcrepantibus, in concinnum ordinem redigendis (qvo poſtmodum ſecundum harmoniam à ſe ad juſtitiæ æqvilibrium inſtitutam jus ab unoqvoq; unanimiter

miter obſervaretur, exeqveretur, aſſeqveretur) incumbentis propoſitum difficili intricatiſſima Patriæ Negotia, aliis prægravia, ei ferè ſoli incumbentia, ac mors tandem interturbârunt, & fœtui jam pene maturo viam lucemq; præcluſerunt, ſummo cunctarum juſtitiam ſitientium æſtu atro, inqvietudine luctuoſa, cum omnia, qvæ qvaſi anoma nunc ſunt, hiſce prolatis & cuſtoditis in ordinem cogerentur ac poſtmodum cohiberentur dubio procul. Foris Legationes XVIII cum ad Rom: Imp: Moſcum, Gallum, Polonum, tum Alios Potentes Principes ac Provincias ſolertiſſimè exeqventis, gravi Daniæ jactura hinc tandem diſcedentis. Omnes omnium ſuperiorum, inferiorum Statuum obitum dolore acerbiſſimo planxerunt. Ob: pientiſſimè, placidiſſimè hìc Aaſtrupii CIↃ IↃ LXIV. Epihan: feſto. Tu have Dei tui, præſentium, futurorum memor.

Lapis ſepulcralis oſtendit eum inter ambas uxores medium, exactè armatum cum inſcriptione vernacula:

Anno Domini 1564 blev her nedlagt Erlig og Velb: Mand

ERICK KRABBE

Ridder, til Buſtrup, ſom døde paa Aaſtrup Hell: 3 Kong-Dag, til ſin kiære førſte Huſtrue af Slegt og Nafn

Frue KARINE LÖCKE

oc tvende beggis deres Born, Søn og Daatter, ſom hun døde af paa Aaſtrup i ſin Barſel-Seng Aar 1540. Desligeſte hviles her og hos dennem under denne Steen, hans kiære anden Huſtrue af Nafn

Frue MARGRETE REVENKLOU,

hvilken ſelv lod udhugge denne Steen og legge over dem. Oc kallede GUD hende Anno - - GUD give ꝛc.

NB. In exteris Studiorum gratia agens editionem Saxonis Baſileenſem promovit, Sphyractinam neſcio an Oporinianam, nam Saxo Baſileæ bis excuſus Anno 1524 & 1531. Legem Juticam Waldemarianam in lingvam tranſtulit Germanicam, qvam Verſionem KRABBIANAM Hafn. 1684 edidit Petr. Joh. Reſenius. Fratris Nigelli Monachi Sorani Chronicon Rhythmicum hiſt. R. JOHANNIS auxit, cui Continuationi Sveci, ſe læſos rati, oppoſuere libellum Rhythmicum, Holmiæ 1558 in 8vo. Vide Erich Jörgenſ: in Hiſt: Guſtavi Part: 2. p: 355. Edidit Oratio. de ſolertia animalium Marpurgi 1615 in 4to. Author variarum Cantionum ſacr:, qvæ in Eccl: uſurpantur v: g: O Menniſke begræd din Synd ſaa ſtoer ꝛc. Vide pſalterium M. Johannis Thomæi. Præter munificentiam ejus in alias Scholas atq; Eccleſias Scholam inprimis Roeſchildenſem inſtructiſſimæ Bibliothecæ legato beavit.

In monte edito juxta pagum TORNBYE ſaxum occurrit vaſtiſſimum HIARNE Steen appellatum. ſub qvo ferunt ſepultum Regem Daniæ Poëticum HIARNONEM. Eodem ſub lapide cœmenti aliqvid obſervatum, unde ſepulchrum illud Regium lateritium exiſtimatur. Verùm hanc accolarum

larum traditionem evertit Insula Hiarnöe, ubi Hiarnonem cum toto exercitu tumulatum prodit Wormius in Additament. ad Monument: Dan. pag. 4. Schemate viginti duorum, qvos inter Regius magnitudine eminet, tumulorum æri inciso. Conf. Sax. l. 6. ed. Sor. p. 99.

Nomarchia Hannensis parœcia Tommerbye templum habet Stæ BOTILDÆ à Regina Botilda uxore Erici Eyegod, ut conjectura nonnullorum est, pietate inprimis & in hanc ædem beneficils inclyta, qvondam sic denominatum. Omnium in Vandalia Cimbrica antiqvissimum creditur, inter prima Christianismi initia extructum à Viderico Veis religionem qvidem sanctiorem amplexo, hærentibus tamen tenero in animo qvibusdam pristini gentilismi reliqviis. Hinc moriens non cœmeterio, sed colli vicino cadaver mandari voluit. In muro juxta januam septentrionalem non ita pridem infixum fuit saxum, (qvod à loco suo avulsum ad prædium Thorstedlund abduci curavit IVARUS KRABBE) ubi seqventia carmina legebantur Runico charactere exarata.

Jagh heite Viderich Viss,
Fadur min boed paa Houriss. (hodie Heyeriis prædium nob.
Jag giort Kyrchia for dig,
Bed du got for mig,
Min Fadur ligger i Olle-Hou,
Sielf vil jagh ligge i Wegel-Hou.

NB. Manent hodiedum eadem dictis collibus Aalhey & Vegelhey nomina. Nobilis villa Veslövgaard ab eodem VIDERICO VEIS vel VIS (aliis Vise) nomen traxisse putatur. In Sacrario templi Tommerbyensis VIDERICI ejusdem ac Patris insignia ut & facies saxis incisa. Parentis insignia venator decorat cornu instructus, ad qvod canis exsilit, his in lapide inferiore subjungitur cervus, inseqventibus molossis. Filii insignia Leonem monstrant ac gallum. Præter hæc alii ibidem lapides Agnum cum vexillo crucis, antiqva illa Heroum Gothicorum insignia, (de qvibus superius locum Strelovii adduximus) repræsentant, Inscriptio campanæ ad nos qvidem pervenit, sed minus accuratè, ut videtur, descripta, literaturâ prorsus monstrosa & insuperabili.

In Templo Monasterii WESTERWIG Ord. Augustin: à Sancto qvodam Theocaro (St. Teger) ut ferunt fundati, monstrat lapis occidentali turris parti instratus vultus humanos. Volunt esse Monachum & Monialem iisdem parentibus usos qvi incestûs rei, muro vivi feruntur inclusi, supplicii genere hic olim non insolito, tandemq; sub Saxo qvod in cœmeterio adest, longiore sepulti, cum hanc verborum trigam, obliteratis, ut videtur, cæteris, in eo legere sit:

FRATER cum SORORE.

Cum verò pro certo constet teste Jona Coldingensi in Descr. Dan. hic humatam esse CHRISTINAM Regiam Virginem in Cantilenis Heroicis Liden Kirsten, Waldemari Primi Sororem à Reginæ Fratre Burisio stupratam flagrisq; ad mortem usq; laceratam, suspicari licet inscriptionem lapidis temporum injuriis aliqva sui parte mulctatam, pristinæ ita restituendam esse integritati:

Buri-

Burisius Reginæ Sophiæ ERATER CVM SORORE Regis Waldemari Christina.

Consepultum enim fuisse Burisium apud Amasiam hanc suam in Monasterio Westerwiig (& fortè sub uno eodemq; lapide sepulchrali) cantatur vulgò his versibus:

Kongen hand lod en Lænke smedde, J Westerwig Closter lod hand dend legge

Der ved gik Buris i elleve Aar, Hver Dag hand til hendes Grav monne gaae.

Hand monne det hver Dag af Kongen tinge, Hand maatte i Closteret begraves hos hende.

Alle sine Lande maatte hand Kongen give, Forend hand maatte i Closteret ligge. Vide Cant. Heroic: Part. IV. num. 41. p. 600. ubi in Notis observat Beat: Septimius tanto Christinæ etiam defunctæ odio flagrâsse Conjugem Waldemari Reginam SOPHIAM, ut super lapidem ejus sepulchralem, sibi aliqvando illuc venienti ostensum, ferociori impetu eqvitans vestigia calceamenti eqvini in saxo reliqverit, hodiedum obvia. Conjiceret aliqvis impetuosam hanc eqvitationem, fracto fortè saxô, mutilâsse epicedium.

Distichon ingeniosum à Monacho Westerwigano tempore ejectionis templo relictum:

Apoc: 7.

Torqvemur, trahimur, toleramus, tetra tacemus,
Tanta tamen tollet tandem tortura triumphum.

Visitur ibidem S Thögers Kors o: Crux S. Theocari Fundatoris item cœmeterium qvoddam, ubi olim fuit templum S. Theocaro dicatum.

Campana templi SCHYUM *in Thya hisce insignitur:*

Anno M CCCC LXXXVII. funditur hæc Campana in honorem Sti. Laurentii.

Australi templi SUNDBYENSIS *muro in* Morsingia *insertus lapis* 3½ *ulnas longus, unam latus crucem longiorem exhibet, addita hybrida hac literatura Runico-Romana.*

DN: S+ GVISLAVIS: TOES: MAGRI↑E: TOES: LEGE: PEGRAVET. id est:

Domino sacrum.

Gvislavis Toes, Magrite Toes lege begravet. seu Gvislavus Toes, Margareta Toes jacent (scil. heic) sepulti.

Hìc sunt duæ literæ Runicæ ↑ & in ultima voce P.

Templum FLADDENSE *in* Morsingia *ostendit lapidem, cui figuræ sacri calicis, patellæ Eucharisticæ (vulgò* Kalk og Disk*) claviumq; duarum incisæ, addita inscriptione:*

Obiit MCDI. STEPHANVS Sacerdos.

Morfingiam *decorat* Monafterium Sti JOHANNIS Hierofolymitani & MARIÆ MAGDALENÆ DUEHOLM *à Fundatore* Nobili DUE, *fi Refenio creditur, fic nuncupatum, cujus Privilegia recenfentur in Codd. membr. pervetuft Biblioth. Acad.* Hic in Sacello Ecclefiæ auftrali, hodie deftructo, dormitorium fibi elegit JOHANNA SAPPI, aliis SAPE, Vidua BONDONIS DUE & NICOL. BANNERI, Heroina ad ftuporem usq; prudens & erudita ideoq; fupra fortem fexûs evecta & Senatorii Collegii Membrum fine exemplo conftituta. Pro qvo fepulturæ loco tantum Conventui Dueholmenfi bonorum indulfit rureftrium, Jorde Gods vulgò vocant, qvantum ad annuos undecim frumenti laftarum fufficeret reditus: Epitaphium ipfi tale contigit:

Anno Domini femel MCD bis & X fex
Hanc petram Domina fculpi profecit HELENA,
Sub qva JOHANNA MATER generofa fepulta.
Illius ex anno mortis proftrata fecundo.

Supra Bannerorum & Sappiorum *ftemmata gentilitia faxo infculpta legebantur fequentia:*

Armorum Patris funt hæc infignia Matris
Dni NICOLAI HENRICI
Dnæ JOHANNÆ ANDREÆ,

NB. Apud Clar: Alb. Thur. in Gynæceo Dan lit. p. 135 audit pofterior ejus Maritus NICOLAUS ERICI, fed hic ex epitaphio patet patronymicum illius fuiffe HENRICI. Qvod cunas SAPPIÆ Noftræ Sapientiffimæ attinet, Patre ufa eft ANDREA SAPE circa 1439 Regni Senatore, Matre IDEA SERLINA, ipfa ex gemino matrimonio fedecim liberum fœcunda Mater. Conf. Otton. Sperling: Mff. de doctis Fæminis p. 938. 939.

In coemeterio paroeciæ Biergbye *in* Morfingia *vifitur faxum fepulchrale, cui infcriptum:*

TVFFO Sacerdos.

NB. Fertur hic Tuffo adhuc Monachus Dueholmenfis Catechifmum Lutheri pro concione publicè prælegiffe auditoribus, primus deinde paroeciarum Alfted & Biergbye Paftor Lutheranus. Apparet in lapide figura S. Crucis, forfan denotatura, fuiffe eum Ordinis Crucigerorum.

In templo paræciæ SALTUM *Nomarchiæ in* Venfalia Hvetboeherred, Sto Nicolao, *ut ex tabula imaginem ejus auratam repræfentante colligitur, olim facro.*

Infcriptio lapidis cærulei juxta altare:

Hr. JVST VALENTIN FVLDA
døde d. 3 April 1689.

Duplex preffit eum crux, Mors cita fuftulit ipfi
Conjugis amplexus, fuftulit ignis opes.

NB. Uxor ejus exfpiraverat 1677 d: 3 Maji, ædibus Paftoralibus d: 15 ejusdem menfis in cineres redactis.

In templo INGSTRUPENSI *ejusd. Nomarch:* D. Virg. Sacro. *In lapide fepulchrali* Paftoris GEORGII JANI Fil: VELLEJI Ao 1598 defuncti, *leguntur fequentia carmina non inelegantia:* Ad

Ad superas Arces Tu vera es Janua Christe!
Errat, qvi sine te qværit ad ästra viam
Principium in tereti qværis qvicunq; figurâ,
Principium invenies hìc, ubi finis erit.
Sic Christum verô qvicunq; vereris amore,
Qvæ vitam hora tibi finiet, incipiet.
Luna velut toto collustrans lumine terras,
Frustra allatrantes despicit altä canes.
Sic qvisqvis Christum allatrat Christive Ministros
Index stultitiæ spernitur usq; suæ.

NB. Inter Pastores hujus loci notabiles sunt. Hr. Niels seu Dn. NICOLAUS primus hic à Reformatione Ecclesiastes & simul Præpositus 1554. qvi antea fuerat Monachus Börglumensis. Nec non Dnus JANUS GEORGII, cujus nomen inscriptum est suggesto in annexo templo Hiermislevieusi, post septennium Pastoratûs de sede dejectus, teste Msto nobis transmisso, ubi de eo ita. Hand blev domt 1606 den 3die Julii for den Geistlig Rett i Aalborg fra Kald og Embede, formedelst nogle ærrörige Ord, hand skal have talt mod Herreds Fogden for Retten paa Herreds-Tinget samt fleere Beskyldinger. Var et u-roeligt Hoved, döde siden i Sæbye i stoer Armod 1637.

Incensum qvondam templum Ingstrupense & qvidem singulari casu refert citatum Mstum his verbis: I Ingstrup Præstegaard boede fordum en Adelsmand. Hans Syster lod sig besove i hans Huus af en Privat Person. Dette, som let er at troe, krænkede det adelige Blod saa hoylig, at de begge skulde böde med deres Liv. Da de mærkede det, retirerede de sig til Kirken op i Taarnet. Hand siges at have hast sin Hest med sig, for der af at betiene sig til at undflye. Hvorpaa Adelsmanden lod sætte Ild paa Taarnet og med Taarnet opbrændte sin nye Svoger. Systeren skal være sluppen ud og skiult sig paa Marken neden for Kirken, hvor der ligger nu en liden Bye, der af kaldet Skulsmarck ɔ: Skiulsmark. Til Tegn af denne Brand vender nu Taget paa Taarnet i Öster og Vester: Her om er giort en gl. Kiæmpe-Vise, hvoraf ikke vides uden Begyndelsen: Det var liden Engelbret etc. saa skal Delinqventens Navn have været. Qvod sedem Pastoralem attinet, habentur ibidem seqventia satis euriosa: Ingstrup Præstegaard er kaldet Freden-Riis. Der er et Huus Vester i Gaarden kaldes Barfred (NB Ita olim [illegible]eic vocabantur ASYLA) for nogle Aar siden, da en Bonde Karl flyede for dem, som vilde tage ham til Soldat, søgte hand her til efter det Spargement, at her NB. var et Frie-Sted og forstak sig paa Loftet af samme Barfred, hvor hand dog fandt ingen Fred. Paa Præste-Gaarden har været et stort rod Huus med Grave omkring, hvor Kongen undertiden har taget Logemente, naar hand kom til Landet og derover lagt Ingstrup Söe til Gaarden. Dette bevises af et gl. Brev udgiven 1581 af BIÖRN ANDERSEN Hovedsmand paa Aalborg Huus, hvor det iblant andet heder: Hr. Jörgen Jensen (Pastor loci) haver med et lovlig Tolv Mands Vidne beviist, at udi 60 Aar og derover havet Fiskeriet i Ingstrup-Söe været Eyendeel til Ingstrup Præste-Gaard til Hans Kongl. Majests. aabne Kielder og Giæste-Herberg der sammesteds.

Ante 150 annos præter annexas hodiedum duas Hiermislev & Alftrup aliam nomine Kiætterup fibi olim annexam habuit Ecclefiam paroecia Ingftrup, tefte cit: Mff.; ubi de deftructo Templo Kiætterupenfi hæc habes: Da Kiætterup Sogn, fom grændsede til Vester-Hav, var af Sandflugt saa got fom ødelagt, fik Hr. Jörgen Jenfen da Paftor loci det saa maget, at Kiætterup-Sogns Kirke skulde nedbrydes, og det overblevne af Sognet gaae til Ingstrup Kirke, hvor om endnu er dette Ordsprog: **Her Jorgen lagde Kiætterup Kirke øde, fordi hand vilde Capellan ey føde.** Thi de 4re Kirker udfodrede nødvendig en Capellan: Og fom Konge-Tienden i det ganske Herred ligger til Aalborg-Bispe-Stoel, saa tabte Bispoppen herved endeel i sin Indkomst, hvor over der blev forhørt hos ham, af hvad Betydenhed denne Skade kunde være. Hand satte den for 20 Tdr. Biug, som Bisperne blev beskikket vist af Timmerbye i Han-Herred 2c.

In Templo Monafterii qvondam Veftalis VREYLE-CLOSTER.
Infcriptio facri Calicis.

Denne Kalck og Disk haver Frue IDE GöYE ladet giore til VRELO Kirke 1646, efter det Svendske Indfald 1644, som de bortrøvede af fornevnte Kierke Kalk og Disk samme Thid.

NB Idea Göye Vidua J. Julii. Monafterium, qvod hic Vrelo dicitur, alibi Urelöf vocatur.

Intelligitur irruptio Svecorum tempore C4ti, cùm Tribunus Svecus HIELM VRANGEL, juffu TORSTENSONII per glaciem concreti Sinûs Lymici Vanfaliam invafit ac exfpoliavit. Adde qvod hodiedum hic fuperfit Epitaphium Germanicum Virginis Svecicæ nomine REGINÆ ELISABETHÆ à KABELN, in Vreylef-Clofter defunctæ Ao. 1658, qvæ fertur fuiffe filia Tribuni cujusdem Svecici, cui Svecanæ, Districtui Vanfalico infufæ, parebant copiæ, Vrangelio ad obfidendam Friderici-Oddam regreffo.

Conftat ex Chronico Epifcopali Hvirfeldiano pagg. m. 105. ultimo Viburgenfium Epifcopo Pontificio GEORGIO FRIIS, jam cum cæteris fede detrufo, in vitæ fuftentationem ceffiffe Monafteria Vrelof-Clofter & Sibber Clofter, incertum verò in hocce ne an in altero, vel alterutro horum fepulturam nactus fit? In Burglamenfi Monafterio, funt qvi fepultum putant, fed illi forfan confundunt JAPETUM FRIIS Epifcopum Burglan. de qvo fupra inter Infcript. Burglan. cum GEORGIO Viburgenfi.

Carmina feqventia vernacula Tabulæ nigræ infcribi fecit Nobiliffima Heroina CATHARINA RÖNNOV, qvæ Vidua inhabitabat prædium RÖNNOVSHOLM à nobilibus RÖNNOVIIS fundatum & qvidem ex tribus, qvæ ibi olim erant, villis rufticis:

Hielp nu Gud og altid,
Hvor got Levnet er, da varer det en stakket Tid.
Et got Nafn varer ævindelig.
Ald den Stund vi ere i dette Elende,

Da

Da haver vort Arbeyde ingen Ende.
Mennisfets Liv er intet Liv men stoer Elendighed.
Disse 6 Stykker hader HErren og det syvende haver hand
Vederstyggelighed til Hoffærdige Synne.

Et cætera ex Siracide.

Paa denne Jord ingen Roe KAREN RöNNO.

I. B. subject. insignib. Bildianis.	K. R. subj. insign. Rönnovianis.

Tabula Altaris ostendit 4 Nobilia insignia sc. BILDIANA, JULIANA, RöNNOVIANA & SCHENCHELIANA.

In Pulpito conspiciuntur insignia Genealogiæ cum paternæ tum maternæ Nobilium JULIORUM, ad qvos ultra centum annos Monasterium hoc pertinuit.

Observantur præterea hic sepulchreta PETRI JUEL & Uxoris HELVIGÆ KRABBE nec non Beati Dni de MOESTING Legati Exercit: qvem Generalem Majorem vocant.

Ubi hodie est Sepulchrum Julianum, ibi olim fuit Sacellum, unde Sanctimoniales qvondam per aditum jam præclusum ascendebant in Pulpitum, in qvo illarum hodienum supersunt selliæ. Fenestræ pulpiti, ut ex certis vestigiis apparet, asserculis olim ex parte fuerunt obductæ, ne sanctimoniæ Vestalium obesset liberior prospectus, sacræve Virgines profani vulgi nimium paterent oculis. Ab australi templi parte visuntur rudera & vestigia portarum 2. convexarum, per qvas templum intrabant Moniales. Sed facta Ao. 1675 totius templi reparatio vetat plura illius ævi indicare indicia. Qvod ipsum Monasterium attinet tempore Nobilissimæ Virginis, INGEBURGIS JULIÆ sub pavimento qvodam repertum fuit Sceleton infantis prorsus integrum binis lateribus inclusum. Unde Vestalium harum elucet pudicitia. Ostenditur adhuc locus, ubi Sanctimonialium olim fuerit hortus. Cæterùm Monasterium hocce successu temporis divisum fuit in Söndre & Nörre-Vreylev ob dissidia continua inter binos, qveis simul inhabitabatur, Nobiles.

FINIS TOMI SECUNDI.





Marmorum Danicorum Appendix.

Inſcriptionibus Sialandicis
Tom. I. libr. I. comprehenſis accedant
poſtliminio ſeqventes.

ROESKILDIÆ

In Æde Cathedrali Sti Lucii.

Monumenta Regia.

Præter Latiale, qvod ſuperius adduximus, SVENONIS ESTRITHII, celebratiſſimi qvondam Daniæ Regis, Epitaphium, rhythmos, qvi ſeqvuntur, vernaculos, pro remotioris ævi genio non inconcinnos, Regio ſareophago olim inſcriptos falſò perhibent nonnulli:

Da MAGNUS var tvingd med Dødſens Baand,
Da kom mig Dannemarks Spiir i Haand,
Jeg holdt hende til min Døde-Dag,
Og kom min Ting ſaa vel i Lag.
Herr Edvart af Engelland gaf mig Skat,
Og var mig troe baade Dag og Nat.
Jeg brugede der til Lykke-Spill,
Jeg ſkulde Norge fange dertil.
Men Harald St. Olafs Broder der var,
Hand blev mig den Tid noget forſvar,
Thi foere vi ſammen toſver i Strid
Og hand vandt Seyeren begge Tid.
Siden gaf jeg mig vel til Fred
Og lagde ald Krig og Orlog ned,
Paa Kirker og Kloſter lagde jeg Vind
Og elſkte dem af aldt mit Sind,
Og deres Perſoner baade fiern og nær
Havde jeg i mit Hierte kiær.
Biſkop Vilhelm i Roeſkilde alſommeeſt,
Hand var min Ven alſombeſt.
Men een Tid var hand mig vred,
For jeg giorde Gierning, ſom Gud var leed.

Det

Det skeede sig om en Nye-Aars-Dag,
J Lutz Kirke lod jeg giore et Slag.
Om Morgenen jeg skulde til Kirke gaae,
Da fand jeg hannem for mig staae
J Biskops-Klæder med Biskops-Stav,
Hand gav mig Skyld og megen Straf.
Hand stak mig med Staven for min Bull,
Vær ud, sagde hand, Kiødmanger fuul.
Hand aabenbar satte mig i Band.
Med Bog og Klokke og Lys i Haand.
Da vilde mine Tiennere hannem slaae,
Ney, sagde jeg, lader hannem gaae.
Saa gik jeg til Herberge igien,
Jeg skifte om Klæder og var ey seen.
Saa tog jeg mig et Haar-Klæde paa,
Barfod jeg til Kirken monne gaae,
Jeg lagde mig for den samme Dor,
Som jeg var udaf dreven før,
Til Bispen hand kom med sin Stav
Og reysde mig op og løsde mig af,
Og sette mig Skrift, som der burde til
Og Retten gav og Gudelig Skiæl.
Tredie Dag, der kom efter nest
Og Presten hafde Læsten læst,
Da opsteeg jeg i den Prædike-Stoel,
Jeg straffede mig selv for Gierning fuul.
Jeg lovede den Biskop saa mangelund
For den samme Naade og Miskund,
Som hand mig i den Sag havde giort,
Som jeg havde baade seet og spurt.
Saa gaf jeg Kirken for Fred og Brød
Halv Stevns-Herred skiødte jeg i Bispens Skiød.
Siden elskte hand mig af Hiertens Grund,
Som hand loed see i Dødsens Stund.
Saa tog hand til og reede da sig,
J Tapzove-Øre der mødte hand mig.
Der lod hand giore en anden Baar,
Og bad til Gud med grædende Taar,
At hafde hand nogen Tid giordt noget vel,
Det Gud vilde da annamme hans Siel,
Og ey lade hannem leve igien,
Men følge da mig hans gode Ven.

Saa døde hand da blant de samme Ord,
I Lutz Kirke lagdes vi baade i Jord,
I de samme Grave, hand grave lod,
For hand af Roeskilde foêr mig imod.
Tusinde halffierdesindstyve og fiire Aar
Efterat Guds Søn fød der vaar.

NB. Sed errant, qvi hos rhythmos (*cum reperiantur in vet. Danic. Chron. Rhythmico per Monach. Soran. Fratr.* Nigellum *composito & Havniæ aliqvoties excuso*) pro expicedio Regio venditant.

In Sarcophago Sereniss. Reginæ SOPHIÆ, glor. mem. Regis FRIDERICI 2di Conjugis, præter ea, qvæ superius attulimus, leguntur insuper rhythmi seqventes:

Der Gerechten Seelen sind in GOttes Hand
Und keine Qval rühret sie an.

Item.

Hierin liegt verwaret der Leib,
Die Seele bey GOtt ewig bleibt.

Epitaphio glor. m. Regis CHRIST. V ti superius adducto adjungatur seqvens Sarcophagi Regii Inscriptio:

Augustissimus & Potentissimus
MONARCHA
CHRISTIANVS QVINTVS.
Orbis Arctoi Gloria, Felicitas & Columen.
PIETATE & JUSTITIA,

Qvarum Assertor Optimus; Ecclesiam ædificiis ornatissimis, Regna incomparabili, universo orbi invidendo simul & venerando jure, Supremum regnorum Tribunal purpura & ornatu splendido, Civium mores politia exqvisitissimâ, urbem Regiam structuræ amplitudine commercisq; auxit & condecoravit. Virtutem ipsam, nobili in Eqvestri Academia educatione excultiorem, cunctis in publico & statu Honorum gradibus erectiorem, Illustrissimi Ordinis Danebrogici restitutione excelsoq; simul generosæ æmulationis spiritu, cœlo digniorem præstitit.

FORTITUDINE,

Qvâ pace & bello maximus, fortissima in Imperii securitatem monumenta erexit, rura ipsa borealia armis & ad trophæa parato instruxit aratore, hostes superiorum temporum audaciâ plurimisq; simul Provinciis exutos strenuè coërcuit & in æqvum redegit, sociisq; bellorum ab omnibus etiam desertus, neminem deserens summa intrepidi pectoris constantiâ fidem ad miraculum usq; religiosissimè servavit. Omni-

Omnibus deniq; Virtutibus
Cœlum propitians, terram emendans, feculum exornans, anno Imperii 30mo, ætatis 54to, falutis mundi 1699, mortalitatem explevit.
Fama fideribus & feculis vix circumfcripta
cineres hic inclufit.

In Sarcophago Sereniffimæ Reginæ CHARLOTTÆ AMALIÆ, laudati Regis Conjugis laudatiffimæ.

CHARLOTTA AMALIA,
Celfiffimi Principis VILHELMI IVti Haffiæ Caffellanæ Landgravii Filia,
Qvam omni Gratiarum Decore ditaverat Natura, à
CHRISTIANO Vto
in partem Coronæ & Thori affociata Ao. 1667.
Conjugio 32 annorum Regina Optima, Uxor Svaviffima, Exoptatiffima, in perenne Domus Auguftiffimæ Imperiiq; columen & fulcrum, fœcunditate Mater Fortunatiffima, fincero pietatis amore, celfitudine animi, beneficentia, prudentia, & inimitabili omnium virtututum Heroicarum exercitio
HEROINA MAXIMA,
Anno ætatis 64to CHRISTI 1714, prout à cœlo terris commodata, ita cœlo recepta
Devoratâ, erepto Rege Conjuge defideratiffimo, bis feptem annorum folitudine, triftiffimisq;, qvas nemini unqvam mortalium in terris voluit, lacrymis; nunc inter Cœlites æternùm triumphans Anima beatiffima mortales, qvæ hic conditæ funt, terris reliqvit exuvias.

Præter Epitaphia Epifcopalia fup. Tom. I. libr. I. pag. 16 ad p. 19 incl. item pag. 37 allata, pòftea adepti fumus feqventia:

In Sacello S. Birgittæ *vulgò Baptifterii.*
In lapide fepulchrali.
Hic jacet Venerabilis Pater Dominus
OLAVS
Epifcopus Rofchildenfis, primus Fundator hujus Capellæ, obiit Anno Domini 1320. 6. Id. Mart.

Qvæ, fi exordium exceperis, conveniunt cum iis, qvæ tabulæ ibidem fufpenfæ infcribuntur nobis fup. allata T. I. p. 18.

Ibid.
In lapide Sepulchrali.
Hic jacet Reverendus in Chrifto Pater & Dominus

Dominus NICOLAVS
Dei gratia Episcopus Roeschildensis.

NB. In tabula cuprea grandiori, jam parieti, olim memorato lapidi, unde, cum sepulchr: glor. mem. Reg: CHRIST. V. pararetur, eximebatur, affixa, eadem leguntur, hac tamen tituli variatione ac mantissa Ævum Episcopi designante:

Episcopus de Roeskild, qvi obiit Anno Domini 1395. 18 d. mens. Januar. cujus anima per misericordiam Dei reqviescat in pace, Amen.

Hic jacet Venerabilis Pater & Dominus
Dnus JOHANNES
Episcopus Roschildensis, qvi obiit Ao. Dni 1431. Die divisionis omnium Apostolorum.

EPITAPHIUM
Mag. JOANNIS ANDREÆ
Canon. Roeschild.

Dormit JOANNES &c. *Vid. Tom.* I. *p.* 18. ubi epitaphii metra adsunt, hisce, unde officium viri patet, deficientibus. Ibi additur anni numerus: MCDXXXI. in recentiori autem apographo: 1588. insignis admodum discrepantia! utrum rectius incertum. NB. Monemus hic simul, factum superius esse per incogitantiam l. cit: T. I. p. 18. ut epitaphium Canonici hujus Episcopalibus fuerit immistum, ne incautior Lector, hac nostra oscitantia seductus, pro Episcopo Roeskildensi habeat, vel alii locupletatum à nobis spurio Præsule Episcoporum Roschild. catalogum temere dicant.

Epitaphio perantiqvo civis Roschild. Wilhelmi, qvod habetur Tom: I. p. 20. illhæc præmittuntur:

Ao. Dni 1567 Dominica Palmarum obiit nobilis & optimæ indolis puer
JACOBVS FRIIS
de Hesselager. HENR. FIL. cui cum monumentum pararetur, præsens hoc scriptum, in plumbeam laminam incisum & in sepulchro, huic ab oriente proximo, positum reperiebatur,

NB. Pars horum superius, sed typi genere minus conveniente habetur, ut pro Nota potius qvàm inscriptione habeatur. Cæterum lacuna, qvæ in ipso Wilhelmi contiguo epitaph. super. observatur, ex recentiori apographo ita, sed minus accurate, suppletur: (sc: post τὸ EPISCOP. NICOLAO)
FILIO SITIG
ubi pro monstroso Sitig legendum Stygge seu Styggei, vel Stygoti. Differt præterea anni numerus. Ibi est 1232 hic verò 1233.

Inter antiqvissimas & rarissimas Templi hujus inscriptiones referenda merito venit HELGONIS, Consiliarii olim Regii epitaphium his verbis conceptum:

Ao.

Ao. 1100. 3 Idus Novembr. obiit

HELGI

Consiliarius NICOLAI Regis, qvi multiplices eleemosynas huic Ecclesiæ contulit & jugum Regii juris, qvod à qvibusdam Regum Consiliariis Ecclesiæ hujus Canonicis impositum fuerat, excussit.

NB. Qvodsi anni nota forsan accuratè minus exscripta fuerit, inter annum 1110 & 1120 nihilominus obitus ejus inciderit.

In lapide sepulchrali.

Under denne Steen forvares det jordiske og dødelige af den Høyædle, Velbaarne og Mandhaffte Mand

WERNER KAAS,

som var 1674 oprundet af giæv og gammel Adelig Herkomst, vel artet i sin Ungdom, saa hand med Gudsfrygt, Dyd og Tapperhed meere prydede end tog Ære af sin Adelskab. De gamle Kaasers Helte-Mod, som oplevede igien udi ham, drev ham tiilig i Krigens Skoele. Hans Aarvaagenhed til Kongens og Fædernelandets Tienneste ophøyede ham Trappeviis til Ære, saa hand Aar 1719 blev Major ved et Norder-Siællandsk National-Regiment til Fods, i hvilken Charge hand og, velbered til sin død, eenlig endte sine Dage her udi Roeskilde d. 22 Febr. 1726.

Her ligger Erlig og Velbyrdig Mand

FRANCISCVS HISPANER

Kongl. Majestts. af Dannemark Herold, som døde i Kiøbenhafn 1553 d. 8 Dag Junii.

Epitaphium binorum puerorum Nobilium, Matthiæ & Oveni, *qvi è familia* Bildiana *fuisse putantur.*

Hic duo sunt pueri MATTHIAS AVOq; sepulti
Et placide recubant cum GENITORE suo.
Mens tamen in Christo vivit remanetq; superstes,
Rursus & exuvias est habitura suas.
AVO obiit 20 d. August. Ao. Dni 1564.
MATTHIAS verò 29 d. Novembr. 1560.

Memoriæ

JOHANNIS HARTMANNI
Holsati,

qvi pie educatus in Aula Ducis Holsatiæ ADOLPHI, deinde sub DANIELE RANTZOVIO Duce Exercitus in bello Svetico,

finitóq; eo, in Arce Flensburgensi, Scribæ officio dextre perfunctus, eaq; de causa ab Inclytiss. Daniæ Rege CHRISTIANO IVto ipsi Flensburgensi Præfecturæ, pòst à Serenissima Regina Vidua SOPHIA Qvæsturæ aulicæ, adhibitus, tandemq; clementer dimissus, Flensburgumq; tendens, ut mortuus uxori ANNÆ KELLINGHUSIÆ sepulchro jungeretur, hìc Roeskildiæ morte interceptus Anno Domini 1606, ætatis 72, munificentiâq; Serenissimæ Reginæ hìc sepultus est, hoc monumentum consecratur.

Ave. Lector! lethi memor.

Ad Epitaphium Beati Herois JUSTI JUUL S. R. M. Pro-Architalassi, in prælio Rugiano d. 8 Aug. Anno MDCCXV. ictù tormentario extincti, qvod attulimus superius Tom. I. libr. I. pag. 39, pertinent præterea seqventia tria disticha satis elegantia.

Sic cecidit JVSTVS, VICTRICIS VICTIMA pugnæ,
Sed MORTIS MORIENS ultor & ipse suæ,
Dum Regi & Patriæ protendit pectus & artus,
Fortiter exemplum Posteritatis obit.
Cernitur hìc JULIÆ dignissima gentis imago,
Hoc nullus JVSTO JUSTIOR esse potest.

Hisce veteris & infucatæ cum defuncto amicitiæ svavissimam memoriam, qvamvis debito animo, testatur.

C. SEHESTED.

In tabula lapidea affabre elaborata legitur Epitapium metricum ab inclyto qvondam Sialandiæ Episcopo D. JOH. PAULI RESENIO Defunctæ Uxori positum, qvod ob elegantiam hic locum meretur.

D. M. E. P. S.

Conjugi Pientissimæ, Dulcissimæ, Beatissimæ

BARBARÆ

D. ANDREÆ LAUR. F., qvæ ut nata erat Roëskildiæ 8 Martii Anni 1568, ita ibidem placidè expiravit 29 Octobr. Anni 1601.

Viduus longè mœstissimus JOH. PAUL. RESENIUS.

BARBARA cara, nihil minus at qvàm BARBARA, Conjux!
Dic age! te careo, vel mage non careo?

Civis sum Christi, non BARBARA, care Marite!
Spiritus ante Deum est, corpore forte cares.

Ergo qvà talis seu qvatenus intima Christi
Sponsa es, te totam jam TENERE TENEO:
Nam te Christus habet, tu Christum, me qvoq; Christus,
Christum ego, per Christum nos sumus ergo simul.

Cum

Cum Christo juncti sincero animòq; fideq;,
Ex carne illius nos sumus una caro.
Qvos junxit Christus, qvi vita est certa beatis,
Dividere hos nunqvam mors neq; sæva potest.
Mirandum fœdus, miranda hæc vincula cunctis,
Corpus mirandum maxime Christe! tuum.
BARBARA! RESENII magis es post fata mariti,
RESENIUS magis est, BARBARA rara! tuus.
Maxima sed restat conjunctio, tempore qvô pòst
Tecum erit æternùm, BARBARA! RESENIUS.

Peder Trælund Riber Borger og Skoleholder i Kiøbenhavn skrev og polered denne Steen.

SEVERINVS OLAI
Roëskildensis,
Olim apud Roeskildenses Minister Evangelii JEsu Christi, in hoc loco sepultus qviescere voluit. Vixit annos 69 & II menses, diem autem suum obiit anno à partu Virginis 1601. 15 Augusti.

NB. Dignus est beatus ille Presbyter ob sacram, qvâ egenorum Roëskildensium inopiam sublevavit, perpetuoq; laudandam munificentiam, legatâ nempe iis Annô emortualem proxime antecedente haud pœnitenda sorte, cujus vel hoc loco gratè recolatur memoria.

Under denne Steen hviler sine Been af Alders Mode, Ærlig, Welviise og Welfornemme Mand
HANS ANDERSEN GVNTZOV
Fordum Borgemester i Halmsted, som salig hensov i HErren, d. 3 Januar. 1656, i sin Alders 68 Aar og II Maaneder 2c. 2c.

Prætereo cætera, in qvibus inter alia monetur, à MAG. ANDREA GUNTZOVIO, HALMSTADIENSIS hujus Consulis Genero excitatum id socero, qvod lapidi sepulchrali imminet, monumentum.

D. O. M. S.
Exuvias hic deposuit Illustrissimus Heros & Dominus
Dnus OTTO KRABBE
Eqves Auratus Ordinis Elephantini, Consiliarius in sanctiori Augustissimi Regis Consilio intimus, ut & Statûs & Justitiæ, Dioeceseos Siællandiæ & Præfecturæ Roëskildensis, Tryggeveldensis, Vordingborgensis & Moënsis Præfectus integerrimus, Dominus Egholm & Holmegaard, qvi Parentibus Nobilissimis ERICO KRABBE & MARIÆ KRVSE ortus & generis splendorem debebat, proprriis verò virtutibus bonorum omnium amorem & reverentiam

Obseqvio & intemerata fide trium Ordine Regum Daniæ & Norvegiæ, FRIDERICI TERTII, CHRISTIANI QVINTI, FRIDERICI QVARTI, gratiam & favorem meruit. Tribus ex optatissimis matrimoniis beatus, bis viduati maritalis thori luctum gravissimum, elata Anno 1681 post 10 annorum felix consortium, DNA DOROTHEA GERSDORPH, qvæ bis parentem factum dereliqvit; atq; iterum amissa AO. 1684 post 4 saltem annorum dulce, sed sterile conjugium, Dna CATHARINA HAHN, felicissimè levavit AO. 1686, ductâ Generosissima Dna BIRGITTA SCHEEL, Excellentissimi Dni OTTONIS SCHEEL & Dnæ CHRISTIANÆ BILDÆ filia, qvibus tertiis votis addidit Divinum Numen diuturnitatem, cum totos 33 annos, summa mutui amoris constantiâ vixerint. Obduxere nubem tam splendidæ sorti sola liberorum præpropera fata, qvorum cum 3 suscepissent, unum virilis sexûs, fæminei duos, nulli tamen concessum fuerit cineres colligere Parentum, cum 2 filius nimirum filiarumq; una mortalitatem in prima exuerint infantia, & qvæ supererat, diu unica, Illustriss. & maximè Gratiosa Heroina Dna CHARLOTTA AMALIA KRABBE; jam adulta, jam nupta, jam domum deducta & felici omine locata Illustrissimo Heroi Dno HULDARICO CHRISTIANO GYLDENLöV, qvanto Viro! 10mo post nuptias mense anno 1709 vix inchoata gaudia & spes destituerit Parentum. Tandem Vitæ gloriæq; satur beatus Heros veniam in publicis muneribus ab Indulgentissimo Rege petiit & ægre obtinuit AO. 1717 atq; inde in prædiis suis qvievit. Tandem anno 1719 d. 13 Julii ad veram qvietem à Deo ter opt. Max. Egholmiæ evocatus, postqvam in peregrinatione sua absolvisset annos 78 menses 6 dies 13. Mœstissima Vidua, Tanti Viri desiderio prope confecta, monumentum hoc, ne non Optimi Mariti Virtutes etiam post illius fata saltem exemplis prodessent, lugens mœrensq; P.C.

In Sarcophago.

Her giemmes alt hvad der kunde doe af den Hoyædle og Velbaarne Herre

Hr. NIELS KRAG

Herre til Volberg og Eegeschov, Ridder, Hans Kongl. Majests. til Dannemark og Norge Hoy-betroede Geheime Estats- og Justitz-Raad, samt overst Deputerede for de Kongel. Financer. Hvis Siæl er forflyttet til Evigheden, hvis Navn

ND. De Fortissimo hoc Heroe legi meretur Oratio parentalis ab Excellentiss. Generosiss. Dn. MARCO GIÖE, Eqv. Aur. S. R. M: qvondam Consiliar. Intimo, Stat. ac Justit. nec non Reg. Acad. Eqvestr. Ephoro in ipsis Beati Herois Ædibus ante Sarcophagum coram freqventi & illustri Auditorio habita d. 7 Jun. 1697, qvæ cum cæteris Parentalibus vernaculis de functi Herois Hafniæ prodiit.

APPENDIX TOM. II.

Inscriptionibus Cimbricis
accedant sequentes.

SLESVICI
In Æde CATHEDRALI.

Epitaphium PETRI JAC. JUGERTI, PHILIPPI JULII à PLATEN & DOROTHEÆ AUGUSTÆ SCHENKIÆ *eadem matre, Matrona Nobil.* DOROTHEA AUGUSTA PREUSSERIA, *uxorum.*

VIATOR.
Qvorum huic nomina vides inscripsa monimento,
Ex genitoribus proseminati fuerant tribus,
sed matre una.
Et iisdem ipsi,
Ut matrem oscularentur unam,
Eosdem intra dies festinare visi sunt.
Feliciter!
Terræ matri osculum datum est.
Ipsis, qvo properabant,
Cum Christo regnum partum est.

FLORA ILLACRIMANS
Funeri
Viri Præstantissimi
Dni JOH. CLODII,
Sereniss. Holst. Ducis
Hortorum Gottorp. Magistri
An. 1660. 11 Oct.

EPITAPH.
Qui nunc hortulos ingrederis,
Viator.
Ne tu post Calendas has Octobres
Inter pulvillos Floræ. Et aureolas Chloridas
Vel flores qværito. Vel jucunda desiderato.
Desitum nunc est florere hortulis,
& desierunt esse

Oooo Nar-

Nardiq; Catthæq; Indiq; Granadilli.
Illæ etesiarum pupulæ, illa soboles favoniorum.
Et usq; deliciantis proles Maji.
Nec tamen vel Auster iis immissus est,
vel hibernus sæviit Jupiter.
Sed funus sub has calendas itum est,
Floræ. Florumq; qvicqvid est.
Cultori & Magistro
JOHANNI CLODIO.
Qui Volmerstati in Episc. Magdeb. natus
Anno, qui a salutari est CIↃ IↃLXXXIV.
PATRE PETRO CLODIO, & hujus artis primo,
Et avo MATTHIA CLODIO. ANTVERPIANO.
Qui ex Belgio ob religionem pulsus,
Quum XII Filios raro sane exemplo haberet.
Universos hortis & hortorum arti dedit.
Hujus nepos JOHANNES, quum tener admodum
Musis novem & litteris esset adductus.
Jamq; Academiæ Juliæ biennio habitaret Tempe.
In ipso tamen Pindo, non litteras, sed flores legit.
Ergo ad Patris, Aviq; vestigia regressus,
Quicquid Principes Principum Germanorum horti habeant.
Quicquid Belgæ solertia. Galli dexteritas.
Brittonis nitor. magnificentia Hispani.
Itali acumen
In arte hac, vel rarum, vel occultum habent.
Dum horum terras tot annis & lustrat & habitat,
q; ipsa Roma, octennio integro, inter Farnesianos
Et Caporrianos hortos
Et Florentiæ sex fuit annis.
Universum perdidicit.
Ipsum tandem Cimbrorum Dominus FRIDERICUS
Florentissimæ æternum memoriæ Princeps
Quum hortis suis. An. CIↃ IↃCXXIV præfecisset.
Habuit. ex illo tempore. Holsatia
Ab hujus cultu & arte
Quicquid in hortis suave gustu est.
Quod allectat nares. oculos eblanditur.
Is quum LXXVI ætatis annum implesset.
Jamq; & terræ hujus Princeps
Civium Pater FRIDERICUS
excessisset,
Noluit & ipse terram ulterius colere.
SARRITUM. inquit. satis est.
An. CIↃ IↃCLX. XIV Septembris
Mens Jesum Salvatorem suum amplexa est
III Octob. terra terram suam recepit.
Et defodit a qvo dudum fossa est.
Viator.
Ne tu nunc post has Calendas Octobres
Inter pulvillos Floræ & aureolas Chloridas.

Vel

Vel flores qværito vel jucunda desiderato.
Nam quicquid florum frondiumq; est,
nunc exequias ivit
FLORÆ. FLORUMQ; CULTORI ET MAGISTRO.
JOANNI CLODIO.

Super Tumulum
Viri Juris Utr. Consultissimi
JOACHIMI BOLTENII
Reverendissimi olim & Celsissimi Principis
JOH. FRIDERICI
Episc. Brem.
Legationum & Judicii Secretarii
Inde Dicasteriorum per Ducatus Slesv. & Holsat.
Advocati Clariss.
Ipsis Cal. Octob. An. CIↃ IↃC LXIIX.
Æt. LXVI.
Beate in Christo defuncti.

Ex edicto ergo & hoc perpetuo divino fuit,
Quod communi mortalium sorte natus
Illud, quod debuit naturæ, exolvit
Vir Juris, legumq; humanarum Consultissimus
JOACHIMUS BOLTENIUS.
Qui Neobrandenburgi Meklenburgorum
Honesta prognatus domo.
Quum eam vim ingenii persentisceret,
Quæ culturam meretur,
Illud suæ seposuit industriæ.
Sciret. quid legum sancita
Quid tribunal. & non deflexæ Themidis
Scita scisserent.
Patratum illi. quod cœptavit. feliciter.
Omne latarum legum æquor
Sine tranatum illi est. naufragio.
Nec sibi ista tantum sapuit eruditio.
Expromsit publico. qvam fecerat messem.
Brema primum istius prudentiæ æstimavit eximia,
Quæ ad Cæsaris inde par habita est ministeria
Et ad Augustas curandas curas.
Voluerunt & alii.
Cimbria illa electa est. ad cujus diceret tribunal.
Quid jus esset. Quæ divæ istius oracula.
Quæ judicantium juxta urnam.
Et ferra sontibus timenda. & abvoluta vultum
Iugum indeflexæ dispensat lancis.
Fecit ita. Jam XXII. anni sunt.
Ex qvo habuit sæpius in hoc, quo se firmaret.
Innocentia.
Quem palleret improbitas.
Et ecce dictus tandem & ipsi a fato dies est.

Divina citarunt judicia,
Libellum senecta misit ætas.
Morbi in jus duxerunt.
Peremtorium vere heîc quicquid fuit esse agnovit,
Ergo bene est inquit. Transactæ lites sunt.
Valete acta.
Non me causa absolvit.
PATRONO UNICO.
Sangvis Jesu me servat.
Per hunc ad meliores mittor.
Dixerat. Et XV. Cal. Novemb.
Exequiæ ita defuncto. factæ sunt:
Tulere gemitus familia. tulere liberi
Et lachrimas amarissimas.
Et tulisse fertur ipsa, quæ amaverat. Themis.
Indoluit certe. Et quis miretur?
Jam dolorum illa suorum dudum sveta est.

Super Exequias
VIRO
Nobilissimo & amplissimo
Dn. EILHARDO SCHACHTIO
Sereniss. Slesv. & Holsat. Duci Regenti
a Secretis aulici & provincialis Judicii
An. CIↃ IↃ CLXXVII. Slesvici parandas.

EPITAPH:

EILHARDI SCHACHTII

Viri Ampliss. Prudentissimi Cadaver
huc inferendum est.
Inferte. Si qui ex stirpe superatis,
Extruxerat ille conditorium
Hoc dudum sibi
Et dixerat. Hoc meum esto.
Cetera. quæ frugalitas comparcit.
Quæ indulgent fortunæ,
Non inferimus nobiscum. in vestes nascimur.
Non efferimus. Deponenda sunt,
Cnm deponimur.
Sufficit. Qui ossa claudit. Sepulchralis asser.
Sufficit. Quod involvit. Linteum.
Nec operæ fit. Pyramides super
Te educere. aut porticus.
Et amphitheatra subter terris
Fodere. Ubi tu ampliter cubes.
Ossa. Cinis. Fœtor.
Huc inferenda sunt.
Inferte. Vitæ non illaudabiliter gestæ
memoriam.
Inferte famam. ex honesto. bonam.
Nomen. ubi merueritis. posteritas meminerit.
Men-

Mentem si desideraveritis. Cœlum servabit.
Quantulum illud esse licet.
Quo collocetur loculus.
Infra quod cadaver putrescat.
Bene est. hoc mihi seposueram,
Cum repeterent sua fortunæ. mors resignaret.
Meliora cœlum promitteret.
Præmiseram eo meos.
Seqvemúr jam ipsi viam.
Mundi Servator. Christus. aperuit.
Annos amplius septuaginta vixi.
Miraberis temporis amplitudinem.
Divini. hoc quicquid numeri est.
Si computes pollice.
Vanum id erit. Umbra. nihili.
Æternitas numeros non habet.
Et vitæ tamen istius punctulo.
Se immensa olim dispensabit.
Æternitas.

Memoriæ Evergetæ optimi
fec.
M. G. H. Burchardus.

Memoriæ honoriq; supremo
Viri Illustriss.

Dn. ANDREÆ CRAMERI

Domini Hæred. in Hetwerswotth
Serenissimo Slesv. & Holst. Duci Regenti
olim a Consiliis Sanctioribus & Cameræ
Meritissimo.
Quum is IIII id. Dec. An. CIↃ IↃ CLXXIX.
Tumulo inferendus esset,
Debitum solutumq;
officium
a
M. G. H. Burchardo.

EPIGR.

Indictum funus est. faciendum
Viro Illustri. qvi fuit.

ANDREÆ CRAMERO

Non hic plebejus operam locabit vespillo.
Non præficarum redimentur lachrymæ.
Ducet hanc pompam lugubris Cimbria.
Dabit lachrymas non coactas
Patria. quanta est universa.
Fleverat illa hactenus bellorum. tot annis.
Exantlatas calamitates
Malacia tandem. post ista turbida
à Deo sperabatur placato.
Ecce non minor superioribus jactura.

Evocatur divinitus. Vir Laudatissimus
Et decedit.
Patriæ. qui fuerat. præsidio
Justitiæ. columen.
Principi suo. minister fidus
Familiæ. honor inclitus
Tangere dolorum nostrorum sensu
Qua inter rudera tua. Albi accuba
Ejusdem olim gloriæ. MAGDEBURGUM
Solabaris hactenus. Isto Viro.
Ruinas veteres Tuas. Nam indigena erat.
Patre natus cognomine.
Ex venerabili ibidem Ordine primo
Inde Mulhusanæ Ecclesiæ Antistite
Et natum ex hoc esse non erubuit.
A quo didicerat. Numen. quod est.
Justi injustiq; Vindex. religiosus venerari.
Virtutes. non laudare tantum. sed excolere.
Justitiæ lances. Si æs tinniat.
Non inflectere.
Publico egregio privatum non antehabere.
Elegantiam Musæ niseverant.
Et Pallas ambienti nunquam aversa.
Ori se facundia. & genitiva Pitho
Indulgentissime immulserat.
Per hæc ergo decora. jam Juvenis
Regum totiens auribus
Et sacra Cæsaris. facundus.
auditus est Orator.
Viri inde virtutes non sine ambitu
usurpare
Illustrissimus Oldenb. Comes.
Princeps Sapiens. Felix.
Admovere postea ministeriis suis
Terræ nostræ Duces
Divus FRIDERICUS. & qui nunc nostra.
implet vota CHRISTIANUS ALBERTUS
Non dememineris patria.
Jam tres & viginti anni sunt.
Ex quo merita viri agnoscenda habes
Qui. dum pacata essent tempora.
Velle ita perennare tempora.
Quum turbida ingruerent. Veluti
Inter tempestatem sæva.
Et infrementis Oceani iras.
Moderari sollicite ratem. obliquare
Sinus. Decimis undis subducere.
Suadere prudens moderata
Et ex moderatione tuta.
Tandem vero. ubi a propitio Deo spes pacis se
ostendebat.
Tum, veluti si votorum satur.
Satis. inquit. Viximus.

Si patriæ pacatiora tempora.
PRINCIPIBUS concordiam
MEIS. Domeſticum ad honeſta
Et gloriam inſtar. relinquimus.
Valete. quæ heic fuerant.
Spes & vota.
Diſcedimus ad meliora. & meliores.
Pone viro monumenta. Patria. Pone.
Et in monumentis illud MERITISSIMO inſcribe:
BONUM PUBLICUM AMANTI ET
COGNOSCENTI.
Ob.
Æt. LXIX.
Nat. An. CIↃ IↃ CX.

NOMEN CLARISSIMUM
Viri perquam Reverendi, Ampliſſ. Doctiſſimiq;
Dn. HENRICI BROMMERI
SS. Theol. Doctoris
Eccleſiæ Tonninganæ Paſtor Prim. Meritiſſimi
Tumulo inſcriptum. An. CIↃ IↃ CLXXIV.

Havete morituri.
Quid abominare vocem. Viator?
Et ipſe. qui inter vivos nuper fui.
Nunc inter mortuos. moneo morituros
Nec voces tamen do. datas non accipio.
Dicunt pro me. qui heic ſiti ſunt. cineres.
Illudq; vivis inclamant.
Moriendum vobis eſt mortales.
Sed indulgentia Numinis dieculam vobis extrahit.
Forſan craſtino. Proximo certe.
Evocandi ſumus. cogitate.
Colligamus ſarcinulas properius hodierni.
Tunc ut eamus expeditius.
Me ita ſancta monet Mnemoſyne.
Non dememiniſſem. Hoc age!
Egi cordate & provide.
Et ne tamen ſi honeſti deſtinaſſent natales.
Auguſtæ fuerunt Gamovivorum.
Si literarum non infelix cultus
Coluit non ingloria juventus.
Si mentis interpres os non infacundam
Fuiſſe. Vel marmor hoc teſtetur
Si quam egelidum eſt. Jam ſit facundum.
Si amicitia candida
Candida ſveveramus amare pector
Si torus nunquam in fribusculo
Et ne infocundus.
Soboles ſuperat quaterna.
Femella una. Tres maſculi.

Si muniorum dignitas. & quicquid lubentiarum:
Vita hæc vel vovet. vel sufficit.
me heic illigassent.
Quis miretur. amatum a me fuisse illud
Quod, qui non amet. nunquam in se
Quod amari dignum sit. inveniri credat.
Et tamen evocantibus ad meliora. fatis
Non inlibenter parere potui.
Ne mirere. meliora præponderasse.
Innuenti obsecundatum esse Deo.
Ostendebat intuenti manus.
Quid divina innuisset manus.
Moriemur. inqviebam.
Quid dixerim aliud. nisi. æterna caducis
ante habeto.
Moriemur hodie
Quid nisi si illud dixissem.
Festinemus. non improperati in patriam.
Feliciter. de me bene est.
Serite ad hunc tumulum. qvæ perennes
Lauri sint. Serite. Amici.
Et gramen vivax. & amaranthos immortales.
Mors in Christo beata. mortis
Victoria est.
Natus. An. CIↃ IↃ CXXIIV.
Denatus. An. CIↃ IↃ CLXXIV.

NOMEN DESIDERTISSIMUM
SUMMI HEROIS
DOMINI
FRIDERICI RANZOVII
Equitis Danebrogici. Potentissimi Dan.
Norv. Regis Consiliarii Intimi.
Dynastæ in Knoop. Uhlenhorst. & Proinstorp.
Postrid. Non. April. Anno
CIↃ IↃ CC XXIII.
Tumulo inscribendum.
LVGENTI FAMILIÆ
ILLUSTRISSIMÆ
Velut Pignus officii Piis Defuncti
manibus destinati
Submisse offert
M. ANDR. LUDOVICUS
KOENIGSMANNUS. P.

EPITAPH.
Si quam egelidum hoc marmor. Tam
Facundum esset. id Tibi perenniter
Diceret Viator.
Quot. quantis. quam amaris in lachrymis
Ossa hic condita
ILLUSTRISSIMI EXCELLENTISSIMI
IN

IN TOGA HEROIS
FRIDERICI RANZOVII,

Equitis Danebrogici. Potentiſſimi Regis
Daniæ Norvagiæ Conſiliarii Intimi
In Knoop. Uhlenhorſt. Proienſtorp. Dynaſtæ.
Scilicet
Non Nobilitas. Honos. Munia. Opes. Merita retinere,
Non retrahere amantium ardentia vota. ſuſpiria,
Planctus poterant Judicem a Judice ſupremo
evocatum.
Edictum breve erat. Sed peremtorium.
Exeſſe RANZOVIUS jubetur.
Dies dictus erat VI. Id. Febr.
Paruit ſubmiſſus exceſſit. liquit mortalitatem.
Elatum funus eſt.
Aula. patria. equeſter ordo alte gemit. Gens vetuſta
Ranzoviorum. Thieniorum. Reventloviorum.
Baudiſſorum. Alfeldiorum. non pullata
Tantum majoris abollæ ſyrmata trahit
Et ſqualet
Sed laniata viſcera luget graviter.
Regni corculum. Patriæ ſidus. Florem
Nobilitatis. gentis ſuæ ſplendorem ſublatum.
Mœſtiſſima Conjux vix ducit animam.
Secta corda lamentatur.
Singultant Gener. Nepotes. Affines.
Dulce Decus & Præſidium ſuum
Fuiſſe.
Eccleſia ſolemnis cultus aſſertorem,
Reſpublica ſtatorem Publico intentum egregio.
Themis deſiderat vindicem.
Quo ſe firmavit innocentia recte edocto.
Quem palluit improbitas. Muſæ
Mœcenatem complorant leſſis neniisq; ſuis,
Subjecti Dominum quiritantur clementem.
Indulgentem, regentes Patronum Optimum
Ereptum ſibi.
Magno dolore ſtupent boni omnes
Hebetatas. quæ poſtulantibus. ſupplicantibus. opem
Implorantibus patuerunt aures.
Clauſos. qui miſeris proſpexerunt, oculos.
Quod jus dixit Partibus, quod conſilium dictavit
Dubitantibus, quod ſolatium præbuit laborantibus. Os
Obmutuiſſe.
Obriguiſſe manus. Adjutrices afflictorum.
Fronti ſe Gravitas. Sapientia pectori infuderat,
Ori ſe facunda & genitiva Pitho
Indulgentiſſime immulſerat.
Animum pietas & religio effinxerat.
Tot ſibi uno in Ranzovio pignora periiſſe
Anguntur. Diſcruciantur univerſi.

Sola gaudet mens cœlitibus immixta.
Divinarum humanarumq; rerum ſcientia fulſerat.
Quicquid inter Romanas proclamatum ſecures erat.
Quod Byzantina purpura ſcripſerat.
Quod Saxo vetus & dominanti olim
Dominatus urbi Longobardus.
Et Juta noſtras. Et Cimber Romæ terror.
Et Gothus intra ſua juſſerat eſſe juſſa.
Et ſcita Philoſophorum & Prudentum
Reſponſa norat omnia.
Summorum hinc principum miniſteriis adhibitus
Et diſpungendis curis.
Sed & norat citatus ipſe
VI. morbi invaleſcentis in Jus ducente,
Fruſtra humana conſuli conſulta,
Deficere hic bonos Tribonianos. in Caſſum eſſe Caſſios.
Nec totum corpus Juris corpori moribundo
Suppetias ferre.
Sic vetera docere. ſic novella.
Paragraphos vitæ eſſe breves
Digeſta per labores tempora,
Senſit tot ſe ſuccumbere præjudiciis,
Titulum imprimis premere primævi criminis
& legem jugulare iſtam. Morieris.
Ergo bene eſt. inquit. Transactæ lites ſunt.
Transactus vitæ mimus
Ponendus ſcenæ voltus. Foeces. larvæ.
Quibus perſonatus ludit mundus. quibus ludimur.
Serius inſtat actus,
Non mea me abſolvit cauſſa.
Patronus unicus Chriſtus.
Rubrica ſalutaris una. Sangvis Jeſu me ſervat.
Per hunc ad meliores mittor.
Receſſu iſto beatus ſum.
Corpori aſſer ſufficit ſepulchralis.
Animæ præmium in æternitate eſt
Pater cœleſtis dabit. iſto in verbo defecit.
Iſtud ſuſpirans. expiravit. terræ vale dixit.
Iſto læta abiit anima.
Charitas admonet. ſpes certa perſuadet.
Originem ſuam repetiiſſe.
Exuviæ huc translatæ revocabuntur multo
Illuſtriores. olim ubi illuxerit repetundarum
Definitus dies,
In tenebris nos & turbis relicti
Ambulamus peregrini.
Lucem ille & patriam incolit. ubi
Nec mors. nec luctus. nec quiritatus,
Nec labor.
Honos, & Gloria
Ranzoviani Nominis. apud nos
immortalis erit.

Ani-

Animis noſtris infixum hærebit monumentum
Bonum Publicum Promoventis.
Cogita Lector
Ita cum ruunt fulcra Reipublicæ
Inſtrumenta felicitatis. ſeculi
Ornamenta.
Nil niſi quod horridum. infauſtum. ſcævum
Nos manere ſuperſtites. niſi
Reſpiciamus & æmulemur ſanctum. fervorem
Talium Heroum. qualem novimus omnes
Ranzovium fuiſſe Noſtrum.
I licet. & morere prius vitioſo affectui
Quam moriaris.
Pietatem venerare. exprime virtutem
Generoſi pectoris.
Immine cæleſtibus. Cætera
Committe Deo. Et
VALE.

Ob elegantiam hic qvoq; legi meretur, qvod ſeqvitur.

Qvod hic funus factum eſt.
Ex Medicorum elatum eſt ædibus.
Scilicet nec ab his tu velim poſtules.
Levare ſemper. quod ægris grave eſt.
Nec ſi pharmaca illi præſcribunt. fata proſcribant.
Etſi in potiones manipulos decoquunt centum
Nec diem reddere pote ſint vel unum. qui decoxit vitæ
Et per quidquid eſt ſalium oleorumq;
Quum divina exeſſe juſſerint juſſa.
Si tenet quis vitæ ſal illum ſervare fugientis
Oleorum idem. quicquid eſt. perdat & operæ.
Et mortis tamen juri ſubtractus eſt.
Juvenis Præſtantiſſimus
ELIAS EL. FIL. MULLERUS
Avum is habuit paternum. Virum Ampliſſimum
HIERONYMUM MULLERUM.
Quî ex triga iſta fratrum.
Queis Auguſta CÆSARIS MATTHIÆ manus
Pragæ olim Bojehemorum,
Quo pariter Oratorum diverſorum Principum.
Eorundem decorum Candidati forte convenerant.
Quas habuerunt. virtutum additis inſignia.
Et in caſſide Generoſorum aperuit bucculam.
Ab hac ſtirpe non degener traductus.
Vitricum. per fatorum deſtinata
Virum habuit illum. cujus curâ
In Principis ſui tuenda valêditudine
Cimbria ſervatur.
JOELEM LANGELOTTUM.
Sufficit viri nomen dixiſſe.
Et noverit jam Hygiea. cujus præſidiis

fulciatur
Et humanitas. in quo se exprimat pectore.
Et eundem nactus est. qvo proritante
Ad eruditionis & gloriæ vaderet non infima.
His jam domi feliciter insvetum
Porro adnisurum Juliacæ incitarunt Musæ.
HOLSATÆ provexerunt.
Et ecce ita adspiranti paulatim adscendendo.
Dum curatius utrinq; lustrat
Sordescere hæc. quæ infra sunt.
Cœlum spectat. & aurea in summo templa.
Et utinam. inquit. illa mihi Thisbitæ
Currus sint & auriga!
Et Elias ipse. punctulos istos
Mundi vana. terram sidera
Desuper fas habeam despectare.
Rata facta ista pietatis vota sunt.
Annus erat CIϽ IϽ CLXIIX. ætatis illi XXIV.
Quo levari paulatim. quod impediebat.
Onus cœptum est.
Menti sanctæ
Rotæ amor fuere. desideria currus.
Et gemitus sancti. qui raptabant alipedes.
Et morabantur tamen parentum vota.
Et in juventa ætas. & in ætate illa
quicquid amœnum.
Quum scidit tandem. quod retinaculorum fuit,
Morbus.
Ille ubi emergere se sensim ex mortali sensit fece
Et votorum adesse summam.
VALETE. ait. MEI.
Honeste natus sum. adolevi non degener
Insvevi sapientiæ. Vocor ad meliora.
Quod mortale est. demno.
Quid miscetis medicamina.
Date pharmaca morituris.
De me bene est.
CHRISTO VIVO SALVATORI.

EPIGR.
Mors ergo rerum linea est ultima.
Scribite ita super hunc tumulum. scribite.
Qui inferendus est.
Vir fuit ex arte sua Nobilissimus
GEORGIUS OVENUS,
Quod in Zeuxidis coloribus mirata
vetustas est. Quod
Post tabulam suam audire Apelles gestivit.
Quod a Parrhasii pictum fuit penicillo.
Etiam posterior ævitas
In amplitudinibus æstimavit ANGLI BONAROSÆ.
In

In RAPHAELIS Urbinatis amœnitate.
In vivacitate TITIANI VENETI.
In accuratione DURERI. & expresso ductu
In RUBENII lucido. REMPERTI
Umbris. & audaci litura.
In monochrammatis. VLINCKII
COLLOTII minutiis.
In cæterorum etiam aut arte
aut artis imitamento.
Demirata concelebravit.
Omne illud. noster nostro dedit seculo.
Habent ab ejus chromate.
Quod Belga æstimat. Britto admiratur.
Ad qvæ ringitur Italus
Cimber inter domos Principales.
Dies fuit V. ante Idus Decembres
Anni vergentis CIϽ IϽ CLXXIIX.
Quum linea illa suprema scripta fuit.
Scripserat ista manus totiens.
Quod ex coloribus. pulchrum. elegans.
speciosum.
Ex cura eminens. & elaboratum
Et quia ab illo pollice. celebre
Erat & ostentandum.
Et cui vel Momus nos defavebat.
Sed tamen. qvod officinæ huic solemne est.
Lumen illa umbræ sapienter immiscet. Et
Ex toni sui. quem vocat. nitido per harmogen
in suffuscum transit.
Splendor obscuro interseritur.
Meditabatur ista noster. Et ecce.
Et quid. inquit. mortales. cum his
Umbris. Opus facimus.
Date qvæ sine umbris. luces sunt.
Scribam. quod non nisii in sereno fluat.
Corda tabella erunt. colores aurei.
Et sine fuco. AMOR IN DEUM.
Quæ heic afflictiones sunt. colores ferent.
Lachrymæ aquam suffundent.
Miscebit oleum. quæ in proximum est charitas.
Meditatio sancta ducit pinnas.
Graphium fides erit. In unum mortalitatis
Damnatæ salvatorem JESUM.
Hujus erit. quam pingendam faciem intuebor.
Nulla dies sine istæ fluet linea.
Spes futura. operæ dicetur pretium.
FELICITER!
Exactum ita opus est.
Translata illa supra sidera officina.
Spectare jam. in primo typo. ipsum.
PULCRUM. lubentià esse incepit.
Ut imitaretur meditamenta ista.

Emigrans sobolem commonuit.
Hæc PANGERENT ÆTERNITATI!

Ad Inscript. Dioec. Ripens. Tom. II. l. 3.
COLDINGÆ.

In fenestra qvadam legitur nomen Mag: ANDREÆ BENEDICTI DALLINI *è Pastore Coldingensi & mox Hafniensi, Glor. m.* CHRISTIANI IV. *Concionatoris Aulici & hinc 5ti Opsloensium in Norvegia à Reformatione Episcopi, hoc modo:*

Hr. ANDERS BENTZöN
Sogne-Præst 1588.

Ejusdem qvoq; nomen claudit Inscriptionem Rhythmicam satis curiosam ac antiqvam, qvæ observatur in Residentia, ut vocant, Pastoris Primarii:

FRIDERICH DEN ANDEN af Guds Naade
Konning i Danmark og Norge baade,
Gav stor Hielp her til Colding-Bye
At bygge dette Huus af nye,
Udi sidste sit Regierings Aar,
Der Caspar Marchdaner Lensmand var.
Anders Simensen, Ancher Mogensen Borgemester
Giorde af Byen og Kirken dertil det Beste,
Hr. Hans Kneus den Tid Kirkens Forsvar .
Og Hr. Anders Bendsön Sogne-Præst var.

In capsula vasis eucharisticis asservandis olim adhibita, literis aureis:
Ave corpus Christi natum ex Maria Virgine.

In Templo St. SEVERINI Ryensi.
Inscriptio Saxi sepulcralis.

Hic tumulatus venerandus in Christo Pater
D. SVENO,
qvi ROSMARTIÆ fundator monasterii CHARÆ INSULÆ sub ANNO MCLXXX tertio, cujus anima reqviescat in pace.

NB. Ita habet apographus nobis nuper oblatus. Oritur hinc scrupulus, sitne diversum hoc epicedium ab illo, qvod Resenium in Atl. Dan. MSS. secuti, superius adduximus, an vero unum idemq; diversimodè ob vetustioris literaturæ obscuritatem ambiguam exceptum exscriptumq;? cum in utroq; Svenonis nomen una cum anni millesimi centesimi Octogesimi tertii nota conspiret, ipsaq; adeo verba, si pro hoc commate: Qvi Rosmartiæ fundator monasterii Charæ Insulæ substitueris: Episcopus Rosâ Papali ornatus. per omnia concinant. Adde qvod inter τò *Rosmartiæ* in hocce & τò Rosa in illo videatur qvædam similitudo. Posterior apographus si pro monstroso τῷ Rosmartiæ vox Episcopi, qvæ in priori est, accesserit, tutius videtur admittendus, cum Svenonis, Arhusiensis cir-

circa id temporis Episcopi, auspiciis Conventum Callöensem ad Charam Insulam, vernaculè Øm dictam, transgressum memoret Codex MS. membr. de hoc Monast. qvem ex Donatione Ranzoviana asservat Bibliotheca Acad. Havn. ubi, qvamvis varia Episcopi hujus afferantur Personalia, de Papalis Rosæ ornamento ne γρυ qvidem invenias. Cæterà monstrum apertè alit vox Rosmartiæ, pro EPISCOPUS ni fallor perperam lecta. Memoratur qvidem in dicto codice ad Monasterium Charæ insulæ pertinuisse villam non absimili prorsus vocabulo: Rözmose, sed qvod lectionem Rosmartiæ minus corroboret, cum locus ipse, qvo Cœnobium Charæ insulæ fundatum est, non Rözmose, sed Øm fuerit dictus. Lubet adjicere Verba memorati Codicis de sepultura Episcopi Svenonis in Monasterio Charæ Insulæ, ubi, nî fata properassent, deposita Pontificali mitra, Monachorum sodalitio se devoverat:

Obiit autem (sc. Episc Sveno) 3 Kal. Novembr. anno pontificatus sui XXVI. ad monasterium cum magno honore tam religiosorum qvàm secularium proseqventium translatus atqve ante magnum altare beate Marie semper Virginis est sepultus.

De cætero sepulcralem hunc lapidem ex templo Monasterii Charæ Insulæ, cum hocce post Sacrorum Reformationem communem cum plerisq; mutationem subiret ac destructionem, in sacram Ædem Ryensem, antiqvitatis qvadam veneratione, suspicari liceat transvectum.

Ad Inscript. Diœces. Arhus. T. II. libr. 4.

In Templo KARUP *olim Sanctitatis opinione claro & D. Virg. sacro.*
Lapis sepulcr. pavimento instratus hisce insignitur:

Hic jacet
JOHANNES AVONIS,
Presbyter provisorq; istius loci humanissimus, qvi obiit Anno Dni 1480.

Ad Inscriptiones Dioeces. Viburgens. Tom. II. l. 5.

VIBURGI *in Æde* Cathedrali.

Ito. exequias. Apollo. sed. atratus
Ito Pallas. sed pulla.
Ite Musæ sed moerore confusæ.
Seqvimini dolore Virum.
Qvi vos proseqvebatur amore vivus.
Ite Ecclesiastici,
Ite Scholastici.
Si vobis curæ est & cordi
vel Ecclesia vel Schola.
Ite politi.
Ite eruditi.
Politè eruditum eruditè politum
Flete lugete.
Eheu
effertur illico

Vir
Nobilissimus, Clarissimus, Celeberrimus,
Dn. Mag. NICOLAUS SCHEVIUS
Virtute nobilissimus.
Doctrinâ clarissimus.
Fama celeberrimus.
Templi nostri Cathedralis Canonicus & Curator.
Scholæ nostræ Cathedralis Rector & Stator.
Qvi senex docuit qvæ juvenis didicit.
imò vel senex didicit & docuit.
legit qvas prælegit
literas.
Genium à faventiori natura nactus & ingenium
amplissimum capacissimum.
plures eruditorum prædit.
nihil eruditionis præteriit.
Latices Heliconios hausit & exhausit.
Theologiæ vineta.
Ontologiæ vepreta.
Philosophiæ vireta.
Matheseos roseta.
visitavit amavit perreptavit.
Hospes nusqvam hostis nunqvam
nisi ruditatis.
Rimatus erat omnia scire.
Mirati sumus tam multa scivisse.
Civitatem dederant Hierusolyma Roma Athenæ.
Civem amplexati exosculati
Rerum morum lingvarum
Judææ Latii Hellados
docte peritum perite doctum
Qvid miremur
Omnes doctrinæ numeros implevisse.
Qvi vel ipsos qvantoscunq; NUMEROS
habuit in numerato.
Ultimam eruditionis lineam assecutum.
Cui nulla dies sine linea.
Fama super æthera notum.
Cui æther & astra pernota.
Omne deniq; tulisse punctum.
Cui puncta perspecta non minus
EUCLIDEA qvàm EBRÆA.
Difficile dictu & dijudicatu
Num ista omnia didicerat
rectius solidius perfectius
an docuerit
sanctius aptius dexterius.
Beatos ter & amplius
qvibus
Doctore hoc docto frui.
Rore hoc sacro imbui.

licuit

licuit dum licuit
Miſeros.
Qui vel ad pedes ejus ſedere neglexerunt,
vel ad funus ejus flere negligunt.
Verbo ſveti corrigere non verbere.
Oracnlo corripere non baculo.
Eruditionem ſanctam qvam habuit, ah! qvam
ſanctè habuit.
Auſteræ ſunt aliorum Camœnæ, hujus amœnæ.
Serunt alii lites hic numerandus inter mites.
Latinitatis exempla allegavit & Græcitatis
ex optimis auctoribus.
Integritatis ipſe monſtravit exempla & honeſtatis
Optimus morum
Auctor Rector Corrector.
In Cyclicorum bullis reperimus & ampullis
pro theſauro carbones.
In hoc Socrate vel in ipſis ignitis infelici flamma
Carbonibus theſaurum.
Patientiæ manſvetudinis moderationis.
Clueant deniq; alii Literati. hic Literator.
quô meliorem non habuimus.
cui parem vix habebimus.
Utinam
Cum Muſageta non efferantur Muſæ.
Palleſcat Pallas. Phœbea laurus marceſcat
infauſtus interim & nefaſtus
atro carbone non albo lapillo
ſignetur lethalis ille VITALIS d. 28 April.
quo
SCheVIVs oCCVbVIit LVCtVM sChoLa
ſentIt aCerbè.
qverelam inſtituit
ſtellam ſtatuit
l. m. q.
Chriſtianus Tychonius.

In Templo Parochiali prædii nobilis, qvod Viburgo imminet, olim Cœnobii Veſtalis vulgò Asmind *rectius Asmild*-Cloſter *dicti*, Monialibus Ste Margarethe in Asmiald, *prout habet citatus nuper Codex membr. qvondam inhabitati, inſignitur ipſum altare vetuſta illa inſcriptione:*

Anno Domini MCD qvinqvageſimo, Fer. 4 proxima ante feſtum paſche conſecravit Reverendus in Chriſto Pater & Dominus TORLAVVS Dei gratia Epiſcopus Wibergenſis iſtud altare in honorem Sancte Trinitatis, ſanctiſſime Dei genitricis Marie & omnium ſanctorum.

Ibidem in recentiori Altaris tabula:

Denne Tafle hafver Erlig og Velb. Mand NJELS KRAG til Trudsholm, Lands-Dommer udi Jutland og Befalings-

Mand her paa Asmild-Kloster ladet giore og staffere. Anno 1622.

NB. In Templo hujus Dioecef. rureftri juxta fedem nob. THIEL. Monumentum marmoreum, Havniæ affabre admodum & fumptuofè elaboratum, defuncto haud ita pridem prædii Thiellenfis Domino Nobiliff. GERHARDO à LEWETZAU, S. R. Maj. Equitum Magiftro, erectum conftat, cujus infcriptionem nondum fumus adepti.

Ad Infcriptiones Dioecef. Alburgenf.
Tom. II. l. 5 comprehenfas.

THYSTADII.

Infcriptio Campanæ maximæ.

Dum trahor audite voco vos ad gaudia vite
Fecit me Matthias Bennink.
Lubecæ Ann. Dn. 1576.

NB. Prius illud hemiftichium in aliis campanis etiam obfervatur, altero ita variante

-- voco vos ad facra, venite!

In Campana medioxuma.

Ihefus Nadfarenus Rex Judeorum. Help Maria oc Sancte Nicolae: Ar. efter. Guts. Byrd. MCCCCXC. opo. det. tridi. ano. feip. tredi. Amen. Den. Tid. var. Mester. Per. Bosen. Sogen-Prest. oc. da. boved. Hennig. Tvert. i. Volerop. oc. var. Per. Lauersen. oc. Nes. Krog. Kierki. Ueri.

NB. Hinc quis concluderet Templum Thyftadienfe Sto. Nicolao fuiffe facratum, accepimus verò hanc campanam, ab Ecclefia rureftri, quæ Thyftadio imminet, Sto Nicolao olim facra & inde SENELS qvafi St. Nielles feu Sti Nicolai nuncupata, huc fuiffe translatam, & in paroecia Senels adhuc inveniri prædium nobile Volerupgaard dictum, ex pago Volerup, cujus in infcriptione Campanæ mentio injicitur, originem ducens.

In campana minima vulgò tumultuaria feu Storm Klokke *dicta.*

Jhefus. Nafarenus. rex. Judeorum. Alpha & O. Deus & homo. O. rex. gloriæ. veni. - - - millefimo. CCCCXC. Help Maria oc fancta Anna fellf. Deus propitius fis nobis peccatoribus. Amen. Reliqva in exteriore latere ob fitum inacceffa.

In lapide fepulcrali.

Salve, qvi mecum falutas, Lector, fanctos manes reverendi, præftantiffimi & eruditiffimi

Domini OLAI ANDREÆ SÆBYENSIS,

Viri inter doctos pii & inter pios docti, qvi natus anno Chrifti 1630. Rectoratus Thiftadienfis officio admotus, eodemq; dextre functus eft annis 26. Cum uxore nunqvam rediit in gratiam, qvia nullam unqvam du-

duxit. Attamen vitæ ipsius curriculum spe silentióq; transactum suis, qvos Deus solet piis - - molestiis non caruit: hinc lætior - - dum per lethi cruciamina arduam justorum viam penetrans, ad astra ovans pervenerit anno ætatis 53. Vale optime Lector & memento cuncta creata - - tandem senescere - - - - & dissona texta retexi.

In templo paroeciæ SIöRING.

Visitur hic campana satis antiqva, cui inscripta est salutatio Angelica:

Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum, benedicta in Mulieribus & benedictus fructus ventris tui. Ao. Dni 1481.

NB. Ante hos qvatuor annos reperit qvidam Petrus Brongaard infra cœmeterium Siöringense, lapidem Runicum, ædibus ejus fundaminis loco, hodie substratum, eundemq; Wormio non observatum.

Ubi si vocem unam exceperis, cujus sensum asseqvi nobis nondum licuit, cætera ita legenda & exponenda videntur.

Ase eti (pro seti, deficiente prima litera) stin dansi istir - - viv sin Isver.

Id est:

ASUS posuit lapidem hunc POST - - Uxorem suam ISVERAM.

Ase, qvod hic videtur esse nomen viri'e, aliàs inter antiqva septentrionis nomina muliebria reperitur, sed alia terminatione sc: Asa. Ortum ni fallor trahens ab AS, qvomodo olim appellabatur Deaster ille Asiaticus Othinus, unde vetus jurandi formula: Sa hialpi m eg hin almekte AS!

In Cœmeterio hoc Siöringensi qvatuor occurrunt tumuli paralleli, qvorum primus triangulari obducitur saxo, eodemq; tres ulnas longo & ulnam lato, ita quidem posito, ut bina latera obtutui pateant. Sunt suæ cuiq; lateri incisæ imagines. In altero nimirum imago Episcopi, prout ex habitu pontificali, mitra ac pedo colligitur, in altero conspicitur imago mulieris habitu muliebri vetustiori. Adjunguntur saxo huic bina alia minora, utrumq; ad duarum ulnarum longitudinem, unius verò latitudinem accedens & figurâ Crucis aliisq; ductibus insignitum. Eadem secundi & tertii tumuli sive sepulcri est forma, nisi qvod nullum heic cælaturæ vestigium. Qvartus verò tumulus obtegitur qvadrangulari saxo, in qvo figura crucis observatur. Traditio accolarum à majoribus propagata, sepultum ibi cum familia perhibet Episcopum qvendam nomine MUULE, qvi, postqvam in Anglia gerendo apud Hibernos Episcopali muneri solenniter esset inauguratus, in maritimo, qvô Hiberniam petebat, itinere vehementiori tempestate jactatus, facto naufragio, ad litus maris occidentalis appulisse commemoratur. Hic, ubi aliqvantum temporis in villa paroeciæ Vangensis FERREGAARD transegisset, filiosq; molitoris Vangensis ad minimum duos, à qvibus se falsò conqverebatur spoliatum (cum veri spoliatores postea innotuerint) in patibulum immerito agi curasset, incumbente Cimbriæ fatali peste, qvam Nigram vulgò vocant, una cum tota, qvam secum advexit, familiâ occubuisse dicitur. Cum vero circa id ævi desiderarentur adhuc in paroecia Vangensi templum ac cœmeterium, mortuorum cadavera huc translata & juxta templum Siöringense, unum tum temporis ex qvatuor Tyanorum templis primariis, Fierdings-seu Hofdings-Kir-

ter vulgò nuncupatis, humo mandata ferunt. Contigit hocce, ſi relationi fides, circa annum Chriſti 1350, qvo tempore famoſa illa lues ſecundum calculum Hvitfeldii oras noſtras infeſtabat. Ita habet relatio ad nos nuper è Cimbria transmiſſa. MSſtum aliud à B. HELVERSCHOVIO S. R. M. Conſil. Juſt. conſcript. ejusdem tumuli Epiſcopalis Siöringenſis mentionem faciens, locum accolis cœmeterium Sti Andreæ vocari refert, additq; inſuper, ſepultum ibi eſſe ex plerorumq; ſententiâ Epiſcopum MULE, qvi Bremâ domum tendens, Fundator Monaſterii in Weſterwig futurus, naufragio facto, in litus Thorupenſe à mari evomitur. Poſteriora hæcce, ſi pro Andrea Mule Magnum ſubſtituas, videntur non multum abludere à relatione Hvitfeldiâna de primo Venſaliæ Epiſcopo *in Chron. Epiſcop.* p. 106. Kong Svend 2 Eſtrithſön fundederede førſt Børglum-Kloſter, ſom ſaa heed efter en Frue det fordum aatte og tilbetroede ſamme Kirke en ved Navn MOGENS Aar 1065. Hand ſom hand drog fra Bremen, hvor hand lod ſig ordinere til forneſnte Stift, blev paa Elſſuen druknet, der hand hiemreyſte. Conf. A. Thur. in Ser. Epiſcop. Vand. p. 1.

A templo Siöringenſi non multum diſtant decantata illa majoribus noſtris valla Siöringenſia Siøring Volde, non contemnendæ altitudinis, foſſis profundiſſimis circumdata, perſpicua ſatis antiqvi operis veſtigia. In qvorum meditullio conſpicitur area vetuſtæ Arcis à Regulo qvodam Nilao ſeu Menelao, qvem priſca carmina celebrant, olim inhabitatæ, teſte cantilenâ heroica in vulgus notiſſima:

Kong Nilus lod kaſte de dybe Grav'
Fra Siöring Vold' til Veſter-Hav &c.

De Arce veteri Siöringenſi aliisq; binis huic confinibus, Hillerslevienſi putà ac Fersburgenſi (ubi nunc eſt Ferregaard in paroecia Vangenſi) ita Clar. Nic. Ebbonis Aagardus in THYA ILLUSTRANDA, Diſſ. Acad.

"Arx inter Thyanos præter Orumnam, vulgò Ørum-Slot, hodie "nulla. Stetiſſe & alteram, huic non ſecundam, prope vicum Hillers-"lev, Hillerslev-Huus inde dictam, præter conſtantem incolarum fa-"mam foſſæ ſublicæq; poſt deſtructum longinqvitate temporis pontem "relictæ loqvuntur. Hanc una cum Orumna pacto pretio à Dno Nico-"lao Strangeſön comparatam Regiis opibus adjecit potentiſſima Arctoi "Orbis Regina MARGARETHA teſte Hvitf. p. 684. Ut taceam anti-"qvas illas arces lacus Siöringenſis, Fersborg & Siöring-Vold, qva-"rum veſtigia curioſis ſpectantium oculis adhuc obvia ſunt, minores "qvidem illos, ſed qvos pro genio ævi ad ſui ſuorumq; adverſus Pirata-"rum injurias tutelam ſatis munitas habitarunt Reguli.

Hæc ille. Noſtra ætate vallorum Sioringenſium famam auxit inventum ibi miræ ac inuſitatæ carnis genus. Reperit nimirum ante hos triginta octo annos ſupra memoratus Petrus Brongaard, qvi adhuc ſuperſtes villam vallis proxime adjacentem inhabitat, una cum ſervis ſuis ab una vallorum parte, tantam recentis, ut videbatur, carnis molem in integrum exporrectam, qvantam una cum dimidia caperet tonna, ut ſic appellare liceat uſitatum nobis menſuræ genus, eamq; ad binarum ulnarum profunditatem humo conſepultam. Nulli in illa nervi, oſſa nulla apparebant. Recens mactata videbatur & tamen nec humanam nec brutorum carnem referebat. Excivit ſpectaculi novitas freqventes eò admiratores; qvorum, ex parte hodienum ſuperſtitum, teſtimoniis res miraculo proxima confirmatur. Caro hæc porten-

tentoſa, poſtqvam ultra anni ſpatium ſub dio jacuerat integra, cum nec canis nec corvus aut qvicqvid reliqvum eſt Harpyarum inſolitas adeo dapes deguſtare attentarent, ſolis tandem ardore cœliq; injuriâ conſumpta evanuit. Relata refero.

In campo Flarupenſi *paroeciæ* Udbye *obvius eſt lapis* Runicus, *Wormio ignoratus.*

Delineatiône ad nos transmiſſa, utpote minus accurata, heic loci inſerendâ ſuperſedemus. Feliciter minus expreſſos eſſe characterum ductus, documento ſunt, qvæ hinc inde occurrunt figurarum monſtra, in Alphabeto Runico, ſaltem Wormiano, fruſtra qværenda, qvô fit, ut nos tria tantummodo verba, eademq; tamen ſe invicem non immediatè ſeqventia, qvæ alicujus ſunt ſenſus, eruere poterimus, videlicet:

Thur - - ſeti - - - ſtin.

i. e.

Thoro - poſuit - lapidem.

Qvoad menſuram ſaxi, binas & qvod excedit, ulnas longum, dimidiam latum deprehenditur. Qvod vero locum priſtinum attinet, unde ante hos ſexaginta annos huc fuit devolutum, accepimus repertum primitus id ſaxi in agro qvodam haud multum diſtante, accolis Hellesager vocitato. Hic, ubi genuinus ſaxo ſitus, conſpiciebatur olim foſſa triangularis, inſtar cellæ ſubterraneæ ſaxis circumqvaq; cincta fundòq; lapideo, qvæ hodie partim ſub vomeres redacta inſignem mutationem ſubiit. Vicinus huic foſſæ collis Helle-Hoy vocatus, in qvo cacabum olim inventum ferunt, cinere repletum. Nomenclaturam tum agri tum collis Hellesager & Helleshoy variè exponunt. Nonnulli deducunt à voce Danica Hellig Sanctus, qvaſi Sanctus Ager & Collis Sanctus, à ſanctis piisve hominibus ibi fortè ſepultis, niſi idololatriam ibi ſub Dio olim exercitam hæcce ſapiant nomina. Adde qvod non multum diſtet paroecia Hellig-Söe id eſt. Lacus ſanctus, à ſtagno, qvod ibi eſt, dictus. Alii à nomine fœmineo Helle repetunt, qvaſi Helle qvædam ſeu Helena ibi foret humata. Alii à 7ô Hel id eſt lethum, qvod hæc loca defunctis ſepulcra præbuerint. Ut verò ad ſaxum Runicum revertamur, acceſſum luſtratumq; fuit qvatuor poſtremis Diœceſeos hujus Epiſcopis, FOSSIO, BIRCHERODIO, BORNEMANNO ac THESTRUPIO, Eccleſias Thyenſes viſitantibus, qui ethnicum qvendam ſub eo ſepultum, ſciſcitantibus accolis, reſponderunt. Beatus Dn. Christianus Frisius, Eccleſiaſtes Neocopienſis in Morſingia, ut vel commentô ruſticorum ſedaret curioſitatem, ſeqventia Saxo inſcripta finxit:

OLE VAT med ſin Sön ligger her begraven.

Inſcriptio Scholarum rureſtrium numero CCXL *à Glor. memoriæ Rege* FRIDERICO IVto *Anno* 1721. *per Daniam extructarum.*

F. 4.

Hanc Scholam, hujusq; ad inſtar ducentas & qvadraginta in Circulis, ad perpetuò alendas duodecim cohortes Eqveſtres à me inſtitutis, fundavi MDCCXXI.

Halvtredsindstive Aar har du mig GUD! opholdet,
At Sygdom, Pest og Krig mig intet Ondt har voldet,
Thi yder jeg min Tak og breder ud Dit Navn,
Og bygger Skoler op de Fattige til Gavn.
GUD lad i dette Verk din Naades-Fylde kiende,
Lad denne min Fundatz bestaae til Verdens Ende.
Lad altid paa min Stoel Een sidde af min Æt,
Som meener Dig, min GUD, og disse Skoler ret!


NB *Autor est illustr. Dn.* FRIDERICUS ROSTGAARD *S. R. M. à Consiliis Conferentiæ &c. Latino metrô ita reddidit præstantiss* Henr. Broholm *Præceptor Scholæ Regiæ in pago* Wraa *prope* Coldingam *in libello, qvi inscribitur:* Ortus & Progressus Vernacularum, qvæ Regiæ vulgò appellantur, & per totam Daniam sumptibus verè Regiis Regis Gl. M. FRIDERICI QVARTI extructæ freqventantnr, Scholarum 240. felicissimus &c. Flensburgi 1737. 8vo pag. 69.

Servâsti me lustra, DEVS, bis qvinq; . tulerunt
Martis opus, belliq; malum & contagio pestis.
Damna mihi non ulla. Tibi de pectore grates
Persolvo, laudésq; tuas extendo, Scholásq;
Erigo, qvas soboles Iro prognara freqventet:
Fac, Numen Cœleste, meo tua gratia multa
Adsit huic operi, mea, fac, fundatio semper
Constet & in solio, nostro de sangvine nati
Æternùm sedeant, qvi te venerentur & harum
Commoda promoveant summo cum jure Scholarum!

Eleganter Ampliss. Lud. Holberg. *Epigramm. libr.* I. *num.* XXVI.

Vera præconia meretur pietas glor. R. FRIDERICI IV. *cum anno* 1721. *ducentas qvadraginta scholas fundarit.*

Est nihil in Cyri, nihil est in Cæsaris actis,
Qvod facto opponam, REX FRIDERICE, tuo.
Dum numerant alii tua splendida bellica gesta
Dumq; canunt palmas, Templa Scholasq; cano.





INDEX
Rerum & Perſonarum,
Quorum
vel exhibentur epitaphia vel injicitur mentio.
Numerus prior Tomum, poſterior paginam indicat.

A.

B.

Balæ-

C.

D.

Drey-

Fri-

G.

Hann,

K.

L.

Leschie

 Naa-

N.

O.

P.

Qvi-

Sax-

Stah-

T.

U.

V. W.

Val-

INDEX LOCORUM.

Num. prior. Tomum, poſt. Paginam indicat.

In SIALANDIA.

In Inſula MONA.

In FIONIA.



Errata extantiora.

Tom. I.

Præfat. Paria leg. Patria
p. 1 qvosq; leg. qvasq;
p. 47 Mox tibi devotos leg. Nos tibi devotos
ibid. fugiit leg. fugit
p. 111 Triuno leg. Triuni
p. 131 suggestui leg. suggesto
p. 136 Danicam leg. Danicum
p. 138 rhytmis leg: rhythmis
p. 141 post verba: grandi de immediate seqventur: parte periti, ceteris, qvæ irrepserunt, retractis
p. 168 in supremis Daniæ Norvegiæq; Tribunalibus (Hoveste-Ret og Hof-Retten) leg. In supremo nec non Aulico Tribunalibus &c.
p. 177 sepultoruta leg. sepultorum
p. 178 Schmecher leg: Schvecher
p. 187 Ollaudico leg. Oelandico
p. 211 Svecani leg. Svecanæ
p. 234 suggestus leg suggestum
p. 241 adjucendam leg. adjiciendam
p. 257 auro leg. thesauro
p. 259 deleatur vox: Fionicæ. superius in pagina

Tom. II.

p. 25 effugiit leg. effugit
p. 43 penthametrum leg. pentametrum
p. 71 Laur. Thura Episc. ann: 7. leg. ann. 17
p. 97 alio leg: alii
p. 121 locunari leg. lacunari
p. 131 Pro Rantzoviam substitue Fuireniam

p. 132 gladeo leg. gladio
p. 133 poëmatio leg: poëmate
p. 152 pro orabili communicato leg. favorabili manu communicato.
p. 182 Landets Ære leg. Glæde
p. 214 credebitur leg. credebatur
p. 228 Pantherus coronatus leg. Panthera coronata
p. 229 ſuggeſtu leg. ſuggeſto
p. 252 dicens leg. dicentem
p. 255 ſuggeſtus leg. ſuggeſtum.

Append.

p. 242 libro 3 leg. 4
Ibid. poſt verba: ex Maria Virgine, ducta linea geminâ, immediatè ſeqverentur, qvæ in ſuccedentem paginam oſcitanternimis rejecta ſunt, ſc:

Ad inſcript. Dioeceſ. Arhuſ.

Tom. II. libr. 4. (male pro 5) &c. - - - - Dni 1450.

Tum primùm venient illa, qvæ hac pagina maturius habentur.

In Templ. S. Sever. Ryenſi.

Cetera minoris momenti σφάλματα Ipſi Benevolo Lectori emendanda relinqvimus.





